ACTA ET DOCUMENTA CONCILIO OECUMENICO VATICANO II APPARANDO

SERIES I
(ANTEPRAEPARATORIA)

APPENDIX VOLUMINIS II

ANALYTICUS CONSPECTUS CONSILIORUM ET VOTORUM QUAE AB EPISCOPIS ET PRAELATIS DATA SUNT

PARS I

DOCTRINAE CAPITA - NORMAE GENERALES C.I.C. - DE PERSONIS
DISCIPLINA CLERI - DE SEMINARIIS - DE RELIGIOSIS - DE LAICIS

(SUB SECRETO)

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS
MCMLXI

PROPOSITUM ET MENS

Postquam, die 18 iunii 1959, Em.mus Cardinalis Dominicus Tardini, Praeses Pontificiae Commissionis Antepraeparatoriae Concilii Oecumenici, Episcopis et Praelatis totius orbis scripsit, rogans, nomine Summi Pontificis Ioannis XXIII fel. regn., ut quae haberent consilia et vota pro futuro Concilio edenda, ea cum omni libertate panderent; innumerae, brevi temporis spatio, datae sunt responsiones.

Argumenta a Praesulibus attincta, vel etiam fuse enucleata, plurima prorsus apparuerunt ita ut a Membris Commissionis Antepraeparatoriae et a SS. Romanae Curiae Dicasteriis rite cognosci haud possent, nisi claro ordine per diversas materias ea digererentur.

Schedae igitur factae sunt, exordiendo a doctrinae capitibus, iuxta ordinem a theologis impositum, usque ad diversas disciplinae ecclesiasticae partes, secundum Codicem plerumque dispositas. Huiusmodi schedae, prout opportunitas dabatur (urgebat necessitas responsiones Praelatorum notas facendi: responsiones autem non omnes eadem sollicitudine mittebantur), servata distinctione nationum, confectae sunt: et magnae proculdubio utilitatis fuerunt Sacris Romanae Curiae Dicasteriis, uti abunde constat ex ipsorum propositis et monitis.

Exacta periodo antepraeparatoria atque iussu Romani Pontificis typis editis Praesulum responsionibus omnibus, schedae iam confectae minoris utilitatis videri poterant: quae enim Episcopi et Praelati petiissent, singulae Commissiones Praeparatoriae, ipsas responsiones examinando, poterant cognoscere, nisi forsan celerius, magis tamen profunde. Aliud est enim mentem rescribentis perscrutari in verbis ex contextu praecisis et non semel interpretationi subiectis, aliud ipsas responsiones in suo contextu pervolutare et perpendere.

Sed cum plures Commissarii quaesierint schedas edi typis, ita ut facilius in consulendis cribrandisque Praesulum litteris versarentur, visum est, ob hunc unicum finem, omnes schedas in magis ordinato conspectu exhibere.

Habebunt igitur prae manibus Commissarii opus per officiales Secretariae Commissionis Centralis apparatum, quod veluti *pro manuscripto* erit, plane perspectum habentes plenam et genuinam Praesulum mentem non tam in propositionibus per conspectum exhibitis (quamvis magna cura in id impensa sit) quam potius in ipsis iam editis responsionibus inveniri.

Consilia et vota, modo per concisa enuntiata, modo ipsis verbis Praesulum relatis, pandimus, neque repetitionibus pepercimus, si vel minimum discrimen hic illic appareret. Ut evidens est, non omnia omnium retulimus, sed quae magis utilia viderentur, citatis saltem plerisque petentium nominibus.

In notis aperuimus quinam Episcopi et Praelati ea dixerint, ad quae notae referuntur: sede episcopali, licet titulari, contenti plerumque fuimus: ne maior confusio, in re tam difficili, oriretur. Notitiae compleri possunt per consultationem Annuarii Pontificii anni 1959, quo responsiones fere omnes datae sunt.

Nos quidem non fugit, maiore litura, opus absolvi posse perfectius. Sed nunc sit nobis satis Membris et Consultoribus Commissionum Praeparatoriarum auxilium laboris non minimum, uti speramus, praestitisse.

Romae, die II februarii, anno MCMLXI, in festo Purificationis B. M. V.

Normae praecipuae exhibentur iuxta quas primae schedae ex Episcoporum ac Praelatorum litteris confectae sunt

1. Epistularum studio traditarum maxima cura habeatur: ne perdantur, ne lacerentur, ne maculentur.

2. Signa et lineae, quibus puncta maioris momenti relevantur, concinne et ordinatim apponantur.

3. Unaquaeque scheda unum argumentum contineat: itaque latere sinistro (illius qui inspicit) marginis superioris indicare debet argumentum generale litteris maiusculis, latere vero dextro argumentum particulare litteris minusculis: v. c. SACRA LITURGIA — Lingua liturgica.

4. Omnes schedae lingua latina exarandae sunt: clarissime eae scribantur, ita ut nulla creetur difficultas in legendo.

5. Antequam nomina Episcoporum, qui talia et talia dixerunt, enuntientur, paucis iisque claris verbis exponatur substantia dictorum. V. g. Petunt damnari « moralem situationis », quae dicitur, Exc.mi X. Y. Z. Si quis autem Episcoporum peculiaria argumenta affert circa thema tractatum, in synthesim ea reducantur et exponantur in parte dextra schedae, apposito tamen numero ad nomen illius Episcopi. Si vero amplior argumentatio a quopiam fiat, id notetur, ut illius argumentationis fiat exemplar vel photographicum vel dactyloscriptum, schedae dein inserendum.

6. Nomina Episcoporum indicentur tantum quoad munus: ita: Exc.mus Anconitanus, Bumburiensis. Similiter fiat pro Superioribus Religiosis.

DOCTRINAE CAPITA

I. DE THEOLOGICA SPECULATIONE

1

Methodus in theologiae expositione sequenda certis limitibus definiatur.

2

Concilium sententiam ferre velit circa sic dictam « theologiam novam ».

3

Munus theologiae quoad fidem illustretur.

4

Respuantur quaedam dogmatum explicationes, quae ipsa dogmata evertunt, v. g. quoad Christi constitutionem plurimae feruntur doctrinae quae dualismum ita urgent ut a nestorianismo minime differant.

5

Decretum edatur de scientia naturali tamquam ancilla Revelationis divinae.

6

Redeatur ad ipsam Revelationem in S. Scriptura et Traditione contentam. Revelatio veste occidentali exuatur, cum instrumentum aristotelicum et platonicum sit instrumentum mere humanum et ideo angustum et inadaequatum. Intuitiones philosophiae orientalis

---

1) Orthosien in Phoenicia, Mindonien, Barren.

2) Zeliten, Celsonen, Barcinonen, Tarraconen, Jacen, Oscen, Civitaten, Calaguritan et Calceaten, Mindonien, Huelven.

3) Sagien, Tremithusius.

4) Sup. Gen. Ordinis Carmelitarum.

5) Guelen.

6) Troaden, de Sahara Hispanico et Ifni.

illam exprimere valent modo aeque convenienti simul ac magis accomodato eis quibus porrigitur.

7

Non sine utilitate videtur fieri declaratio affirmans quod formula fidei, quae occurrit in declarationibus et canonibus conciliorum, non est ex se nec exclusiva nec exhaustiva: non exclusiva scilicet alius formulae quae idem alio modo diceret, secundum categorias extra scholasticas alius philosophiae, dummodo non sit erronea; nec exhaustiva scil. totius veritatis, nam conciliorum declarationes, licet irreformabiles, persaepe formulantur ad errorem determinatum excludendum et veritatis determinatum aspectum exprimendum. Cura servandi « depositum fidei » componatur cum cura illud exponendi omnibus hominibus cuiuscumque culturae et traditionis philosophicae.

8

Doctis et eruditis catholicis, qui sacris scientiis deserviunt, Ecclesia faveat, sicut Pius XII exegetas catholicos fovit, eisque vera fiducia tribuatur. Accusationes a non peritis et non competentibus contra eos adductae ne recipiantur. Libri catholici, qui nec haeretici nec inhonesti sunt, benigne iudicentur; si quid eis obiicitur, auctoribus concedatur sua opera emendare, quin in studiis suis illidantur.

9

Magnopere desideramus hierarchiam theologis confidere maioremque libertatem in inquirenda veritate eis tribuere, nimia suspicione reiecta, praesertim ex parte S. C. S. Officii.

10

Theologorum catholicorum moderata aliqua et rationalis libertas posset esse optimorum fructuum pro intellectualibus laicis etiam protestantibus et incredulis.

---

7) Tyren Mar., Beryten Mar., Sidonien Mar., Cahiren.
8) Argentinen.
9) Rabaten.
10) Seguntin, Santanderien.

11

Scholae theologicae et biblicae magis sequantur conciliares definitiones et normas a S. Sede datas; proscribantur philosophiae et theologiae formae quae « agnosticismum » sapiunt.

12

Auferantur quaestiones mere scholasticae quae magis sapiunt mentem Medii Aevi quam dogmata et Revelationem.

13

Adhuc in memoriam revocetur omnis « cleri », saecularis et regularis, obligatio non scribendi de rebus ad fidem vel mores pertinentibus, vel ex disciplina ecclesiastica pendentibus, sine Superiorum permissu. De his rebus nonnisi theologis tutissimis in doctrina, ac plane Ecclesiae fidelissimis, facultas detur scribendi.

---

11) Bergomen.
12) Hieracen-Locren.
13) Rupellen.

II – DE FIDE CATHOLICA

1

Detur constitutio dogmatica de fide catholica, reiciens errores nostri temporis.

2

Recolantur et proclamentur antiquae illae veritates fidei quae in Symbolo Apostolorum, et antiquae illae leges quae in Decalogo continentur et in Evangelio.

3

Evolvatur c. IV Constitutionis « Dei Filius » Concilii Vaticani I.

4

Evolvatur Constitutio Concilii Vaticani I « Pastor Aeternus ».

5

Maiorem in lucem proferantur relationes inter fidem et humanam rationem magisque illustretur natura et vis criteriorum credibilitatis in actu fidei eliciendo.

6

Munus rationis ad Dei existentiam e rebus creatis demonstrandam valide communiatur contra eos, qui, reiectis quinque viis S. Thomae omnique argumento philosophico, theodiceae cardines conquassare conantur.

---

1) Ampurien et Templen, Acheruntin.
2) Sabinen et Mandelen.
3) Lunen.
4) Acheruntin.
5) Bergomen.
6) Perusin, Abbas Gen. C.V.U.O.S.B.

7

Ss. Patrum auctoritas in rebus fidei illustretur.

8

Muneri instrumentali fidei in sanctificatione et salute hominis studere convenit.

9

Christus cui multi acatholici et catholici credunt non est Christus historicus sed Christus quidam mythicus, sentimentalis, philosophicus, moralis. Agat igitur Concilium de relatione credentis ad Christum.

10

Contra recentes psychologicas de actu fidei theorias, quae novum quemdam fideismum instaurare contendunt, oportet rationalia fidei vindicare fundamenta, nempe certum iudicium credibilitatis signis externis innixum.

11

Definitio circa fidem, a Concilio Tridentino edita contra protestantes, magis illustretur.

12

Resumenda Constitutio de Fide Catholica ut theologica Fidei notio pro posse expoliatur et ad sua consectaria ducatur maxime circa irrationalismum, traditionalismum, existentialismum, et falsum ac verum humanismum. Concilii erit quaestiones solvere de munere fidei salvifico, de fide necessaria ad salutem, de modo et mensura notitiae veritatum necessaria etc.

---

7) Panormitan.
8) Belemen de Parà.
9) Portus Principis.
10) Perusin.
11) Limonen.
12) Portugallen.

13

Exponatur vera relatio fidem supernaturalem inter et scientiam naturalem ut evitentur novi gnosticismi pericula orta ex doctrinis de valetudine mentali.

14

Iterentur definitiones de fide qua verus assensus intellectus contra irrationalismum et vitalismum.

15

Definiatur fidem esse formaliter actum intellectus, quo homo assentit veritatibus a Deo revelatis propter auctoritatem Dei revelantis et reiciantur hodiernae definitiones erroneae.

16

Denuo tractetur problema de relationibus inter scientiam, philosophiam et fidem.

17

Illustrentur relationes inter fidem et progressus scientiarum.

---

13) Dublinen.
14) Matriten, Mindonien, Salmantin.
15) Cadurcen.
16) Molinen, Nemausen, Corisopiten et Leonen.
17) Caurien-Castrorum Caeciliorum.

III. DE SYMBOLIS FIDEI

1

Syllabus reformetur et explicetur.

2

Epitome edatur omnium veritatum S. Scripturae et Traditionis.

3

Novus fidei symbolus componatur ut veritates nuper definitae inseri possint.

4

Compendia veritatum fidei, uti Catechismus Concilii Tridentini, Symbolum Athanasianum et Symbolum Nicaenum, verbis exprimuntur, quae, saltem in lingua vulgari, rudium ingenio minime accomodantur. Nova ideo paretur atque simplicior expositio totius Ecclesiae doctrinae, tam dogmaticae quam moralis.

5

Formulae professionis fidei inserantur tum quae in iureiurando contra modernismi errores continentur tum quae in Litteris Encyclicis « Humani Generis » aliisque novis RR. Pontificum decretis vel damnata vel statuta sunt.

---

1) Montisvidei, Camposin.
2) Cueven, SS. Conceptionis, Jacarèzinhoen.
3) Vercellen.
4) Carolinapolitan, Edmundstonen.
5) Bergomen.

6

Conficiatur Enchiridion seu Synthesis christiana et in Appendice novus Syllabus addatur.

7

Exaretur corpus propositionum scientiae hodiernae a Concilio Vaticano I usque in hunc diem ita ut certa ab incertis, vera a falsis, tuta a periculosis plene separentur. Instituatur Commissio permanens ad vindicanda dogmata et veritates christianas.

8

Promulgetur amplissima professionis fidei formula, in qua enuntiata contineantur omnia fidei dogmata.

9

Formulae professionis fidei tridentinae addenda est mentio de Limbo.

---

6) Abulen, Dausaren, Gaditan et Septen, Loiden, Sedunen, Helenopolitan in Bithynia.

7) Caesaraugustan, Barcinonen, Salmantin, S. Sebastiani, Premislien Latinorum, Tanagraeus, Achaden.

8) Mindonien, Dardan, Santanderien, Loiden.

9) Driziparen.

IV. DE APOLOGETICA

1

Illustrentur fundamenta Apologeticae catholicae.

2

Agatur de validitate argumentorum traditionalium Apologeticae.

3

Nimis parvipenditur tractatus de Vera Religione.

4

Agatur de relationibus inter rationem humanam et Revelationem.

5

Declaretur valor ontologicus et perennis primorum principiorum rationis, quae sunt fundamentum Apologeticae.

6

Essentialia philosophiae christianae capita enucleentur quae pro intelligentia Revelationis necessaria aestimantur.

7

Iterum affirmetur moralis necessitas Revelationis ad veritates religiosas et morales cognoscendas.

---

1) Jotan, Barren.
2) Sup. Gen. O. F. M. Cap.
3) Trentonen.
4) Eudociaten.
5) Taurinen, Abbas Gen. C.V.U. O.S.B., Sup. Gen. O.E.S.A.
6) Tamiathitan.
7) Faventin.

8

Ostendatur assensum fidei ex ipsa lege naturali Deo revelanti deberi.

9

Contra fideismum oportet illustrare valorem fundamentorum rationalium fidei christianae, imprimis illius probationis quae ex miraculis eruitur.

10

Declaretur doctrina de obiectivo sensu divinae Revelationis cognoscibili per Magisterium Ecclesiasticum.

11

Nimis parvipenditur cognoscibilitas et vis probativa miraculorum.

12

Valde opportunum esset disserere de relatione hominis ad Deum, ad Absolutum, cum multi philosophi et scriptores recentes eam negent et perniciosas theorias de caractere absurdo omnium quae apparent rerum construant.

13

Contra modernos errores, qui dubia movent circa Dei existentiam, iterum veritates proclamentur de Deo omnium Patre, qui omnia creavit; hominem creavit et redemit per Filium et sanctificat per S. Spiritum et ad futuram gloriam per Ecclesiam parat.

14

Declaretur an sit fidei dogma rationali tantum lumine hominem posse existentiam Dei demonstrare.

---

8) Sup. Gen. Congr. Gall. O. S. B.
9) Sup. Gen. Congr. Gall. O. S. B.
10) Pisauren.
11) Trentonen.
12) Portus Principis.
13) Catacen et Squillacen.
14) Amisen.

15

Iterum affirmetur capacitas humanae rationis ad dubium superandum et ad certitudinem assequendam.

16

Definiatur perennis et universalis valor veritatum naturalium et fundamentalium praeceptorum legis moralis.

17

Definiatur naturalis capacitas humanae rationis cognoscendi Deum, eiusque providentiam, necnon fundamentalia praecepta legis moralis.

18

Confirmetur demonstrabilitas existentiae Dei personalis a posteriori.

19

Hodie plures theses Apologeticae traditionalis vehementer oppugnantur a quibusdam catholicis qui contendunt unicam validam demonstrationem christianam et demonstrationem catholicam eam esse quae desumitur ex Ecclesia ipsa, prout est miraculum morale. Hos errores reprimendos esse videtur.

20

Contra intuitionismum, parvipendentem demonstrationem existentiae Dei super principium causalitatis innixam, illustretur efficacia argumentorum, quibus a creaturis mundi rite demonstratur existentia Dei.

---

15) Pinnen-Piscarien.
16) Faventin.
17) Faventin.
18) Trocmadian, Gandaven.
19) Novarcen, Seattlen.
20) Sup. Gen. Congr. Gall. O. S. B.

21

Declaretur vim inesse rationi humanae ad statuenda prolegomena fidei, sc. ad demonstrandum Deum personalem esse et ad statuendum valorem obiectivum miraculi.

22

Iterum affirmetur valor obiectivus fundamentorum rationalium fidei christianae, imprimis illius probationis, quae ex miraculis eruitur.

23

Expositio relationis inter Sanctam Traditionem et Sacram Scripturam necnon de Ecclesia ut custode et interprete Revelationis tum scriptae tum oralis peropportuna videtur.

---

21) Cadurcen.
22) Rupellen.
23) S. Pauli de Minnesota, Chicagien, Bostonien, Quebecen.

V. DE SACRA SCRIPTURA

1. De historicitate Librorum Sacrorum

1

Normae dentur circa quasdam theorias de valore historico S. Scripturae omnino novas.

2

Doceatur historicitas S. Scripturae contra conatus mythologizandi omnia in ea contenta. Contra autem conatus omnia demythologizandi doceatur historicitas miraculorum, e quibus Christus tamquam Messia vere probatur.

3

Quaestio de natura et significatione capitis I - III Libri Genesis enucleetur.

4

Quaestiones de historia primaeva et de Pentatheuco, post bicentenariam oppugnationem criticae adversae, solvantur.

5

Solvantur difficultates quae ex Scripturis oriuntur quoad originem mundi et generis humani.

---

1) Poncen, Hieropolitan, Leirien.
2) Aquisgranen.
3) Lafayetten, Lauden, Legionen, Celsonen, Seguntin, Barcinonen, Flaviobrigen, Albasiten, Calaguritan et Calceaten, Aurien, Giennen, Salmantin, Jotan, Trocmadian.
4) Boianen-Campobassen, Leirien, Miden.
5) Caesarien Philippi.

6

Recognoscantur doctorum interpretationes in quaestionibus disputatis, e.g. circa genealogias, aetatem patriarcharum, diluvium, dies creationis, etc.

7

Quaeritur utrum admitti potest quod quaedam mutationes nonnulli momenti allatae fuerunt in Evangeliorum textu ad illud adaptandum doctrinis vel exigentiis primitivae Ecclesiae.

8

Agatur de authenticitate partium S. Scripturae circa quas moventur dubia v. g. Ioh. 5, 3 b - 4; I Ioh. 5, 7.

9

Illustretur quaestio synoptica.

2. De inspiratione S. Scripturae

1

Declaretur conceptus genuinus et catholicus Inspirationis Sacrarum Scripturarum, ne confusio fidelium in hac re ulterius in dies crescat. In specie evolvantur normae directivae et tutae, statui scientiarum hermeneuticarum hodiernarum accomodatae, de ratione tractandi lectiones in scholis catholicis et seminariis ecclesiasticis.

---

6) Derthonen.
7) Sup. Gen. Congregationis Missionis.
8) Theban.
9) Celsonen.
1) Aphnaeten, de Sahara Hispanico et Ifni, Carthaginen, Abziritan, Amisen, Lafayetten, Seattlen, Quebecen, Treviren, Dagnen, Secovien, Legionen, Celsonen, Zamoren, Flaviobrigen, Toletan, Jacen, Albasiten, Calaguritan et Calceaten, Compostellan, Mindonien, Santanderien, Darnitan, Armachan, Laganitan, Leirien, Cremonen, Sup. Gen. Congregationis Missionis.

2

Quae inde a Conc. Tridentino et Vaticano I de Inspiratione SS. Librorum definita, iterum examini subiiciantur et definiantur, *praecipue quae hominis originem spectant.*

3

Enucleatius dicatur in quo reapse actio qua Deus S. *Scripturam inspiravit* consistat tam iuxta realem et authenticam traditionem dogmaticam stricte sumptam quam iuxta facta historiae litterariae, habita prae oculis necessitate concipiendi activitatem divinam analogice et habito pariter prae oculis modo concipiendi antiquorum orientalium.

4

Ad mentem Leonis XIII et Pii XII evolvatur quid sit Inspiratio divina.

5

Agatur de Inspiratione, inerrantia, historicitate, validitate veterum versionum, imprimis Vulgatae.

6

Clarius distinguendum esset inter Inspirationem et Revelationem: v. g. genealogia est sub inspiratione sed revelatum tantum est omnes homines ex Adamo originem ducere.

7

Pressius Concilium decernat de compatibilitate methodi « formengeschichtliche Methode » cum dogmate Inspirationis.

2) Assisien.
3) Caesaraugustan.
4) Veneten.
5) Sup. Gen. O. F. M. Cap.
6) Araucaniaën.
7) Monasterien.

3. De inerrantia S. Scripturae

1

Illustretur denuo doctrina de natura et extensione inerrantiae S. Scripturae.

4. De versionibus Sacrae Scripturae

1*

Declaretur num auctoritas, veteri Vulgatae latinae editioni adscripta, etiam in hodiernis sola valeat temporibus.

2

Nova versio S. Scripturae e textibus originalibus in usum scholarum theologicarum conficiatur et periodice, v. g. vigesimo quoque anno, revisa et meliorata edatur, auctoritate commissionis biblicae seu S. C. a Seminariis.

3

Paretur nova accuratior versio latina totius S. Scripturae, quae officiali auctoritate ubique polleat.

4

Proponatur ut officialis versio S. Scripturae ex textibus originalibus in unaquaque lingua.

---

1) Zipaquiren, Amisen, Legionen, Flaviobrigen, Jacen, Philadelphien Latinorum, Albasiten, Santandederien, Armachan, Carthaginen, Cremonen.

1*) Veneten.

2) Holaren, S. Antonii de Balsas, Urbanien et S. Angeli in Vado, Minoricen, Funchalen.

3) Ephesin.

4) Hierapolitan in Phrygia, Tarvisin, S. Severinae, Sebasten in Cilicia.

5

Quaevis natio suam habeat versionem in linguam vulgarem S. Bibliae a S. Sede approbatam.

6

Nova et communis editio textus S. Scripturae pro disceptationibus inter Catholicos et Protestantes hoc modo conficiatur: *a*) Lingua hebraica; *b*) Lingua graeca; *c*) Versio latina nova; *d*) Praecipuae linguae nostrae aetatis ad modum synopsis. Ista specialis editio committatur Instituto Biblico et speciali commissioni virorum peritorum.

7

Textus S. Scripturae textui primogenio pro viribus conformis desideratur (praeter versionem Psalmorum iam feliciter datam). Quod quidem videtur esse postulatum Enciclycae « Divino afflante Spiritu » sponte ortum.

8

Cum versio Psalmorum ab Instituto Biblico peracta causam praebuerit murmurationibus et plurimorum exturbaverit animos, Concilium edicat in hoc negotio attendendum esse textui quem suo tempore publici iuris faciet Commissio Revisionis Vulgatae.

9

Promoveatur nova translatio Veteris et Novi Testamenti et libris liturgicis inseratur.

10

Vigentes versiones in linguis latina et graeca emendentur.

---

5) Londonen.
6) Fanen, Sebasten in Cilicia.
7) Sidonien.
8) Sup. Gen. Congr. Cisterc. in Italia.
9) Kasongoën, Gaurianen.
10) Darnitan.

11

Reconsideretur versio totius S. Scripturae. Vulgata videtur posse emendari paucioribus mutationibus ne oriatur nimia discrepantia cum scriptis tot Sanctorum Patrum.

12

Nova versio, ut pro Psalmis, totius S. Scripturae edatur vel saltem Vulgata emendetur, praesertim I Reg. 13, 1; Io 21, 22; I Cor. 15, 51; Phil. 2, 11 etc.

13

Ordinario detur licentia permittendi ut versiones S. Scripturae ex lingua hebraica vel graeca in vernaculam redactae in cultu publico adhibeantur.

14

Serio applicetur c. 1391 circa editiones S. Scripturae in linguam vernaculam. Omnino necessariae sunt introductiones et adnotationes vere sufficientes ad divinum verbum intelligendum. Ne permittantur editiones in vernaculam linguam adnotationibus nimis paucis praeditae.

5. De Sacra Scriptura interpretanda

1

Dentur normae clarae et definitivae quas catholici exegetae sequantur in S. Scriptura interpretanda.

---

11) Cemerinianen.
12) Scythopolitan.
13) Dublinen.
14) S. Agathae Gothorum.
1) Corisopiten et Leonen, Comaclen, Fulginaten, Cremen, Aelaniticus, Salernitan, Montis Alti et Ripan, Bononien, Venetiarum, Caesenaten, Novarien, Baren, Veronen, Civitatis Castellanae Hortan et Gallesin, Montis Oliveti Maioris, Firman, Claudiopolitan in Isauria, Pittsburgen, Manchesterien, Barren.

2

Auctoritas divina S. Scripturae in memoriam revocetur.

3

Urgeatur quam maxime auctoritas Ecclesiae in interpretandis S. Scripturis.

4

S. Scriptura et Patres melius proponantur ut fundamentum rerum definitarum.

5

Determinentur relationes inter S. Scripturam et Traditionem.

6

Declarentur mutuae relationes inter Theologiam et S. Scripturam.

7

Universa scientia biblica, inde a Conc. Vaticano I disputata, organice proponatur, quo clariora evidentioraque fiant puncta doctrinalia.

8

Quoniam multae notiones falsae quoad S. Scripturam tenentur, opportunum est characterem divinum S. Scripturae terminis claris statui, sc. Deum eius esse auctorem, Ecclesiam catholicam autem interpretem totius depositi veritatum in S. Scriptura revelatarum esse. Huiusmodi declarationem etiam protestantes, qui characterem sacrum Bibliae admittunt, fervide approbabunt.

---

2) Granaten.
3) Albasiten, Burgen, Mindonien, Santanderien, Erythrae, Cremonen.
4) Namurcen.
5) Carthaginen.
6) Colimen.
7) Campobassen.
8) Fargen, Abbas, Gen. C. V. U. O. S. B.

9

In documentis ecclesiasticis non admittantur assertiones quae cum verae scientiae acquisitionibus manifeste discrepent (e. g. series annorum a primi hominis creatione in Martyrologio).

10

De interpretatione textus principia declarentur ad mentem Pii XII.

11

Firmetur principium hermeneuticum fundamentale de interpretatione S. Scripturae nempe retinendi sensum quem clare et naturaliter textus exprimit.

12

Concilium declaret primatum sensus litteralis S. Scripturae.

13

Decernantur omnia quae spectant ad sensum « pleniorem » quem vocant S. Scripturae.

14

Summi momenti esset in Concilio decernere quae spectant ad sensum quem dicunt typicum S. Scripturae, cum non parvum stuporem aliquando patiantur fideles cum legunt vel audiunt quam plurima quae pugnant cum antiquissima Ecclesiae traditione et praedicatione.

15

Decernatur impossibilitas admittendi in auctore sacro sensum humanum errori subiectum vel sensum humanum sub quo sensus divinus, solus infallibilis, lateat.

---

9) Derthonen.
10) Veneten.
11) Zamoren.
12) Darnitan.
13) Dublinen, Aurien, Zeliten.
14) Zeliten.
15) Albasiten.

16

Oppugnetur invalescens mos a sensu litterali ad sensum typicum imo et mere « historicum-accomodatitium » deflectendi in prophetiis messianicis explicandis, ita ut vis enervetur argumenti prophetici quod communi doctrina ut miraculum « intellectuale » et ab Ecclesiae Magisterio ut validum signum externum Revelationis habetur.

17

Affirmetur possibilitas vel in casu necessitas admittendi sensus diversos in S. Scriptura ut explicari possit processus alicuius veritatis usque ad eius definitionem tamquam dogma.

18

Quia dispares opiniones editae sunt, Concilium decernat rectam S. Scripturas interpretandi viam et rationem cui omnes conformentur.

19

In exegesi S. Scripturae saepe recurritur ad argumenta naturalismo et rationalismo infecta. Normae dentur firmae et clarae, ut traditionalis ortodoxia in rebus tanti momenti servetur.

20

Desiderantur normae clariores ut removeantur inanes difficultates in interpretatione S. Scripturae et arceatur periculum interpretationis nimis liberalis et materialisticae.

---

16) Bergomen.
17) Albasiten.
18) Guadalajaren, Vashingtonen, Madisonen, Kansanopolitan - S. Josephi.
19) Adrien.
20) Sup. Gen. Miss. Ext. Bethlehem.

21

In studiis biblicis de S. Scriptura interpretanda, insistendum est regulae fidei, expressae a magisterio ecclesiastico tam sollemni quam communi sive Summi Pontificis sive Episcoporum. Aliquando enim laici, docti praesertim, in librorum explanatione sibi confident plus quam auctoritati Ecclesiae.

22

Requiritur strictior unio inter interpretationem S. Scripturae et traditionalem doctrinam Ecclesiae.

23

In explanatione S. Scripturae prae oculis habeantur conclusiones scientificae exegetarum catholicorum (v. g. de generibus litterariis, de existentia documentorum in libris inspiratis, de natura speciali historica capitum I-XI Genesis etc...).

24

Necessarium est, in SS. Scripturis elaborandis, ad ea praecipue animum intendere quae ad textus explanationem seu exegesim et ad vitam et usum pastoralem pertinent, non vero tantum ad inquisitionem mere criticam. Ideoque normae emanentur quae iusta methodo alumnos ad sacra studia sapienter et moderate instruant.

25

Qui rebus biblicis applicantur magis curent ne imprudenter agant, sive legendo rationalistarum scripta, sive in suis relationibus cum scholis atheisticis.

---

21) Baiocen.
22) Taurinen.
23) Argentinen.
24) Patavin.
25) Sup. Gen. Congregationis Missionis.

26

Pro exegesi et biblicis disciplinis iusta libertas concedatur omnibus inquisitionibus historicis, scientificis, archeologicis.

27

Exegetae catholici in explorandis S. Scripturae libris maiore gaudeant, sub auctoritate Episcoporum, licentia ac libertate ad mentem Enc. « Divino afflante Spiritu » Pii XII.

28

Concilium prohibeat doctores et professores quominus quasdam opiniones et hypotheses profiteantur et defendant eosque hortetur ad sequendam doctrinam traditionalem et novitates vitandas.

29

Declaretur quid sentiendum circa auctores, compositionem et exegesim quorumdam S. Scripturae librorum, praesertim quia quaedam sententiae et interpretationes nimis libere docentur etiam in scholis theologicis catholicis.

6. De generibus litterariis

1

Principia enucleentur de generibus litterariis sacrorum librorum, ita ut praecaveantur abusus in hac materia.

---

26) Montis Vici.
27) Rottenburgen.
28) Sup. Gen. Congr. Cistercien. in Italia.
29) Bugellen.
1) Catacen et Squillacen, Neocastren, Bergomen, Carthaginen, Zipaquiren, Amisen, de Sahara Hispanico et Ifni, Petropolitan in Insula Longa, Ephesin, Celsonen, Segobricen, Zamoren, Civitaten, Mindonien, Aurien, Santanderien.

7. De quaestionibus novis in Re Biblica

1

Diligentiori examini subicere oportet novas quaestiones, quas recentiores progressus Scientiae Biblicae hodiernis proponunt temporibus.

2

Declaretur accuratius doctrina catholica de S. Scriptura eiusque ad modernas de rebus naturalibus et historicis doctrinas relatione.

3

Ultimis temporibus ex parte aliquorum catholicorum sequentia docentur:

a) Miracula narrata in Synopticis sunt amplificationes;

b) Idem dicendum de miraculis V. T.;

c) Duo prima capita Evangelii S. Lucae sunt narrationes legendariae (« midrash »).

d) Scriptor biblicus potuit docere falsa etiam in rebus fidei et morum dummodo non haberet intentionem docendi.

8. De auctoritate Commissionis Biblicae

1*

De valore decisionum Commissionis Biblicae non una est auctorum sententia, saltem relate ad antiquiora decreta ita ut plures auctores iam certas considerent acquisitiones scientiae biblicae quae in huiusmodi responsionibus plus minusve firmiter excludebantur.

---

1) Conchen, Celsonen, Tarraconen, Mindonien, Orthosien in Phoenicia, Brugen.

2) Gedanen.

3) Dodonaeus.

1*) Amisen.

2

Nullo dubitante quin decreta Romanarum Congregationum seu S. Sedis accipienda sint, declaretur utrum par submissio decretis Commissionis Biblicae praestanda sit.

3

Aliqua revisio Commissionis Biblicae decretorum, cum nonnulla in explicanda S. Scriptura practice ignorentur, videtur facienda.

4

Vitentur decisiones in re biblica quae a factis negari possint.

5

Hisce diebus a catholicis scriptoribus eduntur discrepantia cum Commissionis de Re Biblica responsis annorum 1905-1914 effata, v. g. circa Pentateuchum multo post dies Moysis scriptum, circa librum Danielis, etc. Unde videtur vere utile ad anxietates tollendas eorum qui aliquo modo S. Scripturam explanare debent, sive in Seminariis sive in scholis mediis aut elementaribus sive in Catechismi scholis sive tandem in sacra praedicatione, definire quid sentiendum sit de his novis interpretationibus, quae contradicunt, uti videtur, Commissionis de Re Biblica responsis aut saltem praeviae in Ecclesia communiter receptae exegesi.

6

Pontificia Commissio Biblica ad pristinum officium revocetur a S. Pio X determinatum.

---

2) Sidonien.
3) Agathonician.
4) Nicomedien.
5) Basilinopolitan.
6) Panormitan.

9. De erroribus damnandis

1

Ad tollendam anarchiam inter scriptores de re biblica confirmentur Decreta Pontificiae Commissionis de re biblica et proscribantur sententiae secundum quas hagiographus non est infallibilis quando affirmat, sed tantum quando docet.

2

Defendatur S. Scriptura ab omni interpretatione quae Protestantismum vel Indifferentismum religiosum sapit.

3

Audaces ac deformatas conclusiones circa S. Scripturae interpretationem perpendere et nota theologica certa afficere opus est.

4

S. Scripturae studia in maioribus Athenaeis minime excepto Instituto Biblico, veluti rationalismo videntur infecta. Professores se gerunt ut tantummodo evidentissimos errores in magisterio devitent. Tali modo alumni, novitatis amantissimi, normas SS. Pontificum explicite spernentes, errores quosdam amplectuntur. Ideoque praesertim ad dogma divinae Inspirationis et ad historicitatem Pentatheuchi tutandum, declarationes edantur et poenae in transgressores efficaces comminentur.

5

Naturalismus biblicus strenue reiciatur. Biblia sic legatur ut haec lectio actus fiat religionis et fidem ac caritatem fidelium nutriat.

---

1) Guadalajaren.
2) Hartfortien, Crossen.
3) Urbevetan.
4) Sup. Gen. Ord. Servorum B.M.V.
5) Arcen.

6

Damnentur relativismus et naturalismus qui serpunt in variis modis cogitandi, loquendi ac scribendi de rebus biblicis et theologicis.

7

Extrahantur e modernismo biblico-dogmatico-disciplinari praecipui errores et decise damnentur.

10. De Sacrae Scripturae usu in fidelium institutione

1

Normae determinentur de interpretatione, studio et explanatione Sacrae Scripturae pro fidelium institutione.

2

In epitomen redigatur pro cleri et fidelium institutione ea quae hodie tenenda sunt ut vere historica v. g. in Genesi etc.

3

Paretur compendium, praecipuas continens partes Sacrae Bibliae, rudium ingenio accomodatum.

4

Quaerantur media vere efficacia ut S. Scriptura innotescat populo, in hac re enim heterodoxi apparent nobis superiores.

---

6) Sup. Gen. Ord. Carm. Discalc.
7) Panormitan.
1) Campifontis in Illinois, Nicoletan, Sherbrooken, Turonen.
2) Dausaren, Dardan, Abulen.
3) Carolinapolitan.
4) Luxemburgen.

5

Verbum Dei fidelibus tradatur in versionibus, quae simul scientifico non careant valore ac non praetermittant verum sensum, qui a Traditione christiana, a Patribus, a Conciliis et Pontificibus statutus est.

6

Actio propagationis Bibliae de domo in domum propugnetur, ita ut omnes S. Bibliam possideant et in eius lectione aliquid temporis quotidie impendant.

7

Quaeritur quomodo proponi debeant novae interpretationes S. Scripturae fidelibus non initiatis in scientiis naturalibus et etiam cultoribus talium scientiarum.

8

Divulgandi sunt libri S. Scripturae in populo, qui, adnotationibus non minimis, sed sufficientibus, adiuvari debet in fructuosa lectione spirituali.

9

Permittantur editiones integrae S. Bibliae a Protestantibus late divulgatae quia hoc videtur consentaneum pristinae Ecclesiae traditioni, melius unionem cum acatholicis parat et non parum confert ad tollendam ignorantiam circa S. Scripturam inter catholicos serpentem.

10

Dies Universalis Bibliae instituatur ut eius cognitio foveatur.

11

Editiones valde oeconomicae S. Evangelii desiderantur.

---

5) Arcen.
6) Azulen.
7) Tuden.
8) Catacen et Squillacen.
9) Punien, Tuden.
10) Montisvidei.
11) Palmiran.

12

Typis mandentur editiones universales lingua vernacula, magna exemplarium quantitate.

13

Concilium praecipuas conclusiones ex hodiernis S. Scripturae studiis et Documentis Pontificiis eruat et populo christiano uti firmiter tenendas proponat.

---

12) Montisvidei. 13) Mopoien.

VI. DE CATHOLICA TRADITIONE

1

Doctrina de Traditione uti altero fonte veritatis revelatae evolvatur necnon circumscribatur.

2

Illustretur valor obiectivus Traditionis.

3

Declaretur Traditionis essentia ad mentem recentiorum de hac re studiorum.

4

Tractetur de necessitate, natura, vi Traditionis et de sensu fidelium tamquam de elementis vivis in Ecclesia.

5

Ad ipsam unionem cum fratribus separatis fovendam, tradatur genuina definitio Traditionis catholicae, quae non solum latina et occidentalis, sed et orientalis exstat: quod quidem minime negatur, sed in praxi, in oblivionem nonnumquam adducitur.

6

Cum Concilium Tridentinum definiat Revelationem divinam « in libris scriptis et sine scripto traditionibus contineri », ipsissima relatio inter S. Scripturam et S. Traditionem vigens accurate determinetur, ratione habita recentioris investigationis theologicae.

---

1) Kerrien, Pessinuntin, Gurcen, Corisopiten et Leonen, Venetiarum, Signin, Passavien.

2) Barcinonen, Orthosien in Phoenicia, Zamoren, Barren.

3) Gedanen.

4) Albasiten, Aurien, Vladislavien.

5) Chamberien.

6) Sidonien, Hildesheien, Phytean.

7

De Traditione apostolica, quae est fons fidei a S. Scriptura distincta et cum S. Scriptura coniuncta, iterum tractetur: a traditionibus particularibus melius appareat distincta. Concilium Tridentinum (sess. IV) quaestiones apertas hac de re nequit omnes solvere.

8

Declaretur prioritas historica et logica fontis Traditionis ante fontem S. Scripturae, ita ut appareat Traditionem continere revelationes, quae in S. Scriptura non inveniuntur.

9

Fontem primarium Revelationis catholicae esse S. Scripturam solemniter affirmetur, Traditionem vero non esse creatricem Revelationis sed fontem, quo revelata nobis patescunt. Maximi momenti est diremptio controversiae exortae de relatione inter Traditionem et S. Scripturam tamquam fontes Revelationis.

10

Decernatur circa vim et conditiones quibus ornari debeat traditio patristica ad dignoscendum quando ipsa in interpretandis S. Scripturis, sit vera traditio doctrinalis, criterium fidei et revelationis.

11

Traditioni suum retineatur momentum et simul definiatur exactissime quid sit progressus in Ecclesia.

---

7) Lerien.
8) Aquisgranen, Ostracinen.
9) Monasterien.
10) Albasiten, Mindonien, Santanderien.
11) Montis Pessulani.

12

Iudicio Concilii subiicienda est sententia recentiorum irenistarum qui tenent integrum revelationis obiectivae depositum in S. Scripturis contineri adeo, ut Divinae Traditioni functio tribuatur mere transmittendi et explicandi depositum fidei in sola Scriptura plene contentum.

12) Santanderien, Dublinen, Tornacen, Sup. Gen. Congr. « of the Atonement ».

VII. DE ECCLESIA

1. De Ecclesiae Constitutione

1

Detur constitutio dogmatica de Ecclesia Christi.

2

Ulterius doctrina de Ecclesiae constitutione elaboretur secundum eamdem lineam ac in Concilio Tridentino et Vaticano I.

3

Resumatur schema « De Ecclesia », in Conc. Vaticano I propositum, et doctrina catholica de Ecclesia Christi integre pertractetur.

---

1) Caesenaten, Insulen, Tarbien et Lapurden, Prienen, Suessionen, Medelitan, Dorylaën, Sancti Claudii, Meten, Herbipolen, Limburgen, Calydonien, Conferentia Fuldensis, Secovien, Gurcen, Castabalen, Maracayen, Caeciritan, Cucuten, Victorien Spiritus Sancti, Kisantuen, Kumasien, Laganitan, Kasongoën, Ordinarii ex Congo et ex Ruanda Urundi, Dodgepolitan, Abellinen, Sup. Gen. Congr. Anglicae O. S. B., Sup. Gen. Mission. a Consolata, Sup. Gen. Soc. Marist., Sup. Gen. Congr. Mission. a S. Familia, Sup. Gen. Congr. S. Cordis I. Inf.

2) Ambianen.

3) Mynden, S. Miniati, Andrien, Montis Oliveti Maioris, Platien, Apuanien, Medelitan, Abellinen, Caesenaten, Busiritan, Thuburnicen, Moguntin, Rottenburgen, Philadelphien Lat., Ottavien, Paderbornen, Misnen, Apollonien, Vindobonen, Maroneus, Macren, S. Hippolyti, Lincien, Metellopolitan, Gedanen, Zeliten, Oveten, Matriten, Miletopolitan, Celsonen, Orthosien in Phoenicia, Dalisanden in Isauria, Segobricen, Mindonien, Santanderien, Barbastren, Portugallen, Dublinen, Sedunen, Hafniae, Osloën, Helsinkien, Luxemburgen, Mandetrien, Diospolitan in Thracia, Driziparen, Czestochovien, Thuggen, Darnitan, Holmiae, Dallasen-Arcis Worthen.

4

Enucleetur doctrina de natura Ecclesiae ut ad plenum exitum deducatur opus inceptum a Conc. Vaticano I. Ita *positive* fovebitur affectus membrorum Ecclesiae erga providam Matrem et dissidentes ad reditum invitabuntur; *negative* arcebuntur opiniones, quae minus caute in hac parte, nostris temporibus, serpunt.

5

Doctrina de Ecclesia, attentis novissimis theologorum studiis, definiatur.

6

Magis integriter organiceque universa de Ecclesia doctrina statuatur.

7

Quaestio de conceptu et essentia Ecclesiae ad definitivam decisionem matura esse videtur post Encyclicas Leonis XIII, Pii XI, et Pii XII.

8

Contra errores modernos, novus expectatur tractatus de vera Christi Ecclesia, temporibus hodiernis accomodatus.

9

In definienda ecclesiologia regale dominium Christi declaretur, ut falsae opiniones protestantium contra hierarchiam superentur et clarior appareat verus sensus hierarchicae constitutionis Ecclesiae.

---

4) Rhemen, Catalaunen, Bellovacen, Ebroicen, Tremithusius, Sagien, Massilien, Rhedonen.
5) Sup. Gen. Congr. CC. RR. S. Bernardi M. J., Sup. Gen. Miss. Ext. Bethlehem, Sup. Gen. Mission. S. Franc. Salesii.
6) Valentinen, Portus Principis, Campifontis-Capitis Girardeauen, S. Pauli de Minnesota, Petropolitan in Insula Longa, Yakimen, Carolinapolitan, S. Joannis Canaden, S. Bonifacii, Monopolitan, Santanderien, Leirien, Ombitan.
7) Aquisgranen.
8) Ebroicen.
9) Paderbornen, Berolinen.

10

In exponenda ecclesiologia influxus Christi Capitis in animas iustificatorum declaretur, ut gratia iustificationis inhaerens a plenitudine Christi donata et semper conservata lucide appareat. Hoc modo quaedam praeiudicia protestantium, qui errant circa doctrinam de gratia creata inhaerenti, facilius corrigerentur.

11

Ecclesia illustretur ut Sponsa Filii Dei et familia Dei Patris vinculo fidei et spei et caritatis in Spiritu Sancto coadunata.

12

Magis investigetur et proferatur elementum mysticum Ecclesiae.

13

« Iuridismus » in conceptione et structura Ecclesiae minuatur.

14

Non immorandum tantummodo in iuridica definitione sed Ecclesia cognoscatur ut « Mysticum Corpus », ut « Sponsa Christi », ut « Dei Regnum ».

15

Explicentur relationes inter Ecclesiam visibilem et Regnum Dei et praesertim Communionem Sanctorum.

---

10) Paderbornen.
11) Treviren, Dagnen.
12) Bergomen.
13) Antiochen Melch., Hemesen Melch., Bostren et Auranen, Petren et Philadelphien, Laodicen Melch., Pelusitan Melch., Tarsen Melch., de Nubia, Tyren Melch., Sidonien Melch., Heliopolitan Melch., Aleppen Melch., Beryten et Gibailen Melch., Mariamnen, Paneaden, Archim. Ordinis Basiliani Aleppen Melch., Archim. Ordinis Basiliani Ss. Salvatoris Melch., Archim. Ordinis Basiliani S. Ioannis Bapt. Melch., Sup. Gen. Societatis Missionariorum a S. Paulo.
14) Volaterran, Buscoducen.
15) Treviren, Dagnen, Hispalen.

16

Declaretur doctrina de Ecclesia « visibili » et « invisibili » et de mutua necessitudine inter utramque.

17

Eradenda essent vestigia cuiusdam praevalentiae quam sibi possent vindicare elementa Romanum et Hebraicum adversus Evangelicum et Paulinum:

a) Pluris aestimatur iuridicum elementum quam dogmaticum et ius quam ipsa Theologia. Haec sunt quae ut praedominium romanum in Evangelium intelligimus.

b) Pluris habetur elementum externum quam internum, ritus quam mysterium, lex quam gratia (hinc quod praecepti positivi nimia habeatur aestimatio), quantitas et numerus quam ipsa qualitas. Quae quidem omnia vocamus praedominium Iudaici elementi in elementum Paulinum.

18

Exponendum: Christum realiter inveniri non posse nisi in Ecclesia.

19

Relatio inter supernaturalem et intimam Ecclesiae vitam et eius hierarchicam structuram definiatur ut in luce ponatur vera natura Ecclesiae et illustrentur relationes quas ad illam habent baptizati omnes et illi qui bona fide extra Ecclesiam versantur; huiusmodi enim relationes saepe considerantur magis in ordine quodam iuridico quam ontologico.

20

Maxime optandum esset ut futurum Concilium amplius doctrinam Christi Ecclesiam respicientem sua auctoritate declaret, prae-

---

16) Bellovacen, Argentinen, Engolismen, Nivernen.
17) Valentin.
18) Lucionen.
19) Mediolanen.
20) Caebuan, Sidonien.

sertim Spiritus Sancti lucem in theologiam Mystici Corporis Christi, in laicatus intra Ecclesiam functiones, in Actionem Catholicam, in Opus Missionum ad Exteras Nationes, opera etiam adhibita piorum laicorum, et alia huiusmodi perfundendo.

21

Exponatur doctrina de Ecclesia, ut est hierarchica societas et Corpus Christi mysticum.

22

Detur Constitutio dogmatica de Ecclesia Christi, compactam structuram Ecclesiae in suo duplici elemento hierarchico et praesertim divino prospiciens, una simul cum doctrinis de Communione Sanctorum et de laicatu catholico, quae omnia cum doctrina Mystici Corporis Christi intime connectuntur.

23

Definienda est constitutio Ecclesiae, ut clare cognoscatur relatio inter Ecclesiam a Christo tamquam monarchico-hierarchicam et visibilem fundatam et Corpus Christi mysticum.

24

Vindicetur doctrina catholica de S. Hierarchia, quia *a*) errores patent, quibus religio ut factum individuum dicitur; *b*) quaedam forma i. e. democratica laicis tribuit nimia iura et falsa; *c*) facile a quibusdam Ecclesia damnatur ut causa malorum et iniustitiae socialis aut reicitur eius auctoritas et actio in rebus humanis gerendis et vitae socialis cursu dirigendo.

---

21) Jacien, Potentin et Marsicen, Pinnen-Piscarien, Faventin.

22) Ampurien et Templen.

23) Ostracinen, Monasterien, Aquisgranen.

24) Pistorien, Potentin et Marsicen.

25

Illustretur doctrina catholica, quae tenet Ecclesiam non *democratice*, sed monarchice institutam esse, nempe *cum Summo Pontifice et cum Collegio Apostolico, a Christo divinitus constituto, quod tantummodo constat ex Episcopis.*

26

Damnentur qui volunt in Ecclesia aliquam democratiam nullatenus cum institutione Christi cohaerentem.

27

Illustrentur natura et missio Ecclesiae, ut errores de unitate Ecclesiae passim obscure serpentes, quae Ecclesiam dividunt in « Communauté » laicorum et in « Société hiérarchique » pure externa, facilius impugnentur.

28

Natura Ecclesiae exponenda est modo positivo, verbis quibus utebantur Apostoli et S. Paulus, quatenus est Corpus Christi Mysticum.

29

Ecclesiologia enucleetur ad mentem Encyclicae « Mystici Corporis ».

30

Fundamentum totius ecclesiologiae, ad normam doctrinae S. Pauli, S. Augustini et S. Thomae A., sit doctrina de Corpore Christi Mystico.

31

Expresse asseratur Ecclesiae non minus esse ministerium verbi divini quam sacramentorum.

---

25) Burdigalen, Bituricen.
26) Januen.
27) Gratianopolitan.
28) Edmundstonen.
29) Spiren, Busiritan, Bassianen, Vindobonen, Maroneus, Macren, S. Hippolyti, Lincien, Metellopolitan.
30) Paderbornen, Fulden, Gedanen.
31) Calydonien.

32

Id ostendatur: Ecclesia Novum Testamentum hominibus dedit et non, sicut Protestantes erronee tenent, ex Novo Testamento Ecclesia orta est.

33

Ecclesia proclametur tamquam ratio unica divina unitatis humani generis, cum sit Mysticum Corpus Christi et societas perfecta per quam Divinus Redemptor apud homines manet ut Sacerdos, Magister et Rex.

34

Utile est declarare Ecclesiam esse medium necessarium salutis, in quo naufragium vitatur universalis perditionis.

35

Definiatur Ecclesia uti fons gratiae et salvationis pro omnibus.

36

Finis Ecclesiae denuo attente et stricte definiatur.

37

Solemniter primarium finem supernaturalem Ecclesiae affirmare oportet, gloriam Dei nempe et animarum salutem in multimoda sua actuositate ut in scholis catholicis, actione catholica, rebus socialibus et operibus inter iuvenes.

38

Illustretur missio constans totius Ecclesiae: evangelizatio.

---

32) Indianapolitan.
33) Indianapolitan, Sherbrooken, Nicoletan, S. Bonifacii.
34) Catacen et Squillacen.
35) S. Pauli de Minnesota.
36) Tolosan.
37) Philadelphien Lat., S. Bonifacii.
38) Montis Albani, Argentinen.

39

Affirmentur ius et obligatio Ecclesiae ad propagationem fidei.

40

In lucem iterum ponatur character supernaturalis Ecclesiae, ita ut omnes populi ipsam ingredi valeant.

41

Missio Ecclesiae universalis, supernaturalis et divina affirmetur.

42

Agatur de momento quo Ecclesia consummata fuit.

43

Tractetur de Ecclesia uti societate hierarchico-monarchica, de relationibus inter Ecclesiam et Statum, qua ratione viri baptizati, civili quavis auctoritate praediti, autonomi censeri possint et qua ratione Ecclesiastico Magisterio subdantur; de Sacerdotio, quod vocatur, fidelium deque cooperatione cum Hierarchia in Actione Catholica.

44

Affirmetur ius ad libertatem, quam sibi Ecclesia vindicat ex iure divino praedicandi evangelium Christi, sive praedicatione stricte dicta, sive scholis institutionis christianae.

45

Explicetur quomodo Ecclesia sit defensor iurium et libertatis hominum quatenus proclamat et docet legem divinam in qua omnia iura et libertates fundantur; indicetur quanto Ecclesia rationem humanam aestimet atque scientiae progressus foveat.

---

39) Sup. Gen. Ord. Bas. S. Ios.
40) Catacen et Squillacen.
41) Daldian, Portlanden, Sup. Gen. Presbyt. a SS. Stigmat.
42) Celsonen.
43) Lunen.
44) Catacen et Squillacen.
45) Indianapolitan, Lincolnen, Portlanden.

46

Quae de Catholica Ecclesia deque eius immunitate habentur in Romanorum Pontificum Encyclicis, a superiore congregato Oecumenico Concilio usque ad hodiernum diem editis, opportune recolantur.

47

Multum iuvaret pronuntiatio etiam solemnis de Ecclesiae habitudine ad modernos « humanismos ». Talis pronuntiatio, ratione habita populorum sub communismo et eorum qui nunc tandem ad civilitatem et cultum vitae oeconomico-socialem accedunt, multum iuvaret.

48

Conceptus Ecclesiae apud Melchitas catholicos examinetur; estne legitima divisio Ecclesiae in Occidentalem et Orientalem?

49

Definiatur maiore cum claritate positio Ecclesiae relate ad religiones christianas et non christianas, iuxta exigentias hodiernas.

50

Definitiones, concertationis plenae, quas circa Ecclesiam dedit Tridentina Synodus contra protestantes, acclarentur ac maiori comprehensione formulentur.

2. De Ecclesiae Potestate

1

Origo, natura et obiectum auctoritatis Ecclesiae reaffirmari debent.

---

46) Sabinen et Mandelen.
47) Portugallen.
48) Sardian.
49) Teresian.
50) Limonen.
1) Daldian, Portlanden, Fargen.

2

Fundamenta auctoritatis in Ecclesia illustrentur contra subiectivismum hodierna die nimis pervulgatum.

3

Illustretur natura potestatis ordinis et iurisdictionis in Ecclesia eorumque relationes.

4

Ecclesiae potestas iurisdictionis in meliorem lucem edatur, ipsius obiectum determinando et competentiam Ecclesiae in rebus diversis indicando.

5

Iurisdictionis potestatis renovata ac positiva elucidatio desideratur ac melior iurisdictionis fori externi defensio.

6

In meliore luce ponenda videtur illa spiritualis regiminis potestas quae sacrae Ecclesiae Hierarchiae demandatur, et recte assimilatur auctoritati paternae vel maternae, scilicet quia ab intra ad uniuscuiusque personae totiusque plebis in fide et caritate incrementum ordinatur.

7

Explicetur potestatem et magnitudinem Ecclesiae esse potestatem et magnitudinem charitatis, missionem Ecclesiae esse missionem amoris, ad confutandam diffusionem conceptus quo Ecclesia quaerit moderari auctoritatem civilem et subiicere omnes homines suo imperio.

---

2) Montis Albani, Montis Pessulani.
3) Carthaginen.
4) Lucionen.
5) Insulen.
6) Insulen, Versalien.
7) Daldian.

8

Damnentur qui de facto potestatem Ecclesiae coarctant quasi ea nullatenus posset de rebus terrenis agere.

9

Exquirantur causae ob quas Ecclesiae auctoritas fere nulla est apud hominem medium, qui dicitur.

3. De Summi Pontificis Auctoritate et Magisterio

1

Exponatur doctrina catholica de necessitate, genuina natura, et vi Magisterii Summi Pontificis.

2

Magis illustretur sensus primatus Romani Pontificis.

3

Summus Pontifex praesentetur tamquam caput populi Dei.

4

Iteretur solemnis definitio Concilii Vaticani I de infallibilitate papali.

5

Agatur de suprema potestate Papae ac de eius universa iurisdictione tamquam unitatis Ecclesiae signo et causa.

---

8) Januen.
9) Capuan.
1) Victorien Venetorum, S. Severinae, Lorymien, Albasiten.
2) Uthinen, Sup. Gen. Congr. CC. RR. S. Bernardi M. I.
3) Bulauaien.
4) Civitatis Jeffersonien.
5) Carthaginen.

6

Declarandum est Romanum Pontificem ut Christi Vicarium omni nationi, ritui superiorem esse, inde semper omittendos esse istos titulos: « Patriarcha Occidentis », « Primas Italiae », « Archiepiscopus et Metropolita Provinciae Romanae », « Summus Princeps Civitatis Vaticanae ».

7

Circa Primatum iurisdictionis R. Pontificis perutile esset quod Patres Concilii aliqua dicerent de relatione quae inter Primatum et unitatem Ecclesiae, ex voluntate Dei existit. Ecclesiae separatae usque dum ipsum Primatum Summi Pontificis reicient nullo modo consequi poterunt unitatem Ecclesiae quam, nostris temporibus, necessariam agnoscunt.

8

Primatus Summi Pontificis ab Ecclesia separari nequit: disiunctio Papae et gregis prorsus excogitari nequit. Haec intima unio Sedis Apostolicae cum tota Ecclesia fortiter in lucem producenda est, etiam in textibus.

9

Quomodo infallibilitas Ecclesiae et infallibilitas personalis Summi Pontificis conveniant inter se.

10

Tradatur sententia declaratoria utrum ad infallibilitatem Romani Pontificis salvandam requiratur non solum ut loquatur Pontifex ceu Supremus Ecclesiae Doctor sed etiam cum intentione quaestionem definitive dirimendi.

11

Utile est ad vitandas irritationes spirituum ut doctrina de Primatu et infallibilitate Summi Pontificis declaretur non solum ter-

---

6) Leucaden.
7) Adm. Ap. Exarch. Constantinopolitani.
8) Argentinen, Thmuisan.
9) Smyrnen.
10) Sidonien.
11) Chariopolitan.

minis theologicis sed etiam expressionibus et imaginibus adhibitis a S. Scriptura et a Patribus.

Sic Summus Pontifex non apparebit quasi alter ab Ecclesia sed membrum hierarchicum unius Ecclesiae cum ligaminibus cum caeteris membris etiam a Christo stabilitis atque ad structuram intrinsecam Corporis Ecclesiae pertinentibus. Corpus non est enim ex solo capite, necessarii sunt influxus omnium membrorum secundum cuiusque naturam ad sanitatem totius corporis.

12

Utile esset ipsos acatholicos admoneri quod eorum fides de infallibilitate Concilii Oecumenici, nisi contrariam in ipsa veritate divinitus tradita sententiam affirmare auderent, saltem implicite, iam includit ipsam infallibilitatem Summi Pontificis utpote supremi Patris Ecclesiae Christi.

13

Quoad Primatum, ad praeiudicia quaedam ortodoxorum diluenda, definiatur quod modus, quo Summo Pontifex practice exercere debet primatum iurisdictionalem in universam Ecclesiam, non divina institutione definitus sed eius prudentiae commissus est sub ordinaria Spiritus Sancti adsistentia.

14

Primatum Romani Pontificis Orientales minus infitiarentur si illius exercitium esset « leve » ut ante schisma byzantinum.

---

12) Constantinopolitan.

13) Signin.

14) Tyren Mar., Beryten Mar., Sidonien Mar., Cahiren, Antiochen Melch., Pelusitan Melch., Tarsen Melch., Hemesen Melch., Bostren et Auranen, Petren et Philadelphien, Laodicen Melch., Tyren Melch., Ptolemaiden, Sidonien Melch., Paneaden, Mariamnen, Heliopolitan Melch., Aleppen Melch., Beryten et Gibailen Melch., de Nubia, Archim. Ordinis Basiliani Alepp. Melch., Archim. Ordinis Basiliani Ss. Salvatoris Melch., Archim. Ordinis Basiliani S. Ioannis Baptistae Melch., Sup. Gen. Societatis Missionariorum a S. Paulo.

15

Declaretur Summum Pontificem numquam infallibilem sententiam pronuntiaturum esse nisi prius auditis Episcopis totius Ecclesiae tum Occidentalis, tum Orientalis.

4. De obiecto Infallibilitatis Summi Pontificis

1

Melius determinetur obiectum infallibilitatis Summi Pontificis.

2

Exponatur doctrina de significatione, extensione et auctoritate Magisterii ordinarii Summi Pontificis.

3

Definiatur doctrina circa obiecta secundaria infallibilitatis.

4

Declaretur obiectum infallibilitatis Summi Pontificis.

5

Agatur de infallibili Magisterio Summi Pontificis relate ad doctrinas non formaliter revelatas, sed cum veritatibus formaliter revelatis intime connexas.

6

Agatur de potestate Summi Pontificis circa matrimonia infidelium et praesertim catechumenorum.

---

15) Paralien.
1) Camposin.
2) Camposin, Poncen.
3) Philadelphien Lat., Civitatis Jeffersonien.
4) Beneventan.
5) Poncen.
6) Bobodiulassen.

7

Ambitus potestatis Summi Pontificis de dissolutione matrimoniorum illustretur.

8

Definitio dogmatica exigitur de obiecto indirecto infallibilitatis Summi Pontificis: etiam respectu ad eius Magisterium ordinarium et universale (a solemni iudicio distinctum).

5. De Assistentia Divina in locutione Summi Pontificis

1

Declaretur an assistentia divina ita efficax postuletur ut locutio Romani Pontificis, in manibus inimicorum, vi, metu, vel quibusvis aliis psychologicis mediis inducta, omnino excludenda sit necne. Si negative respondeatur, quomodo fidelibus apparebit locutionem Summi Pontificis ab inimicis veritatis christianae inductam re vera non actum humanum sed mere actum hominis esse?

6. De auctoritate Encyclicarum

1*

Clarificetur assistentia divina qua gaudet Summus Pontifex in Encyclicis scribendis; necnon assensus Litteris Encyclicis ab omnibus praebendus.

2

Dentur principia circa applicationem infallibilitatis Romani Pontificis et Ecclesiae quoad Litteras Encyclicas et alia documenta.

---

7) Tabuden.
8) Sup. Gen. Congr. « of the Atonement ».
1*) Corcagien et Rossen.
1) Sidonien.
2) Richmondien.

3

In documentis a S. Sede in materia doctrinali per Litteras Encyclicas datis, desideratur usus redactionis et formularum quae facilius omnibus germanam et authenticam R. Pontificis voluntatem comprehendere sinant; neminem fugit interpretationes sat diversas et etiam oppositas datas esse a peritis.

7. De assensu debito documentis Pontificiis

1

De auctoritate Magisterii ordinarii Summi Pontificis et de assensu interno illi debito ex parte fidelium quaestio pertractetur.

2

Inculcandum fidelibus ut plene obediant Summae Ecclesiae Auctoritati, etiam in rebus ad fidei et morum disciplinam non pertinentibus, Summi Pontificem profitentes infallibilem religionis interpretem in veritate definienda, sed etiam christianae familiae pastorem et communem magistrum ad totius Ecclesiae gubernacula cotidie moderanda.

3

Agatur de obligatione in conscientia documentorum Summi Pontificis.

4

Auctoritas Magisterii Romani Pontificis ita vindicanda est ut in theologia morali sententia clara et explicita etiam ut doctoris privati, existimetur destructiva solidae probabilitatis sententiae contrariae.

---

3) Rabaten.

1) Harrisburgen, Petropolitan in Insula Longa.

2) Pisan.

3) Tabuden, Limisen, Santanderien.

4) Malacitan.

8. De necessitate synthesis documentorum ab ultimis Summis Pontificibus prolatorum

1

Synopsis edatur de documentis, encyclicis, allocutionibus ultimorum Summorum Pontificum.

2

Hisce documentis adiungatur auctoritatis nota deinceps a Concilio Tridentino.

3

Eadem in catechismum inserantur.

9. De Episcoporum potestate

1*

Exponatur doctrina catholica de potestate Episcopi quoad ordinem et iurisdictionem.

---

1) Signin, Valentin, Zamoren, Gaditan et Septen, S. Ioannis de Cuyo, S. Dominici, Bluefielden, Florianopolitan, Zacatecen, Caëtiten, Clusin et Pientin, Senogallien, S. Marci et Bisinianen.

2) S. Marci et Bisinianen.

3) Bluefielden.

1*) Baren, Hadrianien in Hellesponto, Arianen, Maceraten et Tolentin, Gallipolitan, Caesarien in Bithynia, Goritien, Fesulan, Sebasten in Cilicia, Neritonen, Liberopolitan, Lagoueten, Lacus Moëri, Banguen, Kabgayien, Aleppen Mar., Tripolitan Mar., Tyren Mar., Beryten Mar., Sidonien Mar., Cahiren, Exc.mi Ordinarii ex Congo et Ruanda Urundi, S. Isidori in Argentina, Ancyran, Copiapoën, Zamoren, Angelorum, Ibarren, Valdivien, Antofagasten, Quiten, Osornen, Abziritan, Talcen, S. Caroli Ancudiae, Martyropolitan, Aterraden, Paten, Uberaben, Oliveiren, Guaxupen, Septemlacunen, Divinopolitan, Verinopolitan, Iquiquen, S. Philippi, Caeciritan, Caesarien Philippi, S. Georgii in Iusula Grenada, Cucuten, Portus Montt, Judiciforen, Victorien Spiritus Sancti, Spiren, Thuburnicen, Moguntin, Colonien, Calydonien, Misnen, Naronen, Secovien, Vi-

2

Capitulum « de Romano Pontifice », in Conc. Vaticano I definitum, compleatur altero capite « de Episcopis » et accuratius definiantur Episcoporum residentialium potestatis natura, extensio et limites.

3

Agatur de episcopali collegio ac de eius munere in Ecclesia universa sive Episcopi dispersi sint in orbe terrarum sive sint congregati in Concilio.

4

Elaborare oportet constitutionem dogmaticam de Episcopatu, tum quoad potestatem ordinis tum quoad potestatem iurisdictionis.

5

Agatur de Episcopatu collegialiter sumpto sive vivente Papa sive Papa mortuo.

---

varien, Monoecen, Nanceien et Tullen, Tarbien et Lapurden, Senonen, Catalaunen, Ruthenen, Maximianopolitan in Palaestina, Sancti Claudii, Claromontan, Gurzen, Aquen, Adiacen, Montis Albani, Nemausen, Corisopiten et Leonen, Carcassonen, Firman, Lycien.

2) Insulen, Constantien, Cameracen, Rhemen, Versalien, Atrebaten, Nanneten, Cadurcen, Burdigalen, Bituricen, Ambianen, Molinen, Suessionen, Rhedonen, Auxitan, Tolosan, Theudalen, Zeliten, Celsonen, Barcinonen, Clunien, Valentin, Dardan, Justinianen, Paderbornen, Treviren, Dagnen, Essendien, Moguntin, Eminentianen, Limburgen, Aulonitan, Berolinen, Gurcen, Vindobonen, Macren, S. Hippolyti, Lincien, Metellopolitan, Conferentia Fuldensis, Osloën, Helsinkien, S. Mauritii Agaunen, Isinden, Namurcen, Tornacen, Darnitan, Bredan, Buscoducen, Selinusien, Sup. Gen. Congr. Aust. O. S. B., Sup. Gen. Inst. Hispan. Mission. Fil. Charit., Sup. Gen. August. ab Assumptione, Sup. Gen. Congr. S. Cordis I. Inf.

3) Carthaginen.

4) Renen, Sherbrooken, Nicoletan, Gaspesien.

5) Matriten, Orthosien in Phoenicia, Vicen, Jacen, Namurcen.

6

Definiatur collegium Episcoporum residentialium iure divino pertinere ad essentialem structuram Ecclesiae sub primatu S. Pontificis atque charismate infallibilitatis gaudere.

7

Exponantur quae sunt iura divina Episcoporum.

8

Patres Oecumenici Concilii studeant et definiant quomodo quisque Episcopus suam propriam partem habeat in officio magistrali Ecclesiae, ita ut docens populum sibi traditum particeps fiat quovis modo totius Episcopatus ideoque exercitatio eius muneris doctrinalis ornata sit auctoritate speciali pro eis quos docere tenetur.

9

Episcopatus natura explanetur:

a) ad conscientiam sublimis muneris excitandam in iis qui hac apostolica dignitate induuntur;

b) ad restaurandam disciplinam ecclesiasticam quae in dies relaxatur;

c) ad evertendam falsam opinionem plurimorum, maxime Orientalium, existimantium Episcopatum iam parvi esse.

10

Fideles moneantur Ecclesiae Fundatorem democraticum regimen Ecclesiae reiecisse, quam Petro et Apostolis usque ad saeculi consummationem voluit esse concreditam.

---

6) Signin, Bononien.
7) Busiritan, Monasterien, Thuburnicen, Colonien, Misnen.
8) Salien, Kerrien.
9) Hydruntin, Panormitan, Cremonen.
10) Novarien.

11

« Revalorizatio » Potestatis Episcoporum optabilis est sine detrimento debitae devotionis erga Summum Pontificem.

12

Declaretur hierarchiam Superiorum religiosorum non esse parallelam Episcoporum hierarchiae.

10. De origine Potestatis Episcoporum

1

Origo potestatis Episcoporum explanetur.

2

Agatur de origine divina Episcopatus monarchici, eiusdemque potestatis extensione.

3

De origine divina iurisdictionis Episcoporum quaestio in Conciliis Tridentino et Vaticano I iam agitata fuit, sed minime decisa. In praesentibus autem rerum adiunctis, eadem proponi denuo potest, ut, solutione aliqua in fontibus Revelationis fundata, quaestio dirimatur.

4

In semitis Concilii Vaticani I pergendo, illustretur Episcopatus origo, eius munus in Ecclesia et in dioecesi, eius munus ad docendum et regendum.

---

11) Uahiguyaën.

12) Montis Alti et Ripan.

1) Seattlen, Renen.

2) Legionen, Zamoren, Vicen, Portugallen, Mechlinien, Laganitan, Gandaven, Cliftonien, Pessinuntin, Gionopolitan, Vladislavien, Mandetrien, Spalaten et Macarscen, Scopien, Amudarsen, Chariopolitan.

3) Zamboangen.

4) Pictavien, Suessionen, Bellovacen, Albien, Gratianopolitan, Rothomagen, Ebroicen, Agennen, Tremithusius, Sagien, Mauriannen, S. Deodati, Massilien, Myrinen, Andegaven, Veneten, Argentinen, Lerien, Lycaonen, Virodunen.

5

Forsan definiri valde utile est utrum Episcopus iurisdictionem suam derivet iure divino immediate aut iure divino mediate, mediante scil. Summo Pontifice, qui actualiter eum vocat ad Episcopatum.

6

Primatu iurisdictionis Romani Pontificis denuo pronuntiato, declaretur iurisdictio ordinaria et immediata Episcopi eiusque ambitus circumscribatur.

7

Definiatur potestas Episcoporum immediata.

8

Declaratio desideratur circa formam collegialem a Christo Iesu gubernationi suae Ecclesiae impositam, firmiter tamen retenta forma monarchica a Concilio Vaticano I definita.

9

Declaretur Episcopos residentiales habere veram potestatem vicariam Christi, ideoque esse veros principes. Dicatur an hanc potestatem habeant immediate a Deo, sc. a Christo, aut immediate a Summo Pontifice.

---

5) Salien, Tingitan, Monterreyen, Amisen, Nelloren.
6) Friburgen, Calydonien, Bassianen.
7) Uahiguyaën.
8) Ziguinchoren, Durbanian, Ipamuen, Antiochen Melch., Hemesen Melch., Bostren et Auranen, Petren et Philadelphien, Laodicen Melch., Pelusitan Melch., Tarsen Melch., de Nubia, Tyren Melch., Sidonien Melch., Heliopolitan Melch., Aleppen Melch., Beryten et Gibailen Melch., Mariamnen, Ptolemaiden, Archim. Ordinis Basiliani Aleppen Melch., Archim. Ordinis Basiliani Ss. Salvatoris Melch., Archim. Ordinis S. Ioannis Bapt. Melch., Sup. Gen. Soc. Miss. a S. Paulo.
9) Aquisgranen.

10

Singularum dioeceseon regimen iure divino singulis Episcopis in communione cum Summo Pontifice obvenire declaretur.

11. De Episcopo ut Dioecesis Pastore

1

Natura Episcopatus plenius elucidetur: Episcopos esse iuris divini ecclesiarum particularium veros pastores, doctores, summos sacerdotes.

2

Ostendatur ut doctrina traditionalis dioecesim esse simpliciter completum Corpus Christi Mysticum cum suo Episcopo capite; ergo si quis mentis et voluntatis unionem cum Episcopo excludit eo ipso excludit propriam gratiam ex defectu capitis.

3

Agatur de Episcopo in sua adsignata dioecesi, praesertim ne parvipendatur ab exemptis, et de assensu a dioecesanis praestando magisterio et ordinationibus Episcopi proprii.

12. De relatione Potestatis Episcoporum ad Potestatem Summi Pontificis

1*

Examinentur quaestiones de natura divinae institutionis Episcopatus, de mutua connexione inter Romanum Pontificem et Episcopatum, de responsabilitate Episcoporum erga totam Ecclesiam.

---

10) Ultraiecten.

1) Monasterien, Thuburnicen, Passavien, Rottenburgen, Calydonien, Misnen.

2) Jericoën.

3) Matriten, Orthosien in Phoenicia, Segobricen, Vicen, Jacen, Clunien, Mindonien, Santanderien, Namurcen, Daonien.

1*) Rhedonen, Auxitan, Tolosan, Tarantasien, Rothomagen, Chamberien, Apamien, Buscoducen, Comben, Ordinarii Indonesiae, Algerien, Kisantuen, Ipamuen.

2

Agatur de relatione inter potestatem ordinariam universalem iuris divini Summi Pontificis et potestatem ordinariam item iuris divini Episcoporum.

3

Agatur de relatione inter Summi Pontificis Primatum et munera Episcoporum uti magistrorum et pastorum suarum dioecesium.

4

Claris verbis a Concilio proclametur universalis Ecclesiae regimen iure exerceri ab Episcoporum Collegio praeeunte Summo Pontifice, ita ut in Ecclesia universali regenda Episcopi omnes iure suo partes exercere possint.

5

Divina institutio Episcopatus qualem dependentiam a Summo Pontifice exigit, quas autonomias permittit?

6

Fortasse expediret declarare quas partes habeant Episcopi in magisterio infallibili Ecclesiae.

7

Tractetur de auctoritate Episcoporum ut participantium su-

---

2) Leopoldopolitan, Bulauaien.
3) Moguntin, Colonien, Gedanen.
4) Ultraiecten, Darnitan.
5) Aquen, Beneventan.
6) Sionen.
7) Zamen Maior.

premae et infallibili Summi Pontificis auctoritati in pastorali praedicationis officio.

13. De Episcopo relate ad Presbyterum

1

Differentia inter Episcopum et Sacerdotem enucleetur.

2

Episcopalis dignitas et auctoritas in clariore luce ponatur asserendo Episcopos superiores esse presbyteris *iure divino.*

14. De Magisterio Ecclesiae

1*

Iuxta schemata Vaticana pressius definiatur doctrina de Magisterio vivo et infallibili Ecclesiae.

2*

Accuratius circumscribatur ambitus et auctoritas magisterii ordinarii Ecclesiae atque urgeatur reverentia et oboedientia etiam interna ei debita.

3

Affirmetur valor absolutus et independens Magisterii ecclesiastici quod semper exerceri potest sine « mediatione » sive theolo-

---

1) Celsonen, Mindonien, Santanderien, Namurcen, Mechlinien, Leodien, Druen, Gandaven, Brugen, Cliftonien, S. Mauritii Agaunen, Sup. Gen. Congr. Miss. a S. Familia.
2) Ilcinen, Ptolemaiden in Lybia.

1*) Driziparen, Vladislavien, Panitan, Posnanien, Kerrien, Sidonien.
2*) Lucionen, Bisuntin, Engolismen, Montis Virginis, Pupianen, Sup. Gen. Soc. Iesu.
3) Rupellen, Sup. Gen. Congr. Gall. O. S. B.

gorum sive laicorum. Extensio huius Magisterii est non tantum ad veritates divinitus revelatas sed ad veritates naturales sive cum fide sive cum moribus christianis connexas.

4

Affirmetur infallibilitas Magisterii ordinarii Ecclesiae, simulque definiantur varii modi quibus illud infallibile Magisterium exprimitur.

5

Studeant Patres Concilii Magisterio ipsius Ecclesiae ad finem forsan definiendi naturam praecisam talis Magisterii atque exponendi quomodo et quando exercetur et fruitur nota infallibilitatis.

6

Desideratur accuratior exquisitio et declaratio de infallibilitate Magisterii quoad *facta dogmatica*, praesertim circa ea quae ad rationem civilem et disciplinam populorum spectant; eo vel magis quod factio, quae materialismo dialectico et historico innititur, universitatem spiritus infitiatur.

7

Perspicuis verbis, natura et amplitudines Magisterii divini Ecclesiae, etiam ad res politicas se protendentis, cum de rebus agitur cum fide et moribus connexis, illustrentur.

8

Repetantur propositiones allatae a Pio XII de Magisterio ordinario Summi Pontificis et de Magisterio proprio Episcoporum.

---

4) Cadurcen.
5) Salien.
6) Isclan.
7) Quiten.
8) Burdigalen.

9

Denuo Concilium affirmet hierarchiam in Ecclesia gaudere potestate Magisterii et valere ad salutem definitiones et formulas dogmaticas ponere.

10

Peropportunum est ut extensio obiecti infallibilitatis Ecclesiae determinetur.

11

Ecclesiae Magisterii declarentur obiectum et ambitus necnon valor perennis eius definitionum.

12

Definiatur obiectum secundarium infallibilitatis Magisterii ecclesiastici.

13

Dogmatice explanetur subordinatio theologorum respectu Magisterii Ecclesiae, praesertim ad Ecclesiae praxim quod attinet.

14

Doctrina tradatur de relatione inter Magisterium ecclesiasticum et traditionem theologicam.

15

Explicetur Magisterium ordinarium, a multis fidelibus, immo sacerdotibus prave conceptum. Auctoritas documentorum, a SS. Congregationibus Romanis promulgatorum, ad memoriam revocetur.

---

9) Tolosan.
10) Hydruntin.
11) Montis Regalis, Ilcinen, Novarien, Baren, Pinnen-Piscarien.
12) Platien, Dublinen.
13) Agennen.
14) Jacien.
15) Petrocoricen.

16

Agatur de assensu interno debito doctrinis a Magisterio Ecclesiae docentis auctoritative sed non infallibiliter propositis; confirmetur necessitas assensus religiosi quem vocant.

17

Agatur de necessitate assensus erga Magisterium ordinarium Ecclesiae.

18

Agatur de assensu interno decretis doctrinalibus S. Sedis praestando.

19

Praeter munus Magisterii pandatur etiam munus « sensus fidei », per quem a S. Hierarchia et a fidelibus coniunctim depositum revelatum custoditur. Ita aptius explicari potest dogmatis progressus.

15. De evolutione Dogmatum

1

Pressius examinetur doctrina de evolutione dogmatum.

2

Agatur de valore et interpretatione formularum dogmaticarum.

3

De homogenea evolutione dogmatica tractando, opportunum esset explicare quomodo sub infallibili assistentia Spiritus Sancti

---

16) Poncen, Amisen,
17) Misuraten.
18) Sup. Gen. O. F. M. Cap.
19) Argentinen.
1) Segobricen, de Sahara Hispanico et Ifni, Tyren Mar., Beryten Mar., Sidonien Mar., Cahiren, Smyrnen.
2) Calaguritan et Calceaten.
3) Adm. Ap. Exarch. Constantinopolitani.

fiat successiva fidelis explanatio veritatis divinitus revelatae et reapse immutabilis, ne quis acatholicorum talem evolutionem interpretari adhuc valeat ad modum intolerabilis innovationis.

4

Uberius investigetur utrum aliqua possibilitas satis fundata appareat adumbrandi conceptus et expressiones philosophicas tum dogmatibus explicandis sufficienter aptas, tum sic dictae scientiae modernae satis acceptas.

5

Concilium iterum declaret sensum dogmatum habere valorem absolutum infinite transcendentem *symbolicam* veritatum moralium.

6

Urgeatur valor definitionum dogmaticarum, perfectibilium quidem at irreformabilium, nec de uno sensu in alium sese evolventium.

16. De novis definitionibus dogmaticis

1

Definiantur omnes illae veritates, quae in Concilio Vaticano I ad definitionem dogmaticam paratae erant.

2

Detur forma dogmatica doctrinis Litt. Enc. « Humani generis ».

---

4) Abulen, Caesaraugustan, Vicen, Aurien.
5) Alien.
6) Sup. Gen. Soc. Iesu.
1) Laginen, Bluefielden, Zacatecen, Adamantin, Achriden, Emeriten in Venezuela, S. Christophori in Venezuela, Silva Portuen, Algerien, Chilapen, Palentin, Barcinonen, Zamoren, Gaditan et Septen, Albasiten, Compostellan, Mindonien, Santanderien, Culmen, Osloën, Scopien, Colimen.
2) Jacen, Civitaten, Sedunen.

3

Definiantur praecipua capita Encyclicarum « Pascendi » et « Humani generis » necnon Decreti « Lamentabili ».

4

Brevis et accurata recapitulatio definitionum dogmaticarum desideratur a Conciliis Tridentino et Vaticano I editarum, praesertim quae de gratia et iustificatione, de Sacrificio Eucharistico et de primatu Romani Pontificis agunt, quia in his Conciliis Ecclesia Orientalis quam minimam partem habuit.

5

Aetate nostra in periculo versatur unitas catholicorum, ratione doctrinae, disciplinae et liturgiae, ideoque utile est ut, in quibusdam saltem maioris momenti quaestionibus, recentissima Magisterii documenta, in pluribus Summorum Pontificum Encyclicis Litteris dispersa, auctoritative revocentur.

17. De inopportunitate novarum definitionum dogmaticarum

1

Ne afferantur novae definitiones dogmaticae in Concilio, utpote unioni cum fratribus separatis periculosae.

---

3) Legionen, Mindonien.
4) Bumburien, Laginen.
5) Nemausen.
1) S. Agathae Gothorum, Hierapolitan in Syria, Iconien, Dianen, Boianen-Campobassen, Apuanien, Ferrarien, Livien, Pisauren, Lungren, Pompeian, Lauden, Tyanen, Hadrianien in Hellesponto, Bononien, Nuscan, Andrien, Toletan, Giennen, Conimbricen, Fernen, Derrien, Meneven, Northantonien, Salopien, Liverpolitan, Semten, Namurcen, Darnitan, Scopien, Leopolien Lat. et Adm. Ap. Cracovien, Einsiedlen, Baionen, Riohachaën, Limonen, Meloën in Isauria, Bridgeporten, S. Pauli de Minnesota, Atlanten, Columben, Baltimoren, Galvestonien-Houstonien, Delegatus Ap. Africae Orientalis et Occidentalis Bri

2

Ne magna pars rei dogmaticae tribuatur nec resumatur inexplicatus rerum ordo Concilii Vaticani I ne unio in discrimen adducatur.

3

Ne nova dogmata proponantur nisi antea caute perspecta sit eorum praesens utilitas et necessitas atque eorum effectus in nostris relationibus cum fratribus separatis.

4

Proclamatio solemnis alicuius doctrinae uti dogmatis ne consideretur regula generalis, cui omnis doctrina, etiam nullis erroribus oppugnata, substare debeat.

5

Ne definiatur dogma simpliciter ut satis fiat devotioni personali alicuius coetus catholicorum, sed unice ut vindicetur per totum mundum veritas fidei quae in discrimen vocata sit.

6

Ad reditum dissidentium fovendum, temperetur immoderatus fervor quorumdam theologorum in proponenda definitione dogma-

---

tannicae, Cemerinianen, Internuntius Ap. in Aegypto, Eshowen, Nicomedien, Archim. Ordinis Basiliani Aleppen Melch., Archim. Ordinis Basiliani Ss. Salvatoris Melch., Archim. Ordinis Basiliani S. Ioannis Baptistae Melch., Sup. Gen. Societatis Missionariorum a S. Paulo Antiochen Melch., Tarsen Melch., Hemesen Melch., Laodicen Melch., Tyren Melch., Sidonien Melch., Heliopolitan Melch., Aleppen Melch., Beryten et Gibailen Melch., de Nubia, Mariamnen, Paneaden, Ptolemaiden, Petren et Philadelphien, Bostren et Auranen, Pelusitan Melch., Mombasaën et Zanzibaren.

2) Thagasten.

3) Barcusen.

4) Abbas Primas O. S. B.

5) Pessinuntin.

6) Sup. Gen. O. F. M.

tica novarum veritatum, quae ceterum pacifice acceptantur a fidelibus.

7

Ne definiatur ullum doctrinae caput quod inter veri nominis theologos legitima discussione subiaceat.

8

Subscriptiones, quae S. Sedi praesentantur ad nova dogmata definienda, saepe abusivo modo colliguntur et non vere exprimunt desideria, utilitates vel necessitates Ecclesiae universalis, sunt enim saepe fructus immoderatae instantiae, quasi coactionis moralis, amicitiae, etc.

9

Ne definiantur dogmata sub forma « anathematum » (cfr. Denzinger n. 148, 428, 460, 691 etc.).

10

Definitiones dogmaticae saepe necessariae sunt, tamen periculum non parvum semper adest; nam postea progressus doctrinalis evadit in unico et partiali sensu, neglectis vel adumbratis aliis aspectibus eiusdem dogmatis. Hodie Mariologia, theologia de sacerdotio, de laicis, de apostolatu laicorum et alia multa huiusmodi opportune locum definitioni non praebent, aliter definiretur dogma in statu imperfecto et sine intelligentia fidei.

18. De Ecclesiae Proprietatibus

1

Ecclesiae proprietates pressius definiantur.

---

7) Pessinuntin.
8) Abbas Primas O. S. B.
9) Mindonien, Santanderien, Groningen.
10) Rabaten.
1) Ultraiecten, Darnitan, Gibraltarien.

2

Illustrentur quatuor notae Ecclesiae Catholicae (una, sancta, catholica, apostolica).

3

De usu vocis « Romana » in describendo Ecclesiam Unam, Sanctam, Catholicam et Apostolicam loquatur.

4

Exponatur unitas Ecclesiae, tamquam a voluntate Christi constituta, ut unitas organica atque supernaturalis.

5

Affirmetur et definiatur quo sensu, quo fine, quo modo Ecclesia una sit, unitate quae transcendat quascumque distinctiones sive in naturalibus, sive in ipsa Ecclesia.

6

Ut unitas Ecclesiae praesertim cum Summo Pontifice et cum Episcopis melius defendatur, opportunum videtur ut doctrina « Corporis Christi Mystici », praesertim quoad relationes fidelium cum paroecia, paroeciae cum dioecesi et Episcopo, necnon dioecesis cum Sancta Sede, expressis verbis amplificetur.

7

Declaretur Ecclesiae *unitati* minime obstare diversitatem rituum, nec unitatem concipi debere ad modum statuum « totalitarium », sed ad formam corporis vivi organici, in quo totum membris, membra toti compagini inserviant; in quo activitas membrorum et Ecclesiarum particularium nequaquam per activitatem « centri » (uti dicunt) nimis restringatur.

---

2) Paderbornen.
3) Mylasen.
4) Cincinnaten.
5) Tolosan.
6) Novae Aureliae, Kansanopolitan - S. Iosephi, Ephesin, S. Hieronymi Terrebonae.
7) Monasterien.

8

Concilium affirmet veram essentiam unitatis Ecclesiae et irreformabilitatem veritatum quae sunt de fide promulgatae.

9

Quaestiones quaedam de Ecclesiae unitate contra sententias oecumenistas et irenistas tractandae et exponendae videntur.

10

Contra Orthodoxos exponenda est doctrina Catholica circa unitatem Ecclesiae.

11

Defendatur unitas et catholicitas S. Romanae Ecclesiae contra errores schismaticos vel divisionem ecclesiarum nationalium.

12

Defendatur unitas Ecclesiae contra errores schismaticos et divisionem ecclesiarum nationalium.

13

Exponantur principia de Ecclesiae unitate contra errores Oecumenismi.

14

Quoad *sanctitatem*, Concilium exhortetur obligationem omnium, praesertim sacerdotum, ut Christum magis magisque induant.

---

8) Southwarcen.
9) De Sahara Hispanico et Ifni, Carthaginen, Sup. Gen. Congr. Anglicae O. S. B.
10) Civitatis Castellanae Hortan et Gallesin.
11) Hartfortien.
12) Norvicen.
13) Carcassonen.
14) Monasterien.

15

Vindicetur Ecclesiae sanctitas contra illos, qui mediorum sanctitatem necnon heroicitatem virtutum membrorum spernunt.

16

Ecclesia Christi est catholica, i. e. universalis; ideo nec graeca, nec latina, nec occidentalis, multo minus italica apparere oculis debet; iamvero ob certas consuetudines Ecclesia catholica saepe occidentali vultu et vestitu apparet populis.

17

Quoad *catholicitatem*, confirmetur obligatio non tantum missionariis incumbens, sed redundans in totam Ecclesiam, docendi baptizandique omnes gentes.

18

Ecclesia vocetur tantum catholica, non « romana », quia protestantes frequenter « romana » pro « italica » accipiunt.

19. De Corpore Christi Mystico

1

Videtur necessaria Apostolica Constitutio de Ecclesia, in quantum est Corpus Christi Mysticum et omnium mediorum ad salutem necessariorum unica dispensatrix.

---

15) Engolismen.
16) Sup. Gen. Congr. CC. RR. S. Bernardi M. I., Sup. Gen. Congr. Anglicae O. S. B.
17) Monasterien.
18) Adamanteae.
1) Nemausen, Montis Regalis, Bugellen, Aesernien et Venafren, Mantuan, Cortonen, Taurinen, Boianen - Campobassen, Fodian, Lancianen et Ortonen, Baren, Hadrianien in Hellesponto, Aquilan, Apuanien, Camerinen, Auximan et Cingulan, Soanen-Pitilianen, Callien et Pergulan, Crotonen, Mutilen, Forosempronien, Maceraten et Tolentin, Recineten, Fanen, S. Severinae, Collen, Rossanen, Pinerolien, Verulan et Frusinaten, Eugubin, Melphien, Pupianen, Theodosiopolitan in Arcadia, Hydruntin, Tarvisin, Saler-

2

Doctrina de Corpore Christi Mystico magis confirmetur atque illustretur.

3

Doctrina de Corpore Christi Mystico accurate determinetur et, si fieri potest, definiatur ut dogma fidei.

4

Definiatur ut dogma fidei.

---

nitan, Biturgen, Montis Alti et Ripan, Fesulan, Dioclean, Uxentin, Aliphan, Triventin, Hieracen-Locren, Velitern, Anglonen - Tursien, Nursin, Brittinorien, Piscien, Laonien, Einsiedlen, Prienen, Montis Albani, Nivernen, Paderbornen, Spiren, Ostracinen, Fulden, Aquisgranen, Thuburnicen, Gedanen, Passavien, Bassianen, Conferentia Fuldensis, Vindobonen, Maroneus, Macren, S. Hyppolyti, Lincien, Metellopolitan, Georgiopolitan, Bluefielden, Esmeralden, Copiapöen, Montisvidei, Barrancabermejen, Araucaniaën, Abziritan, Maracayen, Martyropolitan, Aterraden, Paten, Uberaben, Oliveiren, Guaxupen, Septemlacunen, Divinopolitan, Verinopolitan, Caeciritan, Amisen, Campi Grandis, Civitatis Mariae, Judiciforen, Dodgepolitan, Carthaginen, Kisantuen, Maseruen, Durbanian, Constantinopolitan, Guelen, Saitan, Ordinarii ex Congo et ex Ruanda Urundi, Saniüenen, Urawaën, Verapolitan, Trivandren, Urusitan, Quilonen, Kottaren, Vijayapuramen, Coccinen, Allepeyen, Ootacamunden, Bangaloren, Bombayen, Belgaumen, Hyderabaden, Madhuraien, Mangaloren, Comben, Civitatis Mariae, Driziparen, Sinianden, Kasongoën, Sup. Gen. Ord. C. V. U. O. S. B.

2) Castabalen, Leirien, Bredan, Clusin et Pientin, Fulginaten, Polycastren, Hispalen, Conchen, Abulen, Tabuden, Legionen, Celsonen, Zamoren, Jacen, Clunien, Mindonien, Victorien, Eboren, Culmen, Diospolitan in Thracia, Doberitan, Daonien, Vladislavien, Northantonien, Elphinen, Dublinen, Kerrien, Amudarsen, Luxemburgen, Chariopolitan, Armidalen, Adelaiden, Lismoren, Caebuan, Pergen, de Sahara Hispanico et Ifni, Algerien, Khartumen, Kroonstaden.

3) Leopoldopolitan, Lomen, Bulauaien, Tipasitan in Mauretania.

4) Poncen, Pastopolitan, Sicuanen, Salutiarum, Castellaneten, Bobien, Aveiren, Sandomirien, Panitan, Polyboten, Posnanien.

5

Modo solemni definiatur Ecclesiam Corpus Christi mysticum esse, a Spiritu Sancto vivificatam.

6

Pressius et accuratius enucleetur ipsa Ecclesiae idea sicut Corpus Christi Mysticum ut quodammodo perficiatur et amplificetur conceptus Ecclesiae post-Tridentinus forsan nimis polemicus ex adiunctis historicis.

7

Contra conceptum Ecclesiae individualisticae et charismaticae (quae Lutheranismum redolet) structura socialis hierarchica Ecclesiae defendatur, attenta Pii XII doctrina in Encyclica « Mystici Corporis ».

8

In Concilio sub luce S. Pauli et S. Augustini saltem schema fundamentale conficiatur, praecipue de principiis et thesibus principalibus, de doctrina Mystici Corporis.

9

Consectaria definitionis dogmaticae essent: *a*) maior comprehensio totius cohaesionis redemptionis Christi; *b*) Visio Ecclesiae ut societatis et essentialis socialitatis eius operis salvifici; *c*) Definitiva sententia de apostolatus fundamento dogmatico et laicorum munere in Ecclesia.

10

Satisfactio Christi vicaria sub lumine Corporis Christi Mystici convalidanda est.

---

5) Chicagien, Civitatis Jeffersonien.
6) Giennen, Groningen.
7) Perusin.
8) Zeliten.
9) Cremen, Comaclen.
10) Perusin.

11

Munus B. M. V. illustretur in ambitu Corporis Christi Mystici.

12

Tractetur de functione docendi quae competit Corpori Christi Mystico et de eius natura, auctoritate et effectu.

13

Sub luce doctrinae de Corpore Christi Mystico, uberius explanetur Ecclesiae doctrina circa finalitatem et momentum rerum terrestrium pro vita aeterna; circa baptizati sacerdotium; circa laicorum apostolatum, etc.

14

Perficiantur maiori cum claritate consequentiae asceticae doctrinae Corporis Christi Mystici in Ecclesia.

15

Corpus Christi Mysticum consideretur tamquam fundamentum unitatis inter christianos.

16

Illustretur Ecclesiam esse Corpus Christi Mysticum, quo evincitur christianos omnes ab invicem in ordine supernaturali plane pendere.

17

Mystici Corporis doctrina magis ac magis in dies creditur esse medium providentiale ad homines hodiernos a totali ruina liberandos.

---

11) Jericoën, Caesarien Philippi.
12) Novae Aureliae.
13) Pictavien, Calven et Theanen, Lycien, Viglevanen, Platien, Arianen, Consentin, Eutymen, Theatin.
14) S. Ioannis Baptistae a Missionibus, Jericoën.
15) Novae Aureliae, Chicagien, Bostonien.
16) Cadurcen.
17) Palmiran.

18

Definiatur qualis sit concrete apostolatus obligatio eruens ex doctrina Corporis Christi Mystici; nam si Ecclesia est societas, et salvatio uniuscuiusque non fit nisi in Ecclesia et ab Ecclesia, sequitur quod salvatio sit socialis operatio, unde nemo potest sese salvare nisi socialiter, scilicet nisi socialiter enixe in salvationem coeterorum operetur.

19

Veritas Corporis Christi Mystici illustretur tamquam medium efficax ad revocandos fideles a tendentiis hodiernis « humanisticis » ad principia supernaturalia.

20

In doctrina Corporis Mystici dialectica caritatis opponatur dialecticae materialismi.

21

Corporis Christi Mystici doctrina exponatur relate ad hodierna problemata.

22

Asserendum est totum processum historicum humani generis hoc in mundo in finem tendere, nempe in plenitudinem Corporis Mystici, contra eos qui non vident in processu historico nisi seriem eventuum disparatorum, et marxistas qui finem ultimum utique statuunt sed falsum.

20. De identitate Corporis Christi Mystici et Ecclesiae

1

Declaretur natura Ecclesiae tamquam Corporis Mystici Christi, ac proinde identitas Corporis Mystici et Ecclesiae Catholicae.

---

18) Jericoën.
19) Jerichuntin.
20) Vicen, Eboren, Gionopolitan.
21) Vallen in Lucania, Campanien.
22) Loiden.
1) Sup. Gen. Congreg. Presb. a SS. Stigmat, Abbas. Gen. C. V. U. O. S. B.

2

Definiendum esse videtur Corpus Christi Mysticum et Ecclesiam Catholicam Romanam unum idemque esse.

3

Relationem inter Corpus Christi Mysticum et Ecclesiam iuridicam profundius examinare oportet.

4

Quaestiones de identitate Ecclesiae « iuris » et Ecclesiae « amoris » exponendae videntur.

5

Agatur de identitate numerica Ecclesiae et Corporis Mystici.

21. De Corpore Christi Mystico et Communione Sanctorum

1

Illustretur relatio existens inter Mysticum Christi Corpus et Communionem sic dictam Sanctorum.

2*

Presse definiatur quid praecise intelligatur nomine « Communionis Sanctorum ».

3*

In propatulo ponatur, utrum animae tum purgantium tum beatorum adhuc membra sint Corporis Mystici, an hoc nomen Ecclesiam visibilem tantum designet.

---

2) Novarcen, Petriculan, Crossen, Patersonen.
3) Kroonstaden, Ipamuen.
4) Uahiguyaën.
5) Matriten, Dalisanden in Isauria, Albasiten.

1) Cadoën, Novae Aureliae, S. Bonifacii.
2*) Sidonien, Cotonuen, Tipasitan in Mauretania.
3*) Sidonien.

22. De membris Corporis Christi Mystici

1

Tractetur quaestio de constitutione et de membris Mystici Corporis Christi.

2

In expositione doctrinae Corporis Christi Mystici, illustretur membrorum connexio eorumque locus in Corpore Christi Mystico.

3

Definiatur modus quo distinguuntur membra Corporis Christi, praesertim relate ad functiones et effectus actionis catholicae, Sacramentum Confirmationis et participationem laicorum in sacerdotio regali.

4

Declarentur locus et dignitas laicorum in Corpore Christi Mystico sive quoad esse sive quoad operari.

23. De Corpore Christi Mystico et Acatholicis

1*

Secundum Enc. « Mystici Corporis » homines, « qui ad adspectabilem non pertinent Catholicae Ecclesiae compaginem », tamen « quodam desiderio ac voto ad Mysticum Redemptoris Corpus ordinantur ». Quaerendum est quomodo ista « ordinatio » intelligenda sit:

a) quoad schismaticos;
b) quoad haereticos;
c) quoad non baptizatos.

---

1) Harrisburgen, Bostonien, Seattlen, S. Bonifacii, Crossen, Oklahomen et Tulsen.
2) Ebroicen, Veneten, Abbas Primas O. S. B.
3) Novae Aureliae, Bostonien.
4) Patavin.
1*) Busiritan, Monasterien.

2

De modo quo ad Mysticum Christi Corpus relati sunt illi dissidentes et haeretici qui, secundum verba Pii XII, ab Ecclesia visibili separati ad eam pertinent tamquam inconscii, desiderio et intentione; et de modo quo illis conceditur in ordine ad Ecclesiam et per Ecclesiam, doctrina exponatur.

3

Dicendum est utrum baptizati, qui bona fide ad sectam haereticam pertinent et interna gratia ornati sunt, haberi debeant ut membra ab Ecclesia avulsa an ut vera membra occulta Ecclesiae.

4

Firmiter declaretur quomodo schismatici vel haeretici bona fide extra Ecclesiam versantes membra sint Corporis Christi Mystici, quod est Ecclesia.

5

Quonam sensu infideles et acatholici pertinere possunt ad Corpus Christi Mysticum?

6

Si agatur de salute eorum qui bona fide extra Ecclesiam versantur, abstineatur a formula « anima Ecclesiae » et dicatur potius iisdem conditionibus adimpletis ad Corpus Ecclesiae voto coniungi.

7

Videatur de modo quo constituitur inclusio inter membra Corporis Mystici, cum expositione doctrinae quae exprimitur per verba « Extra Ecclesiam nulla salus ».

---

2) Cadoën, Sacramenten, S. Bonifacii.
3) Mindonien, Santanderien, Vladislavien, Ultraiecten, Glasguen, Loiden.
4) Sidonien, Tovnsvillen.
5) Risinitan.
6) Sidonien.
7) Novae Aureliae, Sacramenten.

8

Pressius definiatur doctrina de extensione corporis Ecclesiae.

24. De necessitate Synopsis de Corpore Christi Mystico

1

Elaboretur synthesis dogmatica, moralis et iuridica, liturgica et pastoralis sub aspectu Corporis Mystici.

Haec synthesis imponatur ut fundamentum instructionis a catechismo ad studia universitaria.

2

Concilii erit doctrinam de Corpore Christi Mystico expolire et ad captum catholicorum et acatholicorum accomodare sub specie unitatis.

25. De Membris Ecclesiae

1*

Desideratur synthesis dogmatica de Ecclesia, praesertim de membris Ecclesiae.

2*

Exponatur quae sint Ecclesiae membra.

3

Declaretur quis sit membrum Ecclesiae et quomodo notio can. 87 C. I. C. componi queat cum canonibus 12, 1016, 2314 (quoad eos, qui a prima aetate sunt acatholici).

---

8) Caesaraugustan.
1) Portalegren, Guluen.
2) Portugallen.
1*) Mimaten.
2*) Busiritan, Misnen, Vindobonen, Maroneus, Macren, S. Hippolyti, Metellopolitan.
3) Herbipolen, Aulonitan.

4

Dirimatur quaestio de differentia inter « personam in Ecclesia Christi » uti habetur in c. 87 C. I. C., et « membrum Ecclesiae » uti dicitur in Enc. « Mystici Corporis ».

5

Declaretur quod ii qui baptizantur etiam ab acatholicis sunt membra Ecclesiae Christi et quod, si invincibiliter ignorant Ecclesiam Romanam esse Ecclesiam Christi, salvari possunt.

6

Distincte illustretur nexus quem cum Ecclesia necessario habent omnes homines non baptizati vel haeretici bona fide praediti.

26. « Extra Ecclesiam Nulla Salus »

1

Doceatur Ecclesia uti societas ad salutem necessaria, extra quam nulla salus. Huiusmodi necessitas illustretur.

2

Quoad theologicum principium: « Extra Ecclesiam nulla salus », conveniens videtur ut principii doctrina clare elucidetur, et quae

---

4) Fulden, Bambergen, Friburgen.
5) Overrien.
6) Kisantuen, Ipamuen, Ordinarii ex Congo et ex Ruanda Urundi.
1) Bredan, Armidalen, Adelaiden, Piscien, Leirien, Einsiedlen, Syracusan, S. Pauli de Minnesota, Bellevillen, Kansanopolitan in Kansas, Novarcen, Civitatis Jeffersonien, Vashingtonen, Hieropolitan, Campivallen, Cyrenen, Aquisgranen, Berolinen, Paderbornen, Apollonien, Vindobonen, Maroneus, Macren, S. Hippolyti, Lincien, Metellopolitan, Sup. Gen. O. F. M. Cap., Sup. Gen. August. ab Assumptione.
2) Mylasen, Matriten, Celsonen, Vladislavien, Sinianden, Posnanien, Northantonien, Meliten, Trallian, Glasguen, Galvien et Duacen, Loiden, Tornacen, Abbas. Gen. C. V. U. O. S. B.

in illo continetur veritas explicetur in varias propositiones, quibus, quatenus sit possibile, dirimantur quaestiones circa sensum enuntiati principii.

3

Definiatur doctrina de hominum salute extra Ecclesiam, quoniam apud fratres separatos mens Ecclesiae in hac re male intelligitur.

4

Doctrina « extra Ecclesiam nulla salus », quamvis de fide, aliqua interpretatione indiget, qualis a S. C. S. Officii data est Arch. Bostoniensi in casu tristi P. Feeney.

5

Doctrina de necessitate Ecclesiae contenta in epist. S. O. ad Card. Cushing « Suprema Haec Sacra » incorporetur in schemata de Ecclesia.

6

Doctrina de Ecclesia ex Scriptura et Traditione exponatur, sc. Ecclesiam esse Corpus Christi Mysticum necnon populum Dei, ad quem aut re aut voto omnes salvandi pertineant oportet.

7

Vocatio ad salutem supernaturalem et potestas omnibus hominibus facta per gratiam Christi eam adipiscendi definiatur etsi unicitas Ecclesiae eiusdemque necessitas ad supernaturalem salutem denuo confirmetur.

---

3) Magnesien ad Meandrum, Cotonuen, Lomen, Onitshaën, de Bahr-el-Ghazal, Algerien, Dakaren.

4) Poncen.

5) Sup. Gen. Congr. « of the Atonement ».

6) Passavien.

7) Mediolanen.

8

Non modo necessitas adhaerendi verae Ecclesiae inculcanda, sed etiam haec necessitas ita formulanda est, ut acatholici alliciantur ad amplectendam hanc Ecclesiam et ut cognoscant in quantum Ecclesiae catholicae propinqui vel ab eadem alieni extent.

27. De ratione inter Ecclesiam universalem et particularem

1

Ratio quae inter Ecclesiam universalem Ecclesiasque particulares intercedit, clarius explicetur serioque investigetur an Ecclesiae particulares, eae, quarum Episcopi communionem habent cum Summo Pontifice Romano, revera sint maius quiddam quam totidem Ecclesiae universalis particulae; an per eas Ecclesia Christi realiter manifestetur in singulis regnis. Cum hac quaestione altera intime coniuncta esse apparet: Quaenam « autonomia » Ecclesiis particularibus tribuenda esset.

2

Illustretur theologia Ecclesiarum particularium: dioeceseon, paroeciarum.

3

Compleri debet doctrina de Ecclesia ac de clara participatione in medio eius tam cleri dioecesani quam fidelium sub unitate Hierarchiae.

28. De Ecclesia et scientiis

1*

Formaliter declaretur, quod etiamsi Ecclesia omnes inventiones mentis humanae plaudat, minime potest adhaerere spiritui quo cultores progressus frequenter ducuntur, scilicet spiritui materialistico.

---

8) Fulden.
1) Ultraiecten.
2) Ss. Assumptionis.
3) Maracaiben.
1*) Camposin, Maris Platen, Reconquisten, Ibarren, Sebastopolitan in Abasgia.

2

Quid dicendum de itineribus quae nuntiantur ad remota sidera.

3

Quid dicendum de « homine technico », de mechanizatione, de automatione.

4

Cum nostro tempore quaestiones de eschatologia et de notione historiae saepe habeantur, tractetur oportet de theologia historiae et de munere Christi et Ecclesiae in sanctificatione temporis et historiae, ut doctrina clara et abundantissima opponatur etiam conceptioni historiae marxismi.

---

2) Salditan, Judiciforen.
3) Judiciforen.
4) Sherbrooken, Nicoletan, Huelven.

VIII. DE ECCLESIA ET STATU

1. De necessitate et opportunitate quaestionis

1

Exponatur doctrina de vera natura et relatione inter Ecclesiam et Statum civilem.

2

Decernantur principia iuris publici ecclesiastici novis temporibus et exigentiis politicis et diplomaticis accomodata.

3

Definitio societatis perfectae i. e. « societas quae sibimetipsi sufficit et in seipsa media sufficientia possidet ad finem obtinen-

---

1) Callien et Pergulan, Mutilen, Salutiarum, S. Severinae, Bovinen, Collen, Rossanen, Pinerolien, Eugubin, Melphien, Uxentin, Aliphan, Syracusan, Aesernien et Venafren, Mantuan, Hierapolitan in Syria, Cortonen, Boianen - Campobassen, Potentin et Marsicen, Fodian, Novarien, Platien, Asculan Apul. et Ceriniolen, Baren, Catacen et Squillacen, Veronen, Pinnen-Piscarien, Mutinen, Brixien, Auximan et Cingulan, Soanen-Pitilianen, Siten, Placentin, Parmen, Serren in Macedonia, Fidentin, Carpen, Regien in Aemilia, Piscien, Preslaven, Imolen, Ecclesien, Aquisgranen, Thuburnicen, Salditan, Montisvidei, Yucatanen, Antequeren, Amisen, Civitatis Mariae, Themisonen, Nairobien, Daressalaamen, Kasongoën, Durbanian, Mvanzaën, Ordinarii ex Congo et ex Ruanda Urundi, Sardian, Syracusen, S. Pauli de Minnesota, Raleighien, Indianapolitan, Cadoën, Harrisburgen, Trebennaten, Petropolitan in Insula Longa, Dubuquen, Milvauchien, Lyrbitan, Dallasen-Arcis Worthen, Marquetten, Portlanden, Novarcen, Seattlen, Bostonien, Grandormen, S. Ludovici, Trentonen, Oklahomen et Tulsen, Sup. Gen. Soc. Iesu, Sup. Gen. Sac. Miss. a S. Paulo.

2) Zeliten, Caesaraugustan, Granaten, Miletopolitan, Tabuden, Seguntin, Zamoren, Mindonien, Huelven, Santanderien, Victorien, Dunen et Connoren, Gionopolitan.

3) Cameracen.

dum » non amplius respondet necessitatibus hodiernis, quia non iam est possibile Statum cogitare abstrahendo a societate internationali. Unde notio independentiae definiatur: « ius Status adimplendi suam missionem, cum plena competentia, iure internationali recognita, quin immixtionem patiatur aliorum Statuum quoad hoc, aut a quolibet Statu iuridice pendeat ».

4

Definiatur notio Status, eius iura et limites; circa notionem christianae libertatis; circa dignitatem humanae personae; circa iura familiae in Statu; circa scholas et iuvenum educationem; circa privatam proprietatem et iura laboris humani.

5

Agatur de independentia Ecclesiae et Status.

6

Illustrentur relationes inter Ecclesiam et Statum in mundo moderno. Propter formationem nationum novarum, gubernationum democraticarum et dictaturarum novae conditiones praevalent et vetera vera principia novis conditionibus et circumstantiis applicari debent.

7

In praesens Ecclesia Catholica floret apud nationes non paucas, quae aut minime catholicarum vocabulum merentur, aut quamvis catholicis moribus ab incunabulis imbutae, catholicam prae se ferant faciem, constitutione tamen politica ac legibus suis omnino profanae esse praesumunt, ita ut omnibus religiosis confessionibus eandem ac Ecclesiae libertatem eademque iura nulla facta discriminatione agnoscant. Hinc vehementes disputationes:

---

4) Civitatis Castellanae Hortan et Gallesin, Melphicten Iuvenacen et Terlitien.

5) Sinus Albi, Sup. Gen. O.F.M. Cap.

6) Richmondien.

7) Ephesin, Nicoletan.

a) super religionem quam vocant Status, seu rempublicam confessionalem et tolerantiam seu pluralismum.

b) super regimen legitimae unionis Ecclesiae et Status, seu concordatus, et separationis utriusque, seu amici convictus;

c) super democraticam reipublicae gubernandae rationem et absolutam seu dictatoriam.

Definiatur oportet ergo semel pro semper in periculosa hac re Ecclesiae doctrina.

8

Relationes inter Ecclesiam et Statum civilem, in regionibus et catholicis et acatholicis, clare proponantur, quo iura Ecclesiae efficacius propugnentur.

9

Determinentur officia et iura potestatis civilis et ecclesiasticae.

10

Principia naturalis et supernaturalis Legis de iuribus civilis Societatis clare edantur.

11

Desideratur expositio positiva doctrinae Ecclesiae ut evidens sit nullam contradictionem extare inter professionem fidei catholicae et obligationes civiles.

12

Hodie relationes inter Ecclesiam et Statum occasionem praebent ad innumeras difficultates aequivocationes et errores. Ideoque resumatur doctrina Leonis XIII, Encycl. « Immortale Dei ». Item iuxta affirmationes Pii IX in Syllabo, solemniter dentur affirmationes Pii XII de « tolerantia » religiosa.

---

8) Sidonien, Hobarten, Adelaiden.
9) Monoecen, Molinen.
10) Cremonen.
11) Vigornien.
12) Tolosan, Corisopiten et Leonen.

13

Necessarium est ius publicum ecclesiasticum recognoscere et ampliare, ut societati modernae et Statibus transformatis melius adaptetur.

14

Problema tractetur et sub aspectu historico et sub aspectu theorico.

15

Principia solida et clara desiderantur non mens unius vel alterius theologi aut sociologi.

16

Definiantur theses, quae Ecclesiam uti societatem considerent, cui Christi mandatum concreditum est, et pertractent necessitudines et nexus inter Ecclesiam et Rempublicam.

17

Oportet clarificari utriusque originem, indolem, finem. Rempublicam decet iura et libertates Ecclesiae agnoscere. Si quando pacta inita sunt, aequitas naturalis postulat ut principium illud magni aestimetur: « Pacta sunt servanda ».

18

Iura Ecclesiae maxime ad animas lucrifaciendas et ad veram in christianos iurisdictionem exercendam, non obstante Status iure, recolenda et confirmanda sunt.

19

Vindicetur Ecclesiam solam nec minime Rempublicam ius et auctoritatem habere quoad veritatem et praxim religiosam determinandam.

---

13) Nivernen, Cameracen.
14) Cremen.
15) Hieracen-Locren.
16) Patavin, Cremonen.
17) Fargen.
18) Perusin.
19) Cincinnaten.

20

Iura Ecclesiae in ordine ad statum civilem opportune proferri possunt. Praeter principia generalia nonnulla particularia asserere oportet e. g. de iuribus Ecclesiae quoad iuvenum educationem.

21

Examinetur num normae quibus societas christiana olim regebatur, societati paganae nostrorum temporum applicandae sint.

22

Regalismi reliquiae improbentur.

23

In Ecclesia vitentur omnia quae redolent institutionibus Medii Aevi: in iure, in formulis, in locutionibus, caeremoniis et ritibus.

24

Multi catholici admittunt sententias damnatas a Syllabo de vita sociali ac de relationibus inter Ecclesiam et Statum. Etiam Episcopus in plena conferentia Episcopali Chiliensi exclamavit: Usque quando sequemur principium: Nihil innovetur nisi quod traditum est! Fastidium erga catholicismum traditionalem dividit catholicos laicos, clerum si non ipsum Episcopatum Chiliensem.

25

Quidam theologi proposuerunt theoriam iuxta quam rectores civiles qua tales non subordinantur legi divinae positivae Christi, sed tantum legi naturali; ex qua theoria sequitur statum civilem non teneri agnoscere Ecclesiam Catholicam nec eius immunitates.

---

20) Bostonien, Detroiten, Madisonen, Oklahomen et Tulsen.
21) Sup. Gen. Ord. Carm.
22) Abyden.
23) Portugallen.
24) Linaren.
25) Poncen.

26

Proponitur institutio hominum peritorum Superioris Consessus ad remedium ferendum ne Legis Conditores in Republica interferant de rebus quae moralis ac doctrinae christianae intersunt.

27

Concilium solemniter declaret ius S. Sedis libere communicandi sine censura cuiuscumque potestatis civilis tam cum Ordinariis quam cum clero et fidelibus catholicis.

28

Ecclesia debitam independentiam in re oeconomica a Statu habeat.

2. De concordatis

1

In dubium revocari potest num concordiae seu pactiones de rebus ecclesiasticis inter Status civiles et S. Sedem revera profuerint. Cum principium nationalitatis, quod enuntiat unamquamque nationem propriam constituere debere societatem civilem, radices suas et fundamentum habeat in falsa notione naturae humanae et societatis civilis, prohibendum est clericis omnibus ne nationalismo exaggerato se immisceant neve rempublicam seu res politicas attingant.

2

Repetatur in Concordatis Facultas theologiae dogmaticae apud Athaenea maioris momenti.

3

Consideretur quomodo « Concordata » stipulari possint in territorio missionum praesertim ad tuendam libertatem in catholicis scholis.

---

26) Oppiden.
27) Albaregalen.
28) Dalisanden in Isauria.

1) Carolinapolitan.
2) Caietan.
3) Meruen, Guelen.

3. De rebus mixtis

1

Affirmetur ius Ecclesiae praevalere in quaestionibus mixtis.

4. De quaestionibus particularibus

1*

Proponatur Italico Gubernio ut omnibus Oeconomis, in paroeciis quae non habent proprium rectorem, congruum emolumentum assignetur, independenter a reditibus paroeciae.

2

In Peruviana ditione maxime necessarium est concordatum inter Ecclesiam et Statum quod statuat validitatem in foro civili matrimonii religiosi.

5. De tolerantia

1**

Principia et normae de relationibus inter Ecclesiam et Statum tum de conscientiae et cultus libertate tum de tolerandis aut admittendis falsibus cultibus etc. aptius definiantur et edicantur.

2*

Agatur de tolerantia et de libertate religiosa, de qua iam Pius XII tractavit. Haec problemata in regionibus mixtis semper evocantur.

---

1) Cadurcen.
1*) Clavaren.
2) Huancavelicen.
1**) Bergomen.
2*) Argentinen, Recineten, Bononien, Tarvisin, Venetiarum.

3

Quaeritur quid sentiendum sit de tolerantia non tantum ut de quaestione facti sed iuris.

4

Ubi socialiter existit unitas catholica tantum cultus privatus acatholicorum permittatur.

5

Utilitatem examinare oportet (theoreticis principiis eam dissuadentibus non minutis) favendi tolerantiam religiosam, non tantum quia respectu habito immensitatis orbis non catholici utilior est sed etiam quia condiciones privilegii pro Ecclesia negligentiam et incuriam inducunt.

6

In nationibus catholicis libertas sectis acatholicis concedenda est, tamen si sectae Ecclesiam Catholicam infament, Status Catholicus vi fidem catholicam defendere debet.

7

Determinetur quid sentiendum sit de libertate non modo religiosa sed etiam civili et politica, quae tam ad catholicos quam acatholicos attinet.

8

Magis elucidare oportet quaestionem de gubernii civilis neutralitate in materia religiosa.

---

3) Abulen, Matriten, Orthosien in Phoenicia, Dausaren, Flaviobrigen, Urgellen, Calaguritan et Calceaten, Sionen, Santanderien, Salmantin.

4) Toletan.

5) Daren.

6) Geneven et Friburgen.

7) Renen.

8) Bikoroën, Tingitan.

6. De « sana laicitate »

1

Hodie diversimode considerandae sunt relationes inter Ecclesiam et Statum, quia, propter diversitatem opinionum in materia religiosa, gubernia debent aequam tolerantiam profiteri. Tamen cavendum est a neutralismo. Nam prout rerum natura et ordo supernaturalis, a Deo instauratus, exposcunt, convergentem actionem utriusque potestatis, uniuscuiusque in proprio ordine, opportunum est promovere. Ideoque doctrina *de sana laicitate* forsan alicui schemati de relationibus inter Ecclesiam et Statum incorporanda esset.

2

Olim Pius XII locutus est « de sana laicitate ». Huiusmodi verba, in Gallia, in quibusdam catholicis gaudium, in ceteris vero admirationem excitaverunt secundum tendentias « di destra » aut « di sinistra ». Opportuna explicatio desideratur.

3

Affirmetur doctrina circa laicitatem Status.

4

Revisioni subiiciatur principium circa laicitatem Status. Damnetur utique laicismus, qui usque ad formalem negationem Dei eiusque legis moralis procedit et ad pugnam contra Ecclesiam. Attamen quaedam laicitas Status accipi potest, perfecte conformis doctrinae Ecclesiae, quippe quae duas societates distinguit, unamquamque in suo ordine.

---

1) Remen, Bellovacen.
2) Docleen.
3) Monoecen.
4) Cameracen, Remen.

7. De confessionalitate Status

1

Convenienter in Concilio ageretur etiam de confessionalitate Status, quia Status non potest praetermittere sua religiosa officia nec omnes cultus et religiones eodem modo tractare.

2

Fideles avide Concilii doctrinam audirent circa confessionalismum Status, libertatem conscientiae, cultuum tolerantiam, laicismum etc.

3

Agatur de Statu aconfessionali.

4

Denuo solemniter affirmetur Deum honorandum esse non solum private a singulis hominibus, sed etiam a societate et a nationibus ut talibus.

5

Explicentur vocabula «confessionalitas», «non confessionalitas» «neutralitas», «tolerantia» quoad religionem; horum verborum usus occasio est confusionis sive apud operarios sive in relationibus religioso-socialibus.

8. De separatione Ecclesiae et Status

1*

Authentice et diffusius disserere oportet de relationibus et func-

---

1) Zeliten, Granaten, Abulen, Matriten, Celsonen, Orthosien in Phoenicia, Dausaren, Pampilonen, Toletan, Jacen, Albasiten, Calaguritan et Calceaten, Sionen, Oriolen, Santanderien, Salmantin.

2) Succursen et S. Aegidii.

3) Sup. Gen. O. F. M. Cap.

4) Yaunden.

5) Campivallen, Cyrenen, Quebecen.

1*) Crossen, Steubenvicen.

tionibus inter Ecclesiam et Statum, praesertim in iis nationibus ubi separatio utriusque vi legis civilis iam viget.

2

Quando separatio Ecclesiae a Statu tolerari potest?

3

Improbentur nonnulli viri catholici qui latenter postulant separationem inter Ecclesiam et Statum.

4

Damnetur doctrina quae vult separationem inter Ecclesiam et Statum.

9. De relationibus inter nationes

1

Statuantur normae morales circa relationes internationales.

2*

Agatur de muneribus institutionum internationalium erga homines et humanitatem.

3*

Positiva principia ad pacificam coexistentiam et sinceram collaborationem inter diversas formas culturarum, quae dicuntur, inter varias nationes et classes illustrentur.

4*

Evocetur Ecclesiae doctrina ut diversi Status vicissim sibi subveniant, ita ut ditiores nationes adiuvent indigentes.

---

2) Compostellan.
3) Camposin.
4) S. Dominici, S. Ioannis Portoricen, Tarraconen, Dausaren, Tamiathitan, Albasiten, Oriolen.

1) Legionen, Sinianden.
2*) Carthaginen, Ipamuen.
3*) Vladislavien.
4*) S. Claudii, Aquen, Myrinen.

5

Illustrentur divitum nationum obligationes erga pauperrimas.

6

Caritas Christiana eiusdemque consectaria in vita sociali illustrentur, ut fides christiana praesentetur tamquam verum fermentum, cui nihil subrogari potest, omnis boni vel temporalis generis humani (cfr. v. g. relationes inter stirpes et classes).

7

Doctrina boni communis relationibus inter nationes applicata forsan postulat ut definiantur iura et officia statuum ad procurandam existentiam digniorem populorum praesertim subevolutorum.

8

Proclametur hominum omnium *radicalis aequalitas*, ex qua oriuntur omnium iura ad bona tam animae quam corporis, pro suis necessitatibus et conditione, adiuvantibus illis maxime populis, quibus magis favet natura vel fortuna.

9

Declaretur ius naturale circa alicuius gentis mores et ingenium (« nazionalità »).

10

Declaretur ius ad existentiam parvarum Nationum.

---

5) Carthaginen, Ipamuen, Ciliciae Armenorum, Colonien in Armenia, Comanen in Armenia, Babylonen Armenorum, Constantinopolitan Armenorum, Kamechlien Armenorum, Acilisen, Pedachtoën.

6) Mediolanen.

7) Giennen, Leodien, Eudociaten.

8) Albien, Lycaonen, Carcassonen.

9) Fianarantsoaën.

10) Poncen.

11

Aspirationes populorum sic dictorum « coloris » extollantur.

12

Iura ad independentiam populorum evolutorum declarentur.

13

Concilium iudicium proferat de sensu et valore prosperitatis oeconomicae et « integrationis internationalis », quae dicitur.

14

Agatur de immoderato nationum desiderio vivendi suis legibus.

15

Ecclesiae doctrina proponatur circa quaestiones internationales: odium adversus gentes alienas, bellum, populorum nationumque independentiam.

16

Quaedam « razismi » genera hodie grassantur et inter multos populos ardentes crescunt vindicationes et independentiae desideria. Ideoque opportunum est doctrinam Ecclesiae exponere.

17

Quaenam pars Ecclesiae in provehendo statu gentium minus excultarum?

18

Declaretur necessitas alicuius conventus internationalis cum auctoritate ad dissidia componenda.

---

11) Cataquen.
12) Piscien.
13) Ultraiecten.
14) Farafanganen.
15) Bellicen.
16) Atrebaten, Aquen.
17) Salditan.
18) Poncen.

19

In memoriam revocetur quid iustitia socialis exigat in relationibus nationum.

20

Foederatio omnium Nationum Catholicarum in luce Corporis Christi Mystici commendetur.

21

Pronuntientur principia sic dictae politicae demographicae, praesertim ad rationem internationalem attinentis.

10. De ratione inter Ecclesiam et Societatem Internationalem

1

Agatur de munere Ecclesiae erga societatem internationalem.

2

Illustretur relatio Ecclesiae relate ad Instituta nationalia et internationalia.

3

Relationes Ecclesiam inter et Societatem Nationum illustrentur.

4

Exoptatur codex relationum interhumanarum et internationalium.

5

Documentum ab ONU editum circa hominis iura, quod supernaturalem hominis finem ignorat, corrigatur.

---

19) Sup. Gen. Miss. Ext. Bethlehem.
20) Jericoën.
21) Basileen et Luganen.
1) Carthaginen.
2) Venetiarum.
3) Caeciritan.
4) Madyten.
5) Silva Portuen.

6

Cooperatio Ecclesiae cum UNESCO augeatur.

7

Declaretur utrum tolerari possit adhaesio passiva in societate impia, e. g. Y.M.C.A. (iuvenum christiana associatio).

8

Ius internationale illustretur.

11. De iure gentium

1

Agatur de iure gentium in hodiernis adiunctis.

12. « De potestate indirecta »

1*

Persaepe confunduntur actio temporalis et spiritualis apostolatus, regio propria Ecclesiae ipsaque Nationis vel Status: ideoque exponantur propria actio Ecclesiae et natura Regni Dei et componantur « temporale et spirituale », « mundus praesens et venturus », iura Ecclesiae et Status.

2

Enucleentur notio et vis potestatis indirectae Ecclesiae habito respectu ad Statum.

3

Definiatur quomodo ordo naturalis subordinetur supernaturali, et quomodo laicitas (sed non laicismus) Status, per hypothesim et ratione circumstantiarum admissa, non possit accipi secundum normas essentiales societatis civilis.

---

6) Uzipparitan.
7) Derbien.
8) Sidetan, Iudiciforen.
1) Tingitan, Mvanzaën.
1*) Lycaonen.
2) Sup. Gen. Ord. Carm.
3) Burdigalen.

4

Temporale plane secernatur a spirituali, ita tamen ut integre salvetur eiusdem temporalis subordinatio spirituali indirecta.

5

Potiusquam de *potestate indirecta* in rebus naturalibus, melius erit loqui de *universali* missione apostolica Ecclesiae, quae ordini naturali sese extendat.

6

Peropportuna videtur solemnis pronuntiatio de generali habitudine Ecclesiae ad civilem potestatem cum formali ac definitiva renuntiatione « directae potestati » in temporalibus.

7

Estne necessarium agnoscere sic dictam « potestatem indirectam » Ecclesiae vel sufficit agnoscere obligationem erga Deum qua tam Ecclesia quam Status tenentur observare ordinem divinitus statutum?

8

Tractetur de iurisdictione Ecclesiae in res civiles.

9

Illustretur extensio actionis sive directae sive indirectae Ecclesiae in res temporales.

10

Declaretur natura subordinationis Status relate ad Ecclesiam in regionibus acatholicis.

---

4) Cadurcen.
5) Cameracen.
6) Portugallen.
7) Mindonien, Santanderien.
8) Civitatis Castellanae Hortan et Gallesin.
9) Ruthenen.
10) Sup. Gen. Ord. Carm.

13. De iure Ecclesiae in quaestiones sociales

1

Distincte edicatur de iure Ecclesiae interveniendi in vitam civilem, socialem, politicam.

2

Statuantur principia educationis quoad munia familiae, Ecclesiae et auctoritatum civilium.

3

Definiantur relationes inter Ecclesiam et Statum praesertim circa educationem, matrimonium et ius exclusivum Ecclesiae iudicandi moralitatem actionum Statuum et unionum opificum.

4

Iura Ecclesiae circa scholas definiantur.

5

Determinetur doctrina catholica circa iura publicae opinionis eiusdemque manifestationem in organis diffusionis.

6

Vindicetur ius Ecclesiae ubique praedicandi verbum Dei.

14. De iure Ecclesiae in quaestiones politicas

1*

Determinetur ubi, in quibus et quanta adest obligatio creandi, componendi et assistendi factiones politicas cum doctrinali et catholico agendi fundamento.

---

1) Lauden, Bracharen.
2) Sup. Gen. Ord. Carm. Discalc.
3) Glasguen.
4) Lagen, Euroeen in Epiro.
5) Legionen.
6) De Bahr el-Gebel.
1*) Jaren.

2

Definiantur Ecclesiae iura in quaestionibus politicis cum theologia morali connexis.

3

Quam apertissime explanare relationes inter Ecclesiam et politicas factiones oportet.

4

Illustretur relatio Ecclesiae cum factionibus politicis quae dicuntur catholicae vel congregantes fideles catholicos.

5

Quantum fieri potest ponantur etiam termini interventui sacerdotum in re politica, melius in suffragiorum certaminibus.

6

Ecclesia ne misceatur in quaestionibus mere politicis uniuscuiusque nationis.

7

Desiderantur normae bene determinatae circa factiones politicas antichristianas.

8

Normae directivae dentur circa collaborationem politicam catholicorum cum aliis partibus politicis.

9

Munera catholicorum circa emissionem suffragii et in eligendis populi oratoribus, accurate statuere oportet.

---

2) Calven et Theanen, Assisien.
3) Verulan et Frusinaten.
4) Comaclen.
5) Abellinen, Triventin.
6) Leonen in Nicaragua.
7) Nyerien.
8) Giennen, Legionen.
9) Legionen, Celsonen, Giennen, Sup. Gen. O. F. M. Cap.

10

In C. I. C. inseratur aliquid de suffragio ferendo in electionibus politicis.

15. De necessitate synthesis iuris publici ecclesiastici

1

In C.I.C. instituatur liber « de iure Ecclesiae publico », in quo:

a) exponantur dogmatica iuris publici Ecclesiae fundamenta;

b) explicetur uberius iuridica Ecclesiae constitutio;

c) Ecclesiae iura erga Statum vindicentur;

d) principia exponantur in materiis mixtis, praesertim de matrimonio, de familia, de educatione et de scholis...

Quae iuris publici institutiones profuturae sunt clericis, qui relationem inter dogmaticum de Ecclesia tractatum et iuridicam Christi Ecclesiae constitutionem melius intelligent, et laicis, qui magis ac magis sentiunt Statum omnis iuris fundamentum esse.

2

Normae quae regere debent relationes inter Ecclesiam et Statum in C.I.C. inserantur.

3

Iuvabit fortasse, auctoritate Concilii, Summam Iuris Publici Ecclesiastici pro fidelium institutione concinne exarare.

4

Synthesis edatur auctoritative collecta et definita et complementis opportunis ditata.

---

10) Guadalajaren.
1) S. Claudii.
2) Tridentin.
3) Abulen, Dausaren, Dardan.
4) Bononien.

IX. DE SOCIALI DOCTRINA ECCLESIAE

1. De opportunitate quaestionis

1

Praeparetur summa capitum principalium doctrinae socialis Ecclesiae, praesertim de familia, de societate, de republica.

2

Doctrina socialis Ecclesiae illustretur in luce doctrinae Corporis Christi Mystici.

---

1) Essendien, Fargen, Limburgen, Bassianen, Lodzen, Siedlcen, Premislien Lat., Helenopolitan in Bithynia, Tanagraeus, Thuggen, Posnanien, Philippopolitan in Arabia, Callien et Pergulan, Lucerin, Mutilen, Sarsinaten, Abellinen, Fulginaten, Polycastren, Cremen, Bovinen, Collen, Gallipolitan, Rossanen, Caesarien in Bithynia, Melphien, Vercellen, Tyanen, Hydruntin, Salernitan, Biturgen, Montis Alti et Ripan, Goritien, Nolan, Caesenaten, Cremonen, Uxentin, Ferentin, Victorien Venetorum, Civitatis Castelli, Bergomen, Ariminen, Montis Regalis, Novarien, Nepesin et Sutrin, Drepanen, Baren, Faventin, Bosanen, Arianen, Apuanien, Brixien, Siten, Serren in Macedonia, Fidentin, Carpen, Regien in Aemilia, Placentin, Parmen, Brundusin, Zeliten, Caesaraugustan, Conchen, Ilerden, Palentin, Cinnaeus, Legionen, Celsonen, Orthosien in Phoenicia, Seguntin, Dalisanden in Isauria, Barcinonen, Tarraconen, Zamoren, Calaguritan et Calceaten, Mindonien, Sionen, Aurien, Baren in Pisidia, Lamacen, Kerrien, Yucatanen, Matamoren, Martyropolitan, Aterraden, Paten, Uberaben, Oliveiren, Guaxupen, Septemlacunen, Divinopolitan, Verinopolitan, S. Christophori in Venezuela, Jericoën, Zipaquiren, Lagen, Euroeen in Epiro, Ancusen, Azulen, Morelien Tucumanen, Pacen in Bolivia, Pionitan, Maturinen, Campi Grandis, Civitatis Mariae, Caesarien Philippi, Barquimiseten, Iudiciforen, Victorien Spiritus Sancti, Oranen, Beiren, Claudiopolitan in Isauria, Mopoien, Amadien, Abbas Gen. C. V. U. O. S. B., Sup. Gen. Minimorum.

2) Jericoën, Doaren, Lomzen, Centurien, Varsavien et Gnesnen.

3

Hac nostra aetate quae eminenter « socialis » vocatur opus est abs dubio ut sociale momentum cuiusque christiani dogmatis luculenter signetur.

4

Christianae fraternitatis officia conveniens est declarare, in qua vera et unica socialis ratio insistit et extra quam nulla datur rerum socialium compositio. Damnandi qui asserunt non esse in fide christiana aptitudinem sufficientem ad rectum ordinem humanum promovendum, et qui ordini mere humano nimia facilitate possibilitatem perfectionis tribuere audent, quae cum doctrina peccati originalis componi nequit.

5

Vox Ecclesiae praesertim occasione Concilii Oecumenici debet sonare ut vox conscientiae generis humani in favorem pauperum et contra iniustitias cuiusvis generis.

6

Magisterium Ecclesiae declaret solida fundamenta « civilizationis humanae », rationem habendo de concreta condicione hominis super terra, tum ex ipsa natura humana, tum ex ipsa elevatione ad statum supernaturalem, tum ex ipsa generis humani historia post peccatum et divinam institutionem Ecclesiae.

7

Concilium occasionem providentialem praebet Ecclesiae affirmandi sibi nihil humanum alienum esse: scientiam, artes, progressum cuiuscumque generis, seseque velle inter diligentiores incumbere ad personam humanam promovendam et liberandam ab omnibus doloribus et ab omni servitute sive in domo sive in officinis sive tandem in relationibus quae extant inter gentes.

---

3) Dardan.
4) Januen, Fesulan, Nicosien, Senen.
5) Algerien.
6) Suessionen.
7) Rabaten.

8

Damnetur doctrina quae tenet Ecclesiam, utpote quae extra mutabilium rerum ordinem positam, docere non posse an leges, mores, instituta revelationi respondeant vel non aut quid societas civilis in tali evolutionis momento apta sit ad recipiendum de divina revelatione, et hoc iudicium exclusivum esse laicorum christianorum.

9

Praecisiones exarentur ad usum universalis Ecclesiae de momento valoreque directivo doctrinae socialis Ecclesiae.

10

Non raro hisce diebus invenitur, etiam inter catholicos Ecclesiae fidelissimos, tendentia circumscribendi in re sociali auctoritatem episcopalem rebus quae pertinent tantummodo ad fidem et mores.

11

Concilium pertractet quaestiones sociales hodiernas, quae praecipue respiciunt proprietatem, capitale, opificia, labores, mercedes et ipsos operarios.

12

Clare profiteatur Concilium quae in documentis pontificiis continentur de existentia Culturae Christianae (Civiltà Cristiana), quae defendi et dilatari debet.

13

Agatur in S. Synodo de Evangelio Sociali: illae celebres doctrinae a Leone XIII usque adhuc dilucide annuntiandae videntur.

---

8) Pisauren, Interamnen et Narnien.
9) Insulen.
10) Portus Pirien.
11) Montis Oliveti Maioris, Consentin.
12) Arcen.
13) Augustan.

14

Synthesis principiorum christianorum desideratur circa rationem reipublicae gerendae.

15

Magis illuminetur doctrina de societatis origine.

16

Tractetur etiam de distributione bonorum in mundo.

17

Natura et officia communitatum socialium illustrentur.

18

De motibus socialibus, syndacalibus et politicis satis dicatur.

19

Clarae dentur normae circa institutionum reformationem.

20

Principia naturalis et supernaturalis legis de iuribus familiae clare edantur.

21

Theologia aedificationis « civitatis terrenae » (actionis politicae) illustretur.

---

14) Anglonen-Tursien.
15) Valdivien, Neocarthaginen, Barranquillen.
16) Bluefielden, Maris Platen.
17) Venetiarum.
18) Soanen-Pitilianen, Montis Oliveti Maioris, Fodian.
19) Oruren.
20) Philadelphien Lat., S. Clodoaldi, Halifaxien, Madisonen, Cremonen.
21) Cataquen.

22

Doctrina socialis explananda est in theologia morali.

23

Doctrina socialis Ecclesiae locum obtineat in lege canonica.

24

Normae pro actione sociali inserantur in C. I. C.

25

C. 1524 novae redactioni subiiciatur, ita ut in ipso quodam modo doctrina socialis recentiorum Summorum Pontificum includatur.

26

C. 1524 perficiatur secundum ultima documenta doctrinae socialis Ecclesiae.

27

Exponantur principia christiana quae contra errores sociales iactari possunt.

28

Adversus communismum eiusque impudentes progressus nonne deberet socialis Ecclesiae doctrina fortius et fulgentius exponi et acrius propugnari?

29

Ecclesiae doctrina proponatur circa quaestiones sociales: marxismum, capitalismum.

---

22) Ferrarien.
23) Petrocoricen.
24) Truxillen, Medellen, Zipaquiren, Civitatis Bolivaren.
25) Caebuan.
26) Medellen.
27) Madisonen, Halifaxien.
28) Cotonuen.
29) Piscien, Imolen, Bellicen.

30

Ordinatio civitatis a socialistis somniata, in solo amore et progressu scientifico posita, declaretur contraria actuali Divinae Providentiae dispositioni, cum inaequalitas hominum non solum malum minime constituit sed et melius, in praesenti ordine hierarchico rerum et hominum, manifestat perfectiones Dei, eo vel magis quod, in absoluta omnium hominum paritate, quaedam virtutes christianae maxime ad salutem necessariae, ut humilitas, oboedientia, misericordia, etc., fere impossibiles evaderent.

31

Studia sociologica et statistica etiam in rebus religiosis et Ecclesiae utilia sunt. Ideoque fundetur Romae aliquod centrum coordinationis.

32

Concilium ne immoretur in re sociali tamquam in re praecipua, quippe quae in asperas politicas quaestiones distrahi possit.

2. De origine auctoritatis in societate

1

Agatur de auctoritatis natura, obiecto et munere.

2

Explanetur doctrina de origine auctoritatis in societate.

3

Principii auctoritatis momentum in pristinam aestimationem redigere oportet et conformationem in re civili inter christianos

---

30) Camposin, Jacarézinhoen.
31) Vindobonen, Maroneus, Macren, S. Hyppoliti, Lincien, Metellopolitan.
32) Thagasten.
1) Manchesterien.
2) Calaguritan et Calceaten.
3) Guadalajaren.

fovere, ut iura, munera et officia civilia plene persuasi adimplere valeant fideles.

3. De iure personae humanae in societate civili

1

Popularis rei publicae gubernandae ratio, quae latius in dies ubique gentium diffunditur et recipitur, nunc quam maxime exigit ut definiatur quibus muneribus erga rei publicae administrationem obstringantur qui catholico censeantur nomine.

2

Agatur de modo quo homines inter se coniuncti sint, nempe de personalismo et solidarismo, de mutuis relationibus inter familiam et rempublicam.

3

Iura personae humanae vindicanda sunt.

4

Defendantur iura personae humanae contra « statalismum ».

5

Perscrutanda est positio Ecclesiae quoad libertates civiles.

6

Agatur de libertate hominis aliisque eius iuribus contra oppressores hominum huius temporis.

---

1) Sinianden, Cremonen.
2) Colonien.
3) Sinianden, Polyboten, Mandetrien, Luxemburgen, Abulen, Orthosien in Phoenicia, Dausaren, Tuden, Toletan, Calaguritan et Calceaten, Valentin, Dardan, Huelven, Giennen, Victorien, Aveiren, Leodien, Abbas Gen. C. V. U. O. S. B.
4) Silva Portuen, Tingitan, Balecien.
5) Marquetten, Sherbrooken, Nicoletan.
6) Eystetten, Berolinen.

7

Omnino optandum est ut Concilium emittat solemnem declarationem iurium hominis christiani quemadmodum ONU « declarationem iurium hominis » edidit.

8

In declaranda solemniter hominis dignitate, anthropologicum « symbolum » haec continere deberet:

a) *Homo est creatura.* Sic enuntiatur et dignitas et limitatio hominis.

b) *Homo est persona,* quia praeditus anima spirituali. Ideo est naturalis imago Dei; inde profluit momentum singulare hominis in universo. Ut persona, homo est libertate praeditus et ad libertatis exercitium destinatur.

c) Homo ut creatura et persona est *religiosum ens,* cuius existentia a Deo est et ad Deum ducit; est *ens morale,* ad bonum faciendum ordinatum et legibus conscientiae obstrictum.

d) *Homo est ordinatus ad societatem.*

9

Agatur de natura et dignitate hominis ac de eius relatione ad societatem humanam.

10

In luce ponatur dignitas personae humanae contra quascumque formas *razzismi, servitutis* proprie dictae, *servitutis* fucatae, quae exercetur sive a privatis, qui mercedem legitimam fraudant operariis, sive in quibusdam statibus per laborem impositum (lavoro forzato).

---

7) Vladislavien, Mechlinien, Brugen, Namurcen.

8) Berolinen.

9) Thuburnicen, Gedanen, Eystetten, Berolinen.

10) Catacen et Squillacen.

11

Solemniter affirmentur iura aequalia omnium hominum, cuiusvis generis (razza) sint, et eorum aequalis dignitas coram Deo et Ecclesia.

12

Principia ad integrationem prosapiarum (ratialis integratio) proferantur.

13

Agat Concilium:

a) de recta notione hominis secundum Ecclesiae doctrinam (dignitate, ratione qua inter se radicitus aequales sunt homines, iuribus hominis inamissibilibus, iure ad bona materialia et ad laborem);

b) de christiana oeconomiae socialis notione.

14

Solemniter affirmetur aequalitas naturae, destinationis et iurium inter omnes homines, nulla facta distinctione originis, linguae aut pigmenti, quia omnes sunt filii Dei.

15

Damnetur omnis oppressio tum singulorum hominum, tum classium hominum tum populorum.

16

Agatur de iuribus et officiis Personae et Status; definiantur officia correlativa personae erga societatem civilem et officia Status erga personam.

---

11) Vashingtonen, Harrisburgen, Novae Aureliae, Chicagien, Seten, Lafayetten in Indiana, Sup. Gen. S. I.
12) Bellevillen.
13) Sup. Gen. Patr. et Fratr. a S. Vinc. a Paulo.
14) Ipamuen, Claudiopolitan in Isauria, Ordinarii ex Congo et ex Ruanda Urundi.
15) Sup. Gen. Ord. Bas. S. Ios.
16) Dunedinen.

17

Interventus nimis amplus et assiduus Status ordinem naturalem potius destruit quam iuvat.

18

Illustrentur officium Status ut omnes cives laborare possint, et officia civium erga societatem.

19

Doctrina socialis Ecclesiae clarius explicanda est quoad competentiam Status relate ad sanitatem, secreta civium...

20

Commendetur uniformitas circa democratiam exaggeratam et exaggeratum statalismum.

21

Denuo declarentur et comprobentur principia doctrinae Ecclesiae quoad dependentiam ab auctoritate legitime constituta, quia hodie viri in auctoritate constituti saepe non oboediuntur.

22

Aliquid dicatur circa rectum conceptum libertatis contra phrenesim rerum evertendarum cupidam.

23

Iterum explicetur quomodo sana democratia, quae ab Ecclesia admittitur, concilietur cum iis quae Paulus scribit (Rom. XIII) de divina qua pollet Status auctoritate.

---

17) Camposin, Jacarézinhoen.
18) Melphicten Juvenacen et Terlitien.
19) Galvien et Duacen.
20) Naupacten.
21) Balecien.
22) Jacarézinhoen.
23) Arcen.

24

Amor patriae sanus, quomodo Dei mandatis imperetur, ostendatur.

4. De iure proprietatis

1

Evocetur Ecclesiae doctrina, quae sapienter in medio stat, finem praescribens proprietatis iuris, sed etiam excessus reiiciens « socialismi » humanam libertatem tollentis.

2

Functionem socialem proprietatis declarare oportet.

3

In memoriam revocetur ius ad vitam esse primarium, dum ius proprietatis est secundarium.

4

Proponatur doctrina de iure proprietatis (fundamentum, fines, officia), praesentibus vitae condicionibus accomodata.

5

Modus imponendus est in iure proprietatis et extra caritatem Christi declaretur qui immodice opibus exuberet.

6

Relationes declarentur inter comparticipationem Rei Publicae et ius proprietatis.

---

24) Arcen.
1) S. Claudii.
2) Bugellen.
3) Giennen.
4) Monoecen, Bituricen, Valdivien, Risinitan.
5) Caietan.
6) Pinnen-Piscarien.

7

Mens Ecclesiae illustretur quoad primatum productionis in organizatione oeconomica praesenti, qui in discrimen adducit quodcumque est humanum.

8

Agatur de iure et de limitationibus proprietatis etiam quoad media producendi.

9

Declaretur authentice an sustineri possit ius proprietatis privatae non esse a lege naturali, saltem primaria, et quando et quibus condicionibus societas possit hoc ius individuo auferre vel limitare.

10

Quoad rem oeconomicam dicatur quid Ecclesia sentiat de modernis possessionis privatae doctrinis formisque, uti a novis, diversis a liberalismo et socialismo historico, systematibus proponuntur quae « socialismus liberalis », « socialismus democraticus », « système paternaire » vocantur.

11

De iure proprietatis ac de eius usu et sociali functione; de iure ad laborem ac de operariorum participatione in organismis industrialibus administrandis et fruendis; de salario iusto ac de superfluo indigentibus impendendo; totius sociologiae christianae principia in tuto ponere et in luce contra Marxismum (materialismum historicum ac dialecticum).

---

7) Auxitan.
8) Plocen, Eudociaten, Daonien, Panopolitan, Centurien, Varsavien et Gnesnen, Tabuden, Calaguritan et Calceaten, Dardan, Heliosebasten, Geneven et Friburgen.
9) Eugubin, Vicentin.
10) Basileen et Luganen.
11) Panormitan, Theatin, Perusin.

5. De labore

1

Theologia laboris illustretur.

2

Solemniter recognoscatur « Theologia laboris » vel « oratio laboris ».

3

Dignitas humani laboris vindicetur.

4

Iudicium proferatur a Concilio de laboris sensu et valore.

5

Determinetur quodnam sit homini « ius ad laborem » in genere et unicuique singulatim.

6

Pro quibusdam operibus, cum labore coniunctis et debita supernaturali intentione praestitis, indulgentiae elargiantur.

7

Clarae edantur normae circa horas laboris et operariorum vacationes.

---

1) Cataquen, Carthaginen.
2) Trocmadian, Jotan.
3) Panopolitan, Centurien, Jotan, Varsavien et Gnesnen, Abulen, Dausaren, Toletan.
4) Ultraiecten.
5) Virodunen.
6) Trocmadian, Jotan.
7) Oruren.

6. De cooperativismo

1

Novum examen de cooperativismo instituatur.

2

Fines, methodus et liceitas actionis uti dicunt syndacalis, relaxatis operis (sciopero), clare ad nostra tempora apta enucleentur et, si fieri potest, ad modum articulorum Codicis exponantur.

3

Agatur de doctrina Ecclesiae quoad syndacatus.

4

Commendetur erectio syndacatuum confessionalium.

5

Doctrina exponatur de syndacatu et factionibus politicis (« partiti politici »).

7. De salario iusto

1*

Doctrina socialis Ecclesiae pressius determinetur circa iustum salarium, laborem foeminarum, cessationem laboris ex condicto, obligationem in conscientia tributa solvendi etc.

---

1) Seguntin, Oruren.
2) Preslaven.
3) Calaguritan et Calceaten, Sup. Gen. Barnab.
4) Giennen.
5) Aliphan.
1*) Aquen, Vicentin.

2

Amplius determinetur quid intelligatur pro salario iusto.

3

Post CC. 1529 ss. aliquid dicatur de iusto salario et de participatione utilium.

8. De salario familiari

1*

Agatur de stipendio familiari et de allocationibus familiarum.

2*

Ex iustitia commutativa aut tantum ex iustitia sociali debetur salarium familiare?

3*

Controversia de salario familiari absolvatur.

9. De iustitia sociali

1**

Agatur de iustitia sociali.

2**

Definiatur quandonam peccetur contra iustitiam socialem.

3**

Exponatur doctrina catholica circa iustitiam socialem et caritatem socialem.

---

2) Risinitan, Oruren.
3) Guadalajaren, Oruren.
1*) Georgiopolitan, Guadalajaren.
2*) Poncen.
3*) Tabuden, Toletan,
1**) Sup. Gen. O. F. M. Cap.
2**) Tabuden, Abulen.
3**) S. Antonii, Halifaxien.

4

Commendetur harmonia iustitiae et caritatis in relationibus inter nationes, classes, entia moralia, individua.

5

In speciali Commissione edatur tractatus « de iustitia sociali », in Theologia morali inserendus.

6

Desideratur notio accurata, disputationibus non subiecta, de bono communi.

10. De iuribus et officiis operariorum et datorum operum

1

Tractetur munus Ecclesiae in opificum provectione.

2

Noviter declarare et ad hodiernas necessitates accomodare oportet principia catholica de iuribus et officiis datorum operum et operariorum.

3

Iura et munera dominorum et operariorum denuo solemniter illustrentur.

---

4) Naupacten.
5) Cercinitan, Malacitan, Dardan. Huelven.
6) Tabuden, Celsonen, Myrinen, de Punta Arenas.
1) Salditan.
2) Halifaxien, Philadelphien Lat., Vashingtonen, S. Clodoaldi, Arcis Gulielmi, Trifluvianen, Vancuverien, Quebecen.
3) Ciliciae Armenorum, Colonien in Armenia, Comanen, Babylonen Armenorum, Constantinopolitan Armenorum, Kamechlien Armenorum, Acilisen, Pedachtoën, Tauitan.

4

Dilucidandum est utrum operarii ius habeant ad participationem aliquorum lucrorum.

5

Distinctio inter opifices et non opifices derelinquatur, cum omnes simus opifices.

6

Mirum est quod post Encyclicas Pontificias tam instanter opera fiat ad dandam formationem et actionem praecorporativam categoriae tantum, a priori excludendo ipsam formationem et actionem Operae classium sic dictae Capitalis, quod semper et solum contra opificum iura animadvertitur.

Doctrina christiana, opera complectitur officia et iura omnium, etiam dominorum qui operam dant, operarum conductoris, sive in praecipuis principiis sive in eorum definita exsecutione; ideoque isti associationi ACLI non excludenda esset haec praecipua pars laboris quaestionis, quae concilianda esset iuxta normas pontificias erga classem operariam et numquam separatim sed simul, uti eodem tempore fiunt officia et iura opificum et operarum conductorum.

Quaestio perscrutanda est utrum Albas Societates (Leghe Bianche) restituere prodesse possit, ut Christianismi doctrina socialis denuo referatur in laboris ambitu, non tantum uti praesidium contra marxismum, sed uti sententiarum nostrarum reale factum et consequens formatio pro opificum conscientiis.

11. De operistitiis

1

Normae statuantur circa moralitatem operistitiorum.

---

4) Tabuden, Toletan.
5) Cueven.
6) Oppiden.
1) Celsonen, Seguntin.

2

Clarius doceantur conditiones, quibus secessio (sciopero) opificum licita vel illicita dicenda sit.

3

Agatur de legitimitate intermissionis opificum laboris.

4

Aliquid declaretur circa operistitium et methodum democraticam.

5

Cum operistitium sit quodammodo bellum industriale, conditiones ad illud iustificandum sunt analogae ad conditiones requisitas ut bellum cruentum iustificetur.

12. De necessitate « Summae » seu « Synopsis » Doctrinae Socialis Ecclesiae

1

Exhibeantur in compendium auctoritative exaratum puncta sic dictae socialis doctrinae Ecclesiae, quae iam passim fuit exposita in Litteris Encyclicis necnon in concionibus ultimorum Summorum Pontificum.

2*

Doctrinae socialis Ecclesiae corpus redigatur lingua latina ne interpretationes falsae habeantur.

---

2) Taurinen.
3) Sup. Gen. Barnab.
4) Eugubin.
5) Poncen, Oruren.
1) Adelaiden, Aphnaeten.
2*) Campivallen, Cyrenen.

3

« Summa » doctrinae socialis edatur.

4

Paretur brevis catechismus dialogatus doctrinae socialis christianae, inserendus in textibus communibus pro catechesi.

---

3) Pisan, Acheruntin, Theatin, Cotonuen, Sadabandeiropolitan, Lauden, Guluen, Dakaren, Adm. Ap. Exarch. Constantinopolitan, Tarantasien, Myren, Nemausen, Soanen-Pitilianen, Cuneen, Philippopolitan in Arabia, Aesernien et Venafren, Jacien, Hierapolitan in Syria, Cortonen, Dianen, Taurinen, Boianen - Campobassen, Albae Pompeien, Fodian, Urbanien et S. Angeli in Vado, Pinnen-Piscarien, Aquilan, Liburnen, Teramen et Atrien, Auximan et Cingulan, Consentin, Villaregalen, Funchalen, Portugallen, Plocen, Polyboten.

4) Neapolitan, S. Antonii, Chicagien, Bostonien, Halifaxien, Sinus Viridis, Philadelphien Lat.

X. DE DEO UNO ET TRINO

1

Canones de « Deo Uno » a Concilio Vaticano I parati promulgentur.

2

Necesse est Dei transcendentiam illustrare, quia de ea numquam vel parum agitur: semper enim homo extollitur, Deus minime laudatur: de habitu creaturae ad Creatorem parum agitur, sed tantum de habitu filii ad patrem. Praetermittitur necessitas sacrificii quo creatura creaturis dominium supremum Dei agnoscit, sed saepius agitur de sacrificio propter peccatum vel amoris causa.

3

Supremum Dei dominium et creaturae dependentia illustrentur.

4

Illustretur qua ratione homo cum Deo coniunctus sit, cum a Deo absolute dependeat; et qua ratione Deus sit finis ultimus hominis secundum ordinem naturalem et supernaturalem.

5

Commonere oportet fideles de habitu, qui gallice nuncupatur « Le sens de Dieu »: hodie enim plures, etiam christiani, hominem habent ut finem ultimum, illumque Deo substituere intendunt (anthropocentrisme).

6

Rursus affirmetur doctrina de Deo fine ultimo.

---

1) Jacen.
2) Arcen, Rhedonen.
3) Bisuntin, Thmuisan, Argentinen.
4) Colonien, Calydonien.
5) S. Claudii, Engolismen.
6) Carnuten, Meten.

7

Proclamet Concilium absolutum Dei dominium contra materialismum atheum.

8

Definiatur quomodo intelligenda sit praescientia Dei circa futura libera.

9

Clarificetur doctrina de infinita Dei misericordia; devicta iansenistica haeresi in oppositum excessum hodie sensibiliter vertitur.

10

Illustretur doctrina de Dei simplicitate contra errores modernos.

11

De Divina Providentia Concilium agat.

12

Resumatur schema Vaticanum de Ss. Trinitate.

13

Doctrina de SS. Trinitate iterum tractetur modo magis scripturistico et minus scholastico, praesertim quoad Patrem et Spiritum Sanctum.

14

Necessaria videtur clarificatio et, in quantum possibile est, simplificatio eorum dogmatum, quae ad processionem Spiritus Sancti a Patre et a Filio et ad duplicem naturam in persona Christi spectant, quia non pauci moderni historiographi affirmant divisiones schismaticas, his dogmatibus innixas, terminis non bene intellectis potius quam reali diversitate sententiarum fundatas fuisse.

---

7) Calydonien.
8) Lungren.
9) Neten.
10) Dublinen.
11) Xinguen.
12) Hydruntin, Senogallien, Nicosien, Lauden, Madyten, Nemausen.
13) Tarbien et Lapurden.
14) Bumburien.

XI. DE DEO CREANTE ET ELEVANTE

1. De creatione mundi

1

Exponatur et illustretur doctrina catholica de creatione.

2

Synodus dogma de Deo Creatore, quod a marxismo negatur, praeclare confiteatur et inculcet hanc primam omnium veritatum minime a scientiis naturalibus non solum non revinci sed magis confirmari.

3

Contra quamdam propensionem pantheisticam, quae subruit notionem traditionalem creationis ex nihilo, expresse affirmetur creatio totius mundi ex nihilo sui et subiecti.

2. De natura humana

1*

Agatur cum Concilio Viennensi de comparatione theoriae compositionis personae humanae ex corpore, anima et spiritu, scilicet agatur de hylemorphismo relate ad hominem.

2*

Quod a Tridentina Synodo actum est de humana persona (cf. praesertim Sess. VI) a futuro Concilio apte et acriter perficiatur.

---

1) Neocaesarien in Ponto, S. Claudii, Nemausen.
2) Augustan.
3) Sup. Gen. Congr. Gall. O. S. B.
1*) Pampilonen.
2*) Januen.

3

Resumatur schema Vaticanum de creatione et humana natura.

4

Iterum affirmetur origo hominis a Deo.

5

Declaretur quid credendum aut saltem sentiendum de modo, quo Deus mundum et hominem, praesertim virum et feminam creavit.

6

Ad praecavendos abortus definiatur ut dogma fidei immediata creatio animae humanae in momento conceptionis.

7

Componatur admissio alicuius evolutionismi cum creatione directa animae rationalis.

8

Agatur de possibilitate evolutionis corporis humani a creatura inferiori.

9

Quaestio fiat de temporis momento, quo Creator Adamum sanctificavit.

10

Unicitas affirmetur generis humani ab Adamo.

11

Aliquid declaretur de unitate speciei humanae, reprobando errores eorum qui ex hoc capite iura aliorum infitiantur.

---

3) Hydruntin, Senogallien, Nicosien, Lauden.
4) S. Marci et Bisinianen.
5) Veneten.
6) Posnanien.
7) Albasiten, Huelven, Santanderien.
8) Harrisburgen.
9) Veneten.
10) Rhedonen.
11) Detroiten, Petriculan.

12

Contra evolutionismum integralem declaretur peculiaris creatio cuiuslibet animae humanae in quantum est actio divina transcendens merum concursum naturalem cuilibet agenti creato collatum.

13

Animae humanae immediatam creationem, spiritualitatem et immortalitatem utile est affirmare.

14

Iterentur antiquae definitiones de vera hominis natura contra Günther et modernos asseclas v. g. Ortega y Gasset.

15

Elucidetur doctrina naturae humanae et finis ultimi hominis in lingua temporibus nostris accomodata.

16

Edatur prospectio personae humanae relate ad naturam et gratiam, ad communitatem, ad tempus ac aeternitatem.

3. De ordine supernaturali

1

Tractetur de ordine supernaturali et declaretur eius distinctio ab ordine naturali.

---

12) Sup. Gen. Congr. Gall. O. S. B.
13) Rhedonen, Rupellen.
14) Matriten, Salmantin.
15) Cenen.
16) Venetiarum.
1) Quebecen, Sherbrooken, S. Pauli in Alberta, Nicoletan.

2

Transcendentia et gratuitas ordinis supernaturalis denuo asseratur.

3

Contra errores modernos, expositio verae notionis supernaturalis iteretur, praesertim quoad dogmata de peccato originali, de Incarnatione Redemptiva, atque de gratia regenerativa.

4

Nimis extollitur nostris temporibus ordo naturalis.

5

Desideratur declaratio doctrinalis de supernaturalis gratuitate (contra De Lubac) ac de supernaturalis transcendentia (contra Theilland de Chardin).

6

Doctrina de toto ordine supernaturali expectat versionem in terminos didacticos, rudiorum menti idoneos. Ob silentium super haec et ignorantiam plerique christianorum naturalismum sapiunt et proinde vitam ducunt et terminant, quasi Christi membra non essent, nec Ipsius ineffabili Gratia coagmentati.

4. De peccato originali

1

Peccati originalis natura et universalitas illustretur.

---

2) Rhedonen, Santanderien, Orthosien in Phoenicia, Pampilonen, Civitaten, Mindonien, Eudociaten, Camerinen, Caesarien Philippi, Abbas. Gen. C. V. U. O. S. B. Sup. Gen. Ord. Carm. Discalc., Sup. Gen. Congr. Gall. O. S. B.,

3) Chicagien, S. Clodoaldi.

4) Manchesterien.

5) Lauden, Camerinen.

6) Nuscan.

1) Rhedonen, Lucionen, Bisuntin, S. Claudii, Cenomanen, Nemausen, Santanderien, Gandaven, Trocmadian, Jotan, Maiungaën, de El Petén.

2

Doctrina Tridentina eiusque fundamenta apud S. Paulum (Rom. V) de peccati originalis transmissione recolatur ac confirmetur contra insidias et audaces aggressiones tum historicas tum exegeticas quorundam auctorum, etiam catholicorum.

3

Convenienter illustretur quid sit vulneratio naturae, peccato originali effecta. Tunc melius apparebit quomodo in praesenti ordine divinae Providentiae, excluso remedio gratiae, incapax est homo perfecte suum finem attingendi et aequilibrium recuperandi.

4

Iterentur definitiones de peccato originali eiusque traductione ab uno Adam in posteros contra errores polygenismi.

5

Consequentiae illustrentur peccati originalis, quia multi earum obliviscuntur, praecipue in materia sociali et civili atque in psychologia et medicina mentali.

6

In mentem revocetur dogma peccati originalis, quod hodie practice non paucis doctrinis psychologicis et moralibus et in multis manifestationibus vitae concretae in oblivionem datur.

---

2) Perusin.
3) Bituricen.
4) Matriten, Orthosien in Phoenicia, Seguntin, Flaviobrigen, Civitaten, Albasiten, Mindonien, Dublinen.
5) Burdigalen.
6) Sup. Gen. Ord. Carm. Discalc.

XII. DE VERBO INCARNATO

1. De Christologia

1

Resumatur schema iam paratum a Concilio Vaticano I « De mysterio Verbi Incarnati ».

2

Christi humanitas profundius investigetur, etiam per viam psychologicam ac rationem, ad scholasticas contentiones dirimendas.

3

Integra recens theoria de psychologia Christi ad trutinam revocetur, attenta personalitatis constitutione ontologica.

4

Enucleetur quaestio num humanae naturae Iesu psychologica conscientia sui propria fuerit.

5

Aliquid antiqui arianismi redivivum apparet, quia haec opinio de Incarnatione serpet: « In Christo divinitas hominis, ut aiunt, sese manifestat: gradatim ac sine ruptura fit in Christo via a Deo ad hominem ».

6

Necessaria videtur clarificatio et, in quantum possibile est, simplificatio dogmatis de duplici natura in persona Christi, quia non

---

1) Senogallien, Nicosien, Hydruntin.
2) Lauden, Madyten.
3) Perusin, Lycien, Lancianen et Ortonen.
4) Calydonien.
5) Arcen.
6) Bumburien.

pauci moderni historiographi affirmant divisiones schismaticas, huic dogmati innixas, terminis non bene intellectis potius quam reali diversitate sententiarum fundatas fuisse.

7

Illustretur doctrina de Verbi Dei exinanitione.

8

Doctrina de cultu S. Cordis Iesu magis illuminetur.

2. De Primatu Christi

1

Doctrina de Christi primatu pervenit ad maturitatem tam speculative quam positive. Si authentice proponatur, non parum profutura est spiritualibus necessitatibus populi christiani. Praeterea Ecclesia Orientalis traditionem habet considerandi ut principium et finem omnium rerum Christum.

2

Iesu Christi primatum et absolutum et universalem etiam relate ad angelos innuunt Col. I et II; Eph. I et II (cfr. S. Thomas: Contra Gent. IV, 27 et in Io I, 16).

3. De Regalitate Christi

1*

Iesus Christus universalis Rex proclametur.

---

7. Dublinen.
8) Hydruntin.
1) Lancianen et Ortonen, Tingitan.
2) Regien in Aemilia.
1*) Callien et Pergulan, Mutilen, Bobien, Rossanen, Vallen in Lucania, Ilcinen, Taurinen, Soanen-Pitilianen, Uxentin, Triventin, Tarbien et Lapurden, Bisuntin, Portlanden in Oregon, Harrisburgen.

2

Adversus insolentem laicismum proclametur modo solemniori Christus Rex.

3

Explicite definiatur ut *dogma fidei* doctrina de Regalitate Universali Christi.

4

Detur qualificatio theologica si non definitio.

5

Non videtur necessaria definitio de Christi Regalitate, quia per totum cyclum paschalem, maxime autem Hebdomada Sancta et die festo Ascensionis D. N. I. C., eminenter celebratur Regalitas Christi. Praeterea iam exstat dies festus D. N. I. C. Regis.

6

Posset definiri dogma regalitatis Christi, attamen Patres Conciliares iudicent de opportunitate huiusmodi definitionis, in hoc primo Concilio cum fratribus separatis.

4. De Soteriologia

1

Illustretur doctrina de opere Christi salvifico.

2*

Schema de Christo Redemptore paratum a Concilio Vaticano I definiatur.

---

2) Tiburtin, Collen, Hydruntin, Culmen.
3) Melphien, Biturgen, Fodian, S. Luciae, Castellaneten.
4) Eugubin.
5) Hierapolitan in Syria.
6) Campanien.
1) Camerinen, Lauden, Santanderien, Orthosien in Phoenicia, Sandomirien.
2*) Amisen.

3

Concilium professioni de Deo Creatore non minus solemnem addat professionem fidei in Iesum Christum, duplici ex causa: quia homines huius saeculi nimis in rebus huius mundi versantur et minus redemptionem per Deum pro nobis crucifixum quam per sua opera et inventiones quaerere et sperare solent; secundo quia Iesus Christus, eius divina vita et sacerdotale in cruce opus imprimis vinculum fieri potest, quod omnes in illo uno Domino et Rege unire solet.

4

Actualis et realis influxus salvificus Christi capitis in corpore eius viventi, quod est Ecclesia, clarius proponatur.

5

Mysterium Soteriologiae et operis Christi salvifici determinetur sub lumine totius « historiae salutis ».

6

Exponatur doctrina de sacrificio Christi cruento.

7

Exponatur doctrina de satisfactione Christi vicaria, de qua iam parata erant schemata in Conc. Vaticano I.

8

Declarationes edantur, sicut iam paratum erat in Conc. Vaticano I, de Christi munere redemptivo, ad vitandum minimismum theologicum in hac quaestione et ad viam parandam qua profundius intelligatur mediatio secundaria Sanctorum et praesertim B. M. V. in suo munere mediationis universalis.

---

3) Augustan.
4) Caeciritan.
5) Caeciritan.
6) Taurinen.
7) Taurinen., Cadoën.
8) Catacen et Squillacen.

9

In Concilio opportuna videtur tractatio de Christo unico Mediatore; de munere B. M. V. et Sanctorum sub Christo Mediatore.

10

Explicetur quomodo oblatio Mystici Sui Corporis contineatur in Sui Ipsius oblatione a Christo in ara Crucis facta et in Sacrificio Missae repraesentata.

11

Clarius fortiusque proponatur doctrina catholica de modo quo oporteat homines contactum vitalem cum Christo Salvatore facere ut fructus Redemptionis percipiant.

12

Explicandum esset quomodo sacerdotium Christi a Christifideli laico participetur; ac ulterior et magis definitiva determinatio huius participationis necessaria videtur.

13

Nonnulli putant dogma de Incarnatione et Redemptione opponi possibilitati creaturarum rationalium in aliis planetis. Declaratio Concilii afferret lucem de harmonia doctrinae catholicae cum inventionibus scientiae modernae.

14

Illustretur quae sit Resurrectionis Christi vis efficax ad salutem generis humani.

15

Opportune voluntas Dei salvifica erga universum genus humanum et erga singulos homines asseratur atque adversus ea, quae a philosophia, quam « existentialismum » vocant, ponuntur, a doctrina christiana aliena.

---

9) Quebecen.
10) Cadoën.
11) Sidonien.
12) Cadoën.
13) Vashingtonen, Bostonien.
14) Calydonien.
15) Buscoducen.

XIII. DE MARIOLOGIA

1. De Mariologia in genere

1

Quaestiones ad Mariologiam spectantes, praecipue in quantum Christologiam et Ecclesiologiam tangunt, clarius exponantur.

2

Relationes, quae inter Mariam et Ecclesiam intercedunt, statuantur.

3

Intuitu ulteriorum Mariologiae investigationum possibilium, paretur conspectus generalis de Mariali dogmate melius expressus in sua intima connexione ac dependentia cum unius mediatoris Iesu Christi et Ecclesiae mediatione.

4

Clare definiatur quid minimum sentiendum sit, secundum fidem, de his verbis universaliter acceptis in Ecclesia: « Ad Iesum per Mariam ».

5

Illustretur quaestio de sanctitate initiali B. M. V.

6

Doctrina de B. M. V. Corde auctoritative exponatur et, si fieri potest, definiatur.

7

Illustretur cultus Sanctorum et hyperdulia erga B. M. V.

---

1) Amudarsen, Holmiae.
2) Tarbien et Lapurden.
3) Insulen.
4) S. Mauritii Agaunen.
5) Celsonen.
6) Aveiren.
7) Calydonien.

8

Si evenerit ut disseratur de Maria (expositio notionis Ecclesiae ansam praebere poterit), magnopere intererit ea evitari vocabula, quae a S. Scriptura et a theologia catholica non solide probantur.

9

In futuro quaestiones mariologicas agitantes ne utantur terminis, qui sunt apti ad praebendam haereticis causam falsae intelligentiae: tales sunt v. g. termini « Mediatrix », « Corredemptrix ».

10

Improbentur obiectiones contra sic dictam «inflationem marianam» in Ecclesia.

2. De Maternitate spirituali

1

Detur dogmatica definitio Maternitatis spiritualis B. M. V.

2

Maternitas spiritualis B. M. V. definiatur ut dogma. Faxit Deus ut sicut olim definitio personalium privilegiorum Mariae a divina

---

8) Buscoducen.
9) Chusiren.
10) Tarraconen.
1) Oveten, Albasiten, Melen, Praeneten, Tampicen, Yucatanen, Pastopolitan, Preslaven, Bisuntin, Veneten, Zombaën, Akren, Tepicen, Oruren, Sup. Gen. Mission. S. Ioseph, Sup. Gen. Mission. Sp. S.
2) Guadalajaren, Mexican, Morelien, Antequeren, Angelorum, Monterreyen, Chihuahuen, Durangen, Jasen, Tabasquen, Zamoren in Mexico, S. Ludovici Potosien, Viten, Abziritan, Tulancingen, Queretaren, Acapulcan, Zacatecen, Hermianen, Saltillen, Colimen, Tacambaren, Pandoën, Tolucen, Leonen, Huajuapamen, Cuernavacen, Amisen, Civitatis Juarezen, Tapacolen, Milevitan, Chilapen, Papantlen, Pacen in California Inferiori, Torreonen, Matamoren, Tigiuanaën, Caeciritan, S. Raimundi.

Maternitate initium sumpsit, ita nunc definitio eiusdem privilegiorum socialium ex definitione Maternitatis spiritualis procedat. Ceteroquin unio omnium christianorum efficacius vinculo filiationis Marianae obtinebitur: an non matris est filios reconciliare, unire, unitosque servare?

3

Innumera sunt documenta S. Pontificum, Episcoporum, theologorum, exegetarum circa sensum verborum: « Mulier, ecce filius tuus », « Filius, ecce mater tua », quae ostendunt Mariam esse revera Matrem nostram spiritualem; eatenus Maria est Mediatrix Universalis, quatenus Mater Nostra Spiritualis.

4

Peropportuna apparet declaratio (aut etiam definitio, cum sit veritas valde communiter credita) de Universali ac Supernaturali Maternitate B. M. V., ut futurae definitioni de universali Mediatione eiusdem Matris Sanctissimae melius via paretur.

5

Fusius illustretur doctrina de Maternitate Spirituali B. M. V.

6

Accurate consideretur doctrina de B. M. V. Maternitate erga Ecclesiam et fideles.

7

Secunda pars « Ave Maria » sic sonet: « Sancta Maria, Mater Dei et Nostra... ».

---

3) Angelorum.
4) Nuscan.
5) Syracusan, Sacramenten, Quebecen, S. Ioannis Quebecen, Edmunstonen, Tingitan, Fianarantsoaën, Celsonen, Vladislavien, Attuden, Abziritan, Caeciritan.
6) Portugallen.
7) Melen.

3. De integritate physica

1

Illustretur doctrina de integritate physica B. M. V. in partu et post partum, quia scriptores recentes bona fide putare videntur haud conceptionem sed partum naturales effectus in Matris corpore protulisse.

2

Cum hodie habeantur nonnulli theologi, qui Virginitatem B. M. V. in partu in inanem formulam reducant, in tuto poni oportet genuinum sensum huius dogmatis.

4. De Regalitate

1*

Detur definitio dogmatica de B. M. V. Regalitate.

2*

Doctrina de Regalitate B. V. M. studio accuratissimo subiiciatur et, si Patribus opportunum visum fuerit, definiatur.

3

Regalitas B. V. M. illustretur ad mentem Pii XII (« Ad Caeli Reginam »).

4

Detur officialis declaratio de B. M. V. primatu.

---

1) Lancastren.
2) Novarcen, S. Ludovici, Trentonen.
1*) Callien et Pergulan, Lucerin, Mutilen, S. Luciae, Bobien, Bovinen, Rossanen, Melphien, Uxentin, Triventin, Ilcinen, Fodian, Asculan Apul. et Ceriniolen, Aquilan, Soanen-Pitilianen, Fossanen, Culmen, Attaeatan, Harrisburgen, Antequeren, Nelloren, Tungchoven.
2*) Montisvirginis.
3) Bluefielden, Jericoën, Zipaquiren.
4) Lancianen et Ortonen.

5

B. M. V. generis humani Regina definiatur.

5. De transitu

1

Exponatur clara Ecclesiae sententia circa doctrinam a fidelibus retinendam relate ad mortem seu transitum B. M. V.

6. De Mediatione universali

1*

Doctrina Mediationis universalis B. M. V. definiatur ut dogma fidei.

---

5) Veneten.

1) Preslaven, Celsonen.

1*) Montis Regalis, Bugellen, Vallen in Lucania, Neapolitan, Reatin, Calven et Theanen, Firman, Patavin, Cassanen, Lycien, Thelesin, Aesernien et Venafren, Marsorum, Montis Casini, Mantuan, Jacien, Cortonen, Ilcinen, Balneoregien, Tricaricen, Aquinaten Soran Pontiscurvi, Potentin et Marsicen, Assisien, Fodian, Turritan, Novarien, Viglevanen, Asculan Apul. et Ceriniolen, Pergamen, Aquilan, Veronen, Mutinen, Camerinen, Auximan et Cingulan, Consentin, Eutymen, Brundusin, Soanen-Pitilianen, Comaclen, Callien et Pergulan, Regien in Aemilia, Aquen, Lucerin, Mutilen, Suessan, Montisvirginis, Urbevetan, Medelitan, Tiburtin, Forosempronien, Materanen, S. Luciae, Maceraten et Tolentin, Bobien, Asculan in Piceno, Cremen, S. Severinae, Bovinen, Collen, Gallipolitan, Rossanen, Verulan et Frusinaten, Melphien, Vercellen, Gindaren, Hydruntin, Tarvisin, Nucerin. Paganorum, Fesulan, Nicosien, Uxentin, Gravinen et Montis Pelusii, S. Marci et Bisinianen, Aliphan, Triventin, Anglonen-Tursien, Perusin, Lunen, Hieracen-Locren, Grossetan, Ampurien-Templen, Neritonen, Siten, Placentin, Parmen, Serren in Macedonia, Fidentin, Carpen, Brittinorien, Castellaneten, Preslaven, Melden, Tunquen, Tarantasien, Burdigalen, Castorien, Veneten, Nemausen, Nivernen, Engolismen, Leopoldopolitan, Onitshaën, Eldoreten, Taboraën, Rusicaden, Nairobien, Algerien, Antsiraben, Oranen Tama-

2

Definiatur dogma Mediationis B. M. V., si id opportunum visum fuerit.

---

taven, Overrien, Tipasetan in Mauretania, Lagoueten, Tamalen, Daressalaamen, Uagaduquen, Arcis Rosebery, Umuahiaen, Navrongen, Inongoën, Basankusuen, Sakanien, Linaren, Campecoren, Leonen, Neocarthaginen, Barranquillen, Zacatecen, Uthinen, Pudentianen, Zacapen, Chiquitosen, Ss. Conceptionis de Araguaya, Verissen, Sanaven, Phasian, Montisvidei, Serenen, Barrancabermejen, Gualeguaychen, Poncen, Taubaten, Leucen, Sucren, Camposin, Medellen, Araucaniaën, De El Oro, Leopoldinen, Linen, Martyropolitan, Aterraden, Paten, Uberaben, Oliveiren, Guaxupen, Septemlacunen, Divinopolitan, Verinopolitan, Colimen, Monterreyen, Papantlen, Rivi Nigri, Riopreten, Altaven, Tanitan, Girardoten, Taian, Azulen, Morelien, Portus Maldonadi, Antequeren, Tucumanen, Ss. Conceptionis, Iquitosen, Cajazeirasen, Arequipen, S. Raimundi, Civitatis Bolivaren, Macapen, S. Antonii de Balsas, Pastopolitan, Sorocaban, Campinen, Floriden, Achyraën, S. Mariae, Celerinen, Succursen et S. Aegidii, Pesqueiren, Oruren, Victorien de Conquista, Syracusan, S. Fidei in America Septentrionali, Portlanden in Oregon, Civitatis Jeffersonien, Corporis Christi, Stamfordien Ruthenorum, Novae Aureliae, Xylopolitan, Dallasen-Arcis Worthen, Seteen, Lafayetten in Indiana, Junellen, Seattlen, Bellevillen, Sinus Viridis, Halicarnassen, Indianapolitan, Riverormen, Bostonien, Sinus S. Laurentii, Victorien in Insula Vancouver, Tungchoven, Nelloren, Taipehen, Coeiteven, Loiamen, Yihsienen, Haichoven, Osaken, Saigonen, Pinangen, Sciiamchiamen, Basseinen, Cuttacken, Kentunghen, Gunturen, Pondicherien et Cuddaloren, Kothamangalamen, Bangaloren, Bombayen, Ootacamunden, Colybrassen, Surigen, Hyderabaden, Madhuraien, Christopolitan, Rosen, Armidalen, Surigen, Tovnsvillen, Laginen, Capicen, Attalen, Maitlanden, Sup. Gen. Congr. CC. RR. S. Bernardi M. I., Sup. Gen. Ord. Cist., Sup. Gen. Barnabit., Sup. Gen. Ord. Scholarum P., Sup. Gen. O. F. M. Conv., Sup. Gen. Ord. Carm., Sup. Gen. Presbyt. a SS. Stigmat., Sup. Gen. Miss. Ext. Bethlehem, Sup. Gen. Congr. « of the Atonement », Sup. Gen. Piae Soc. a S. Paulo, Sup. Gen. Mission. S. Patritii, Sup. Gen. Congr. SS. Cordium, Sup. Gen. Presbyt. SS. Sacram., Sup. Gen. Obl. B. M. V. Immac., Sup. Gen. Monfort, Sup. Gen. Ord. Carmel., Sup. Gen. Congr. S. Cordis I. Inf., Sup. Gen. Congr. CC. RR. Marianorum, Sup. Gen. Ord. Minimorum, Sup. Gen. Ord. S. Pauli I Eremitae.

2) Granaten, Caurien-Castrorum Caeciliorum, Oveten, Abulen,

3

Definiatur universalis Mediatio omnium gratiarum Beatae Mariae Virginis. Qua in definitione accurate indicetur de qua mediatione agitur, utrum ad gratias tantum omnes distribuendas an et ad ipsas merendas in cruce cum Christo Domino, et quidem proxime et immediate.

4

Doctrina de Maria Mediatrice omnium gratiarum exponatur; quae Mediatio non ponitur ex natura rei sed ex libera Dei et Christi voluntate.

5

Solemniter adprobetur doctrina, in Ecclesia iam communis, Beatam Mariam Virginem esse omnium gratiarum mediatricem atque dispensatricem.

6

Decernatur utrum oporteat quaestionem proponere de possibilitate ac opportunitate definitionis Mediationis universalis B. M. V.

7

Posset definiri dogma mediationis universalis B. M. V., attamen Concilium iudicet de opportunitate huius definitionis in primo Concilio cum fratribus separatis.

Matriten, Ebusitan, Barcinonen, Tarraconen, Dausaren, Pacen, Tamiathitan, Dystien, Urgellen, Civitaten, Limisen, Aurien, Oriolen, S. Sebastiani, Tirasonen, Lucen in Hispania, Pharaonen, Funchalen, Febianen, Aveiren, Bracharen, Beien, Praenetien, Lancastren, Meliten, Trallian, Sedunen, Circesien, Darnitan, Albaregalen, Melen, Doberitan, Camulianen, Tabboren, Eudociaten, Vagen, Tanagraeus, Czestochovien, Vladislavien, Panitan, Trocmadian, Centurien, Jotan.

3) Aphnaeten, Surigen.
4) Syracusen, Cardiffen.
5) Sidonien Neo-Eboracen.
6) Adraen, Rumbeken, Callipolitan, Mvanzaën, Ondoën, Dakaren, Quelimanen, Sup. Gen. Congr. Missionis.
7) Campanien.

8

Haud supervacaneum erit praevie considerare utrum ista nova definitio viam sternat necne ad unionem confessionum.

9

Forsan definiri potest Mediatio universalis B. M. V. secundum doctrinam Leonis XIII « Octobri mense » (22/IX-1891), et S. Pii X « Ad diem illum » (1904).

10

Optandum est quod definiatur dogma de Mediatione universali B. M. V. Tamen si hoc opportunum non videbitur, saltem eadem veritas insinuetur, uti in Conc. Tridentino actum est de Immaculata Conceptione.

11

Dogmatica definitio de B. M. V. universali Mediatione esset optimum remedium adversus pericula hodierna autosufficientiae, technicismi et exsistentialismi.

12

Proclamatio dogmatica Mediationis universalis B. M. V. bono animarum fidelium valde fructuosa videtur et Reginam coeli et terrae magis honorat.

13

B. M. V. universalis Mediatio est veritas mature perpensa, universaliter accepta et quodammodo stricte adnexa iam definitis dogmatibus de Immaculata et Assumpta; insuper est bene apta ad illustrandam naturam hominis eiusque nobilissimi finis ex redemptione et gratia accepti. Igitur utilis est definitio dogmatica huius veritatis.

---

8) Sebasten. in Armenia.
9) De Ponta Grossa, S. Dominici, Bluefielden, Jericoën.
10) Baren.
11) Catanen.
12) Elpasen.
13) Pistorien.

516

14

Optatur studium et definitio de Corredemptione B. M. V. tamquam praemissa pro eiusdem Mediatione gratiarum et Maternitate universali erga homines.

15

Doctrina de Mediatione universali B. M. V. satis complexa est et nondum matura pro definitione dogmatica.

16

Desideratur qualificatio theologica, si non definitio doctrinae de Mediatione universali B. M. V.

17

Clarior explicatio de Mediatione Universali B. M. V. expectatur.

18

Promoveantur investigationes ad definitionem dogmatis de B. V. Maria omnium gratiarum Mediatrice.

7. De Corredemptione

1

Doctrina de B. M. V. Corredemptione definiatur.

---

14) Civitatis Castelli.
15) Caiesen.
16) Eugubin, S. Ludovici.
17) Elpasen, Burlingtonen, Vashingtonen, Petropolitan in Insula Longa, Dubuquen, Petriculan, Galvestonien-Houstonien, Sacramenten, Tabuden, Celsonen, Vicen, Calaguritan et Calceaten, Salmantin, Barbastren, Almerien, Portugallen, Heliosebasten, Mitylenen, Elphinen, Dunen et Connoren, Dublinen, Jonopolitan, Driziparen, Sandomirien, Tingitan, Claudiopolitan, Antaeopolitan, Attuden, Abziritan, Zipaquiren, Caiesen, Belemen de Parà, Sicuanen, Dioclean, Papien, Tovnsvillen, Pergen.
18) Rhedonen, Hildesheien, Phytean, Cartennitan, Sup. Gen. Ord. Recoll. S. August.
1) Abziritan, Celsonen, Giennen, Vladislavien, Posnanien, Rapoten,

2

Corredemptio B. M. V. definiatur ut dogma fidei.

3

Definiatur Corredemptio B. M. V. secundum doctrinam S. Pii X (« Ad diem illum »), Benedicti XV (« Inter Sodalicia »), Pii XI (Nuntius Radiophonicus ad Lourdes - 28 aprilis 1935), Pii XII (« Ad Caeli Reginam »).

4

Decernatur utrum Beata Virgo partes habuerit in ipsa Redemptione obiectiva, ita ut cum Christo at sub Christo pro genere humano vere satisfecerit atque meruerit.

5

Optatur studium et definitio de corredemptione B. M. V. tamquam praemissa pro eiusdem Mediatione gratiarum et Maternitate universali erga homines.

6

Utilis est definitio dogmatica de B. M. V. Corredemptione, quae est veritas universaliter accepta et stricte connexa iam definitis dogmatibus de Immaculata et Assumpta; praeterea est bene apta ad illustrandam naturam hominis eiusque finis accepti ex redemptione et gratia.

Kildarien, Miden, Jonopolitan, Spalaten et Macarscen, Glasguen, Portugallen, Volaterran, Neocastren, Perusin, Montis Regalis, Mantuan, Lucknoven, Taipehen, Bangaloren, Bombayen, Dorylaën, Tingitan, Antaeopolitan, Burdigalen, Veneten, Nemausen, Hildesheien, Phytean, Cartennitan, Pergen, Tovnsvillen, Dubuquen, Petriculan, Armidalen, Laginen Surigen.

2) Guluen, Yucatanen, Sololen, Succursen et S. Aegidii, Victorien de Conquista, Novae Aureliae, Seteen, Aurien, Tabboren, Mandetrien, Medelitan.

3) Bluefielden, Chiquitosen.

4) Neo-Eboracen Caeciritan Sidonien.

5) Civitatis Castelli.

6) Pistorien, Camerinen, Brundusin.

8. De non opportunitate novarum definitionum

1

Ne adducantur novae de B. M. V. privilegiis definitiones.

2

Definitiones dogmaticae de B. M. V. Regina, Corredemptrice, omnium gratiarum Mediatrice, duabus noxis laborant:

a) obscurant titulum maxime sublimem B. M. V., scilicet Eam esse Matrem Dei;

b) formulam urgent in iis rebus quae iam accipiuntur. In praxi multi praedicatores plura de apparitionibus apud Lourdes et Fatimam loquuntur quam de apparitione Gabrielis Archangeli.

3

Locus Mariae in divina oeconomia nonne est adeo sublimis ut qualicumque exaggeratione haud egeat? Titulus « Salus mundi » et similes occasionem Anglicanis praebent accusationis « Mariolatriae » erga catholicos.

4

Lutherani Scandinaviam inhabitantes improbant Mariologiam catholicam, cuius connexionem cum Christologia et Ecclesiologia concipere non possunt.

5

Nomina « Corredemptrix », « Omnium gratiarum Mediatrix », ab acatholicis falsa interpretatione vitiantur eaeque fidei veritates, quae nominibus istis indicantur, melius perspicientur, si Maria fidelibus proponitur tamquam Ecclesiae prototypus, Ancilla Domini, Mater Dei, Divinae Potestatis adiutrix humilis, pro omnibus nobis perpetuo intercedens.

---

1) Loiden, Plymuthen, Derrien, Einsiedlen.
2) Liverpolitan.
3) Westmonasterien.
4) Hafniae, Helsinkien.
5) Ultraiecten.

6

Ne quidquam ut dogma de B. M. V. definiatur, nisi forte sit ad praecavendos errores.

7

Definitiones dogmaticas de B. M. V. Mediatione et Regalitate necessarias non esse.

8

Non opportunam esse definitionem dogmatis de B. M. V. Mediatione, si unio dissidentium prae mente habeatur.

9

Ulteriores definitiones dogmaticae in re mariologica, sine necessitate, ne edantur, secus impeditur unio christianorum.

10

Non videtur opportuna in futuro Concilio nova definitio doctrinae marialis.

---

6) Gaurianen.
7) Hierapolitan in Syria, Apuanien.
8) Sciiamenen.
9) Secovien.
10) Avenionen, Argentinen, Sup. Gen. Congregationis Austriacae O. S. B.

XIV. DE S. IOSEPH PRIVILEGIIS

1

Disceptatio instituatur de S. Ioseph privilegiis.

2

De singulari S. Ioseph sanctitate Concilium disceptet, utpote qui iam inde a sinu matris omni labe actuali deliberata vel semideliberata immunis exstiterit.

3

Qualis fuit participatio S. Ioseph in Redemptionis mysterio?

4

Definiatur locus qui in oeconomia Redemptionis S. Ioseph competit, Eiusque nomen in « Confiteor » et in Canone Missae inseratur.

5

Definiatur S. Ioseph omnium Sanctorum Princeps.

6

S. Ioseph, ubique terrarum, saltem semel in anno, ut Patronus Universalis Ecclesiae externa solemnitate honoretur.

7

Enixius commendetur specialissimus cultus erga S. Ioseph, Ecclesiae Universalis, Familiarum atque Opificum patronum praecipuum.

---

1) Granaten, Caesenaten, Sehnaen Chaldaeorum, Surigen.
2) Potentin et Marsicen.
3) Gualeguaychen.
4) Sup. Gen. Mission. S. Ioseph.
5) S. Raimundi.
6) Orisen.
7) Nuscan.

8

Cultus hyperduliae S. Ioseph tribuere oportet.

9

Cultus protoduliae S. Ioseph definiatur.

10

S. Ioseph summae duliae cultu dignus esse videtur.

11

Nomen S. Ioseph praeponatur in liturgia nominibus Angelorum et omnium Sanctorum.

12

Nomen S. Ioseph in litaniis Sanctorum, in Confiteor etc. post nomen B. M. V. ponatur.

13

Nomen S. Ioseph includatur in Confiteor.

14

Nomen S. Ioseph in Canone Missae inseratur.

15

In litaniis haec nova invocatio inseratur: « S. Ioseph, mirande captivorum liberator, ora pro nobis ».

---

8) S. Raimundi.
9) Sup. Gen. Soc. Taurinen S. Ioseph, de Ponta Grossa.
10) Caiacen.
11) De Ponta Grossa.
12) Limisen, Glasguen.
13) De Ponta Grossa Capitis Haitiani.
14) Luxemburgen, Mandetrien, de Ponta Grossa, Rivadaviae, Capitis Haitiani.
15) Orisen.

XV. DE GRATIA

1. De Gratia in genere

1

Resumantur schemata iam parata a Concilio Vaticano I: de elevatione et lapsu hominis; de gratia Redemptoris.

2

Canones « De Gratia », a Concilio Vaticano I parati, promulgentur.

3

Contra grassantem naturalismum, schema Concilii Vaticani I de elevatione hominis ad statum supernaturalem declaretur.

4

Concilium declaret doctrinam de existentia vitae supernaturalis, uti finis praesentis humani generis singulorumque hominum (resumendo schemata iam proposita in Concilio Vaticano I).

5

Illustretur doctrina de gratia Christi, uti unicum fundamentum spei hominis necnon unionis omnium fidelium.

6

Accuratius catholica doctrina de hominis elevatione ad ordinem supernaturalem, velut anima totius vitae christianae, exponatur, praesertim contra errores materialismi nunc temporis grassantes.

---

1) Nicosien, Hydruntin, Senogallien.
2) Jacen, Czestochovien.
3) Oveten, Matriten, Ebusitan, Pampilonen, Mindonien, Santanderien, Sinianden, Buscoducen.
4) Iconien, Camerinen.
5) Arcis Guglielmi.
6) Bosanen, Novarien, Sup. Gen. O. E. S. A.

7

Affirmato valore ordinis naturalis, explicetur quomodo supernaturale totam rem humanam penetrans veram naturam non alienat, sed e contrario, quia eam purificat et ipsi superiores vires addit, in linea sua naturali redintegrat et vere liberat.

8

Opportunum est definire relationes inter naturam et gratiam *a*) quia graves errores respectu doctrinae et deflendae deviationes respectu actionis, ultimis annis, se protulerunt; *b*) in dies crescit naturalismus, usque inter clericos; c) laicismus in mentibus et in factis opus suum adimplevit; *d*) societas vertiginoso modo transformatur; *e*) necessarium est Ecclesiam visceribus mundi moderni quasi inseri.

9

Cum errores nostri temporis sint naturalismus et terrenismus, quibus vocatio supernaturalis negatur, tractandum de Gratia, prout est donum increatum (inhabitatio Trinitatis), donum creatum entitativum (divinizatio), dynamicum (capacitas cooperandi).

10

Definiatur natura filiationis divinae, quae gratia sanctificanti obtinetur.

11

Solemniter proponatur doctrina de inhabitatione Spiritus Sancti in anima iustorum.

12

Primatus gratiae, quae dicitur increatae, clarius illustretur, ac inde derivata realitas gratiae creatae sub luce Dei inhabitantis proponatur, mysterium inde necessariae « agoniae » hisce in terris, ut

---

7) Cameracen.
8) Agennen, Lycaonen, Cameracen.
9) Lunen.
10) Risinitan.
11) Iconien.
12) Caeciritan.

divinae vitae participatio in plenitudinem effloreat vitae aeternae; identitas naturae, differentibus tantum statibus, huius personalis increati Doni cum definitiva eius in patria possessione clarius explicetur.

13

Diligenter perpendendo vocabula, praecavendum erit, ne gratia tamquam « res » habeatur, verum tamquam communio vitae cum Christo et in Ipso cum Patre, Filio et Spiritu Sancto.

14

Compleatur constitutio « de fide catholica », in Concilio Vaticano I habita, enucleando doctrinam de *gratia habituali* et de *vita theologali.*

15

Illustretur quomodo in anima gratia infunditur.

16

Agatur de gratia actuali.

17

Agatur de reviviscentia gratiae.

18

Declaretur doctrina catholica de necessitate gratiae habitualis et actualis.

2. De fide et iustificatione

1

Cum nonnulli theologi protestantes animum advertant ad doctrinam Ecclesiae de iustificatione et fide, cui doctrinae communiter

---

13) Buscoducen.
14) Cameracen.
15) Oruren.
16) Zipaquiren.
17) Zipaquiren.
18) Aquilan.
1) Fargen.

favent, opportunum est doctrinam Conciliorum de iustificatione et fide iterum publice tractari in futuro Concilio.

2

Genuinus conceptus fidei salutaris denuo proclametur, cum multi eam habeant ut quamdam generalem dispositionem ad res religiosas vel ut quemdam religiosum affectum respectu obiecti fidei indifferentem vel ut quodpiam experimentum misso omni credibilitatis iudicio.

3

Reaffirmetur quod tam fides quam opera bona necessaria sunt ad salutem, nam protestantismus hodiernus statum suum pristinum omnino mutavit et nunc in praxi tenet quod opera bona sine fide sufficiunt.

4

Illustrentur cooperatio hominis cum gratia et meritum bonorum operum.

5

In materia iustificationis, si possibile erit, dissidia componantur inter varias scholas catholicas circa gratiae efficaciam.

6

Videatur utrum apostolatus hodiernus pelagianismo aut saltem semipelagianismo sapiat.

7

Reaffirmetur necessitas poenitentiae et mortificationis in oeconomia humana; nunc temporis saepe concluditur quod negotium nummarium ad caritatem et remissionem peccatorum aequivalet.

---

2) Friburgen.
3) Manchesterien.
4) Paderbornen.
5) Gaudisien.
6) Manchesterien.
7) Manchesterien.

3. De inhabitatione Spiritus Sancti

1

Evolvatur doctrina de Spiritu Sancto, praesertim quoad eius dona et praxim in vita quotidiana.

2

Doctrina de inhabitatione S. Spiritus in animabus fidelium et de plenitudine gratiarum et donorum ab illo profundente non satis intelligitur nec Spiritus Sanctus colitur ut decet.

4. De virtutibus theologalibus

1*

In luce ponatur momentum theologalium virtutum *fidei, spei et caritatis in christiana vita*, speciatim iis, qui in A. C. militant.

2*

Declaretur valor primarius virtutum theologalium, quae sunt intrinsece supernaturales, et praesertim caritatis notio authentica.

3*

Exponatur doctrina de spe praesertim in bona supernaturalia.

---

1) Oruren, Czestochovien, Westmonasterien et Exc.mi Ordinarii Angliae.
2) Mediobürgen.

1*) Cameracen, Czestochovien.
2*) Rupellen, Luxemburgen, Sup. Gen. Congr. Gall. O. S. B.
3*) Luxemburgen.

XVI. DE SACRAMENTIS

1. De Sacramentis in genere

1

Doctrina de Sacramentis illustretur ex principiis christologiae et ecclesiologiae.

2

Definitio vel declaratio efferatur de potestate Ecclesiae quoad materiam, formam et ministrum Sacramentorum.

3

Clarius proponatur doctrina de Sacramentis in genere.

4

Dirimatur quaestio de materia et forma Sacramentorum.

5

Determinentur principia circa materiam et formam potestatemque ministri in administratione Sacramentorum, praesertim quod attinet ad Sacrificium Missae et Sacramentum Poenitentiae.

6

Pressius declaretur doctrina de immediata institutione ex parte Christi sacramentorum Confirmationis et Ordinis.

---

1) Paderbornen.
2) Bugellen.
3) Caeciritan.
4) Ilcinen.
5) Livien.
6) Derthonen.

7

Decidantur saltem praecipuae dogmaticae quaestiones de sensu doctrinae iam praeteritis Conciliis expositae de causalitate Sacramentorum, eorumque reviviscentia, de sacrificio Missae, de gratia, etc.

8

Qualis est valor formularum Sacramentorum a Schismaticis adhibitarum?

9

Utile erit accuratius inquirere, quomodo inter sese habeant Sacramenta et ministerium verbi.

10

Magis illustrandus videtur aspectus socialis effectuum Sacramentorum.

11

Quoad Sacramenta interpretanda sit intentio faciendi quod facit Ecclesia.

12

Contra conceptum non bene intellectum operis operati, Concilium affirmet Sacramenta requirere ab adultis dispositionem.

13

Subiectis, Sacramenta suscipientibus, fides commendetur: saepe enim ob eius defectum haberi possunt Sacramentorum profanatio et religionis contemptus.

14

Natura et munus fidei illustrentur relate ad Sacramenta.

---

7) Aphnaeten, Zipaquiren, Celsonen, Gaudisien.
8) de El Petén.
9) Buscoducen.
10) Neritonen.
11) Aquisgranen.
12) Monasterien, Paderbornen.
13) Monoecen.
14) Tremithusius, Sagien.

2. De sacro Charactere

1

Illustretur natura Characteris producti in laicis Baptismate; in diacono et presbytero sacra ordinatione; in episcopo consecratione.

3. De Baptismo

1

Profundius illustretur natura et effectus Characteris Baptismi.

2

Denuo explicetur doctrina de materia et forma Baptismi; sectae aliquae acatholicae materia plus poëtica quam theologica utuntur.

3

Opportuna ducitur declaratio de necessitate Baptismi pro infantibus.

Nonnulli proposuerunt sententias quae spem extendunt salutis pro omnibus infantibus sine Baptismo morientibus vel saltem qui in utero moriuntur. Difficultas in ordine practico est dilatatio Baptismi.

4

Illustretur pro pueris, usum rationis non habentibus, post promulgatum Evangelium, non dari salutis medium nisi Baptismum in re receptum.

---

1) Aurelianen.
1*) Carthaginen, Caeciritan.
2) Manchesterien.
3) Caesaraugustan, Celsonen, Segobricen, Pampilonen, Aveiren, Semten, Vladislavien, Thuggen, Posnanien, Trentonen.
4) Lucionen.

5

Si infans sacramento Baptismatis privatus e vita decedat, haud raro fertur inter catholicos eum mediante parentum piorum fide salvari posse. Quae cum in dies magis audiantur, maximum latet periculum ne iidem parentes liberos ad mysterium initiationis christianae nonnisi longe post afferant; quo stante periculo videtur hisce diebus summa dari occasio denuo affirmandi Baptisma necessarium esse ad salutem necessitate medii.

6

Denuo explicentur normae de administratione Baptismi ab acatholicis: sive circa materiam et formam Sacramenti, sive quoad ministri intentionem et recipientis dispositiones; explicetur insuper quid valeat intentio Ecclesiae aut matris infantis sine Baptismo defuncti.

7

Doctrina communis de sorte infantium decedentium sine Baptismo fortassis denuo pensanda esset ad lucem Redemptionis et Voluntatis Salvificae Dei.

8

Pressius definiatur doctrina de sorte infidelium ad quos nondum pervenit Evangelium Christi.

4. De Confirmatione

1

Illustretur doctrina theologica de sacramento Confirmationis.

2

Auctoritative determinetur materia essentialis S. Confirmationis.

---

5) Northantonien, Sedunen.
6) Campivallen, Cyrenen.
7) Albasiten, Lycien, Taurinen, Talcen, Sup. Gen. O. E. S. A.
8) Caesaraugustan, Chariopolitan.
1) Arcis Lamy.
2) Senogallien, Salernitan, Forosempronien, Lycien, Mantuan, Con-

3

Oleum olivae sit materia valida S. Confirmationis firma lege consecrationis in Feria V Maioris Hebdomadae. In casu gravis necessitatis liceat uti oleo non consecrato vel dubie consecrato ab Episcopo infirmo.

4

Determinetur num in Ecclesia Latina impositio dexterae manus cum physico contactu et unctione S. Chrismatis simul, materiam validam Sacramenti constituat.

5

Determinetur materia essentialis Sacramenti Confirmationis, nam magna cum difficultate haberi potest oleum olivarum.

6

Effectus Confirmationis clarius definiantur.

7

Profundius illustretur natura et effectus Characteris in Confirmatione.

8

Agatur de sacramento Confirmationis eiusque relatione cum Baptismate.

9

Accuratius declaretur relatio inter Characterem sacramenti Confirmationis et apostolatum laicorum.

10

Significatio dogmatica sacramenti Confirmationis pro vita christiana et praesertim pro apostolatu plenius proponatur.

---

sentin, Callien et Pergulan, Risinitan.
3) Rhoinen.
4) S. Bonifacii.
5) Jabalpuren.
6) Tuneten.
7) Carthaginen, Caeciritan.
8) Cliftonien.
9) Philadelphien Lat.
10) Sidonien.

5. De SS. Eucharistia

A) *De S. Communione*

1

Magis inculcare oportet doctrinam Praesentiae Realis.

2

Declaretur dogmatica doctrina de natura fructuum S. Communionis in anima et corpore.

3

Cum fructus S. Communionis sit nutrimentum spirituale ipsius sumentis, decernatur utrum hic fructus adeo sit personalis ut aliis transferri nequeat, seu Communio pro aliis recipi nequeat, quamvis communicans tunc pro aliis melius optimeque orare possit.

4

Ut excellentia singularis SS. Eucharistiae clarius manifestetur, declaretur ordo Baptismi ad hoc augustum Sacramentum quippe quod medium principale gratiae est, Baptismus vero ad illud ianua.

B) *De S. Missae Sacrificio*

1*

Definitio detur de natura et essentia Sacrificii Missae.

---

1) Peloten.
2) Balecien.
3) Sidonien.
4) Sidonien.

1*) Bugellen, Ilcinen, Gindaren, Georgiopolitan, Zipaquiren, Seattlen, Quebecen, Sedunen.

2

Expositio doctrinae de natura et essentia Sacrificii Missae necessaria est ut doctores et pastores docere possint non amplius quamdam opinionem theologicam, sed genuinam Ecclesiae doctrinam.

3

Meminisse iuvabit quod S. Synodus Tridentina statuit in Sess. XII, cap. I et ss. (DB. 874, 879, 883, 889).

4

Compleatur doctrina tridentina circa naturam Sacrificii Missae, quae essentialiter consistit in duplici consecratione et non in communione, ex eo quod duplex consecratio sacramentaliter renovat immolationem Crucis.

5

Tempus est de fide declarare hanc sententiam quae tenet essentiam Sacrificii Missae consistere in sacramentali immolatione a Christo Sacerdote principali oblata. Videtur haec ignorantia esse causa omissionis culpabilis Sacrificii Missae in die dominica, a parte multorum.

6

Clare definiatur relatio inter Missam et Coenam, necnon inter utramque et Sacrificium crucis, ut quod in doctrina a Synodo Tridentina tradita obscurum sit, pro omnibus clarificetur.

7

Expresse decernatur de Missae Sacrificio, in iis praesertim, quae ad ultimam Coenam attinent atque ad Christi in Cruce divinum sacrificium, quid catholici credere debeant quidque eorum inquisitioni permittatur.

---

2) Veneten.
3) Salutiarum.
4) Taurinen.
5) Dibonen.
6) Sidonien.
7) Patavin.

8

Agatur de unicitate actus oblationis Christi in Cruce et in Missa.

9

Pressius declaretur quod Missa verum Sacrificium est non pura nova oblatio Victimae divinae.

10

In documentis pontificiis recenter editis memoratur Christum in Missa esse principalem offerentem, sacerdotem visibilem partes instrumentales tantum agere; hanc ad doctrinam catholicam et non tantum ad opinionem theologorum pertinere declarare debet Concilium.

11

Solemniter definiatur Christum, Summum Sacerdotem, tamquam principalem offerentem unamquamque Missam actualiter offerre.

12

Pressius declaretur quod Missa verum Sacrificium est et non exclusive coena ut volunt « multi liturgistae ».

13

Utile erit in memoriam revocare Ecclesiam profiteri Missam rationem sacrificii habere.

14

Denuo inculcare oportet S. Missam tum sacrificium tum convivium esse.

---

8) Dunen et Connoren.
9) Katangaën.
10) Overrien.
11) Sidonien.
12) Ordinarii ex Congo et ex Ruanda Urundi.
13) Dodgepolitan.
14) Harlemen.

15

Contra errores P. Congar (cfr. « Essai d'une théologie pour le laïcat ») clarificetur valor Sacrificii Missae et extensio fructuum ad infideles.

16

Iterentur definitiones de transubstantiatione contra errores Theologiae Novae.

17

Videtur optandum esse ut dogmata transubstantiationis et realis praesentiae denuo explanentur, diligenter investigando, quid in rem conferre possint inventa et placita hodierna.

18

Non desunt hodie inter catholicos qui ita sacrificalem S. Eucharistiae aspectum exaltant ut videantur nimis deprimere aspectum Praesentiae Realis; opportunum forte esset reaffirmare Ecclesiae doctrinam de adoratione debita Ss. Sacramento.

19

Recens symbolismus eucharisticus reiciatur, utpote qui in discrimen ponit realem Christi praesentiam in Ss. Eucharistia.

20

Declaretur qua ratione formali sacrificium stricte dictum in Consecrationis verbis verificetur.

21

Definiatur invalida consecratio unius materiae Sacrificii, absque intentione eam coniunctim cum altera consecrandi.

---

15) Dakaren.
16) Matriten, Mindonien, Huelven, Santanderien, Salmantin, Groningen, Gandaven.
17) Buscoducen.
18) Loiden.
19) Perusin.
20) Sidonien.
21) Katangaën.

22

Sententia feratur de validitate vel non Sacrificii Missae, quando detegitur unam tantum materiam validam esse et defectui remedium praeberi non posse.

23

Cur Missa dicitur Sacrificium Corporis Mystici? Quale est momentum sociale Missae?

24

Optandum est ut omne prorsus dubium tollatur circa differentiam inter meritum sacerdotum assistentium S. Missae atque fructum celebrationis Missae.

25

Agatur de Epiclesi eucharistica eiusque significatione praesertim in ritibus orientalibus.

26

Decernatur utrum an non liceat sacrosanctum hoc Sacrificium applicare pro haeretico aliove extra Ecclesiam.

27

Concilium agat de natura participationis fidelium Eucharistico Sacrificio.

28

Concilium denuo explicet actum offerendi, a sacerdote S. Eucharistiam celebrante peractum in consecratione, essentialiter esse diversum ab actu oblationis, quo circumstantes (una cum sacerdote celebrante) in cetera parte canonis offerunt.

---

22) Montis Regalis in Pedemonte.
23) Fanen.
24) Katangaën.
25) Theban, Smyrnen.
26) Sidonien.
27) Baren, Bostonien.
28) Chusiren.

29

Damnanda est doctrina de sic dicta concelebratione fidelium cum sacerdote in Missae Sacrificio.

30

Agatur de fidelium munere et participatione in oblatione Sacrificii.

6. De Poenitentia

1

Quaestionem de materia proxima sacramenti Poenitentiae dirimi quaeritur.

2

Definiantur solemniter natura et effectus contritionis perfectae.

7. De Indulgentiis

1*

Tractatus de Indulgentiis aptetur mentalitati hodiernae.

2*

Melius definiatur quid sit Indulgentia.

3

Elucidetur doctrina et praxis reformetur Indulgentiarum.

---

29) Hanciomen.
30) Carthaginen.
1) Taurinen.
2) Adamantin, Sanaven, Zipaquiren.
1*) Carthaginen.
2*) S. Mauritii Agaunen.
3) Busiritan, Chusiren, Passavien.

8. De Extrema Unctione

1

Doctrina de effectibus sacramenti Extremae Unctionis clarius pleniusque exponatur.

2

Explicetur modus operandi sacramenti Extremae Unctionis per quod robur animae et sanitas corporis confertur sacramentaliter secundum voluntatem Christi.

3

Determinetur materia essentialis sacramenti Extremae Unctionis. Magna enim cum difficultate haberi potest oleum olivarum.

4

Declaretur an valeat Diaconus Extremae Unctionis sacramentum administrare, cum nempe perplures id affirmare audeant contra ecclesiasticam traditionem.

9. De Ordine

A) *De sacerdotio in genere*

1*

Hodiernis temporibus congruum videtur totam de sacerdotio doctrinam, « modo synthetico », proponere, quatenus, sicut ex Traditione et ex ipsis ordinationis ritibus patet, est « ordo » in Ecclesia, sive sacerdotium « organicum », triplicem Christi missionem docendi, sanctificandi et regendi exercens.

---

1) Sidonien.
2) Dodgepolitan.
3) Jabalpuren.
4) Marilien.

1*) Chamberien, Pictavien, Lemovicen, S. Flori, Victorien Spiritus Sancti, Sup. Gen. O. E. S. A.

2

Notio sacerdotii in N. T. profundius elaboretur tum in dogmatica tum in theologia ascetica.

3

Natura sacerdotii delineetur per relationem tum ad statum religiosum tum ad officium Episcopi ut pastoris.

4

Agatur de sacerdotio, an et quo sensu et ambitu vi ipsius Sacramenti, presbyteri non tantum potestatem ordinis habeant, sed etiam aliarum potestatum ecclesiasticarum praesertim magisterii vere participes sint.

5

Illustretur natura sacerdotii sive sensu mystico sive sensu ministeriali activo.

6

Deficit tractatus « De sacerdotio » cuius necessitas urget. Proponitur synthesis generalis secundum S. Thomam III q. 63 a. 3, quae utiliter consuli potest.

7

Determinetur natura et effectus Sacrorum Ordinum. Ostendi posset Iesum Christum instituisse Sacros Ordines (episcopatum, presbyteratum et diaconatum) ut media ad praestandam unitatem realem et perpetuam in sua Ecclesia. Amplius determinandum esset hos Ordines a Christo institutos esse ut sacramentum veri regiminis fidelium eo fine ut bonum commune et defensio Ecclesiae eiusque membrorum custodiatur.

---

2) Tarbien et Lapurden, Banguen, Sup. Gen. Congr. S. Crucis, Sup. Gen. Congr. S. Cordis I. Inf.
3) Seattlen.
4) Matriten, Orthosien in Phoenicia, Segobricen, Polyboten, Tornacen.
5) Comaclen, Celsonen, Legionen, Abbas. Gen. C. V. U. O. S. B.
6) Lemovicen.
7) Dodgepolitan.

8

Proprii limites « sacerdotii ministerialis » statuantur ut effulgeat sacerdotii character sacer. Quidam fideles, inter quos et ipsi quidam sacerdotes, non bene intelligunt sacerdotii munus in Ecclesia. Alii non mente capiunt sacerdotium, quod a presbytero fungitur, nonnisi participationem esse sacerdotii Episcopi; alii tandem Episcopi auctoritatem, tam sub aspectu doctrinali quam iuridico, valde infirmant.

9

Definiatur quomodo sacerdotium presbyterorum sacerdotii Episcoporum participatio sit.

10

Doctrina de materia et forma S. Ordinis iuxta Constitutionem Apostolicam Pii XII convalidetur.

11

Pertractetur quaestio de requisitis ad validitatem ordinationis.

B) *De ordine Episcopatus*

1

Definiatur consecratio episcopalis esse sacramentum Ordinis cum plenitudine datum:

a) practice multum confert doctrina huius sacramentalitatis fidei clericorum et fidelium erga Episcopatum.

b) haec doctrina admittitur a constanti traditione Ecclesiarum orientalium.

c) ambiguitas, quae saeculis durantibus hanc controversiam gravavit, nunc dissipata est.

---

8) Pictavien.
9) Theudalen.
10) Perusin.
11) Theban, Silva Portuen.
1) Cameracen, Arcen, Nanneten, Gratianopolitan, Carthaginen.

2

Opportuna videtur investigatio et definitio sacramentalis valoris episcopalis consecrationis. Huiusmodi definitio explicaret functionem specificam Episcopatus in Ecclesia.

3

Definiatur Episcopatum esse verum Sacramentum distinctum a presbyteratu ut totum a parte.

4

Definiatur Episcopatum, sicut presbyteratum ac diaconatum, esse verum Sacramentum, et differentiae determinentur quae inter hos Ordines extant.

5

Declaratio desideratur circa Ordinem Episcopalem praesertim contra illos, a Traditione devios, qui asserunt simplicem presbyterum sacros Ordines conferre posse.

6

Refellatur opinio eorum qui putant potestatem ordinandi exstare in presbyteris sed ligatam.

7

Invalidae declarentur consecrationes Episcoporum quae fiunt ad schisma fovendum.

Satis est ut summa Ecclesiae auctoritate, in materia atque forma, quibus confertur sacerdotii plenitudo seu Episcopalis consecratio, introducatur, tamquam ad essentiam consecrationis pertinens, aliquod elementum ex explicita et expressa Summi Pontificis voluntate pendens; exempli gratia: introductio in praedicta materia atque forma sacramentali exhibitionis et lectionis per Episcopum consecratorem Mandati Apostolici, ab Ipso Summo Pontifice subscripti.

---

2) Mediolanen, Iconien.
3) Signin, Nucerin Paganorum.
4) Arcen, Vapicen, Irenopolitan in Cilicia, Aquisgranen, Cartennitan.
5) Marilien.
6) Burdigalen.
7) Othieren.

8

Condicio Episcopi intra Ecclesiam theologicis argumentis confirmanda erit.

C) *De relationibus inter Episcopatum et Presbyteratum*

1

Elucidentur relationes inter ordinem Episcoporum et ordinem sacerdotum.

2

Concilium agat de natura Episcopatus considerata cum Presbyteratu.

3

Illustretur quomodo inter se cohaereant et differant Ordines Diaconatus, Presbyteratus, Episcopatus.

4

Episcopatus sacramentalitas definiatur atque sub hoc lumine Presbyteratus doctrina et relationes inter Episcopos et sacerdotes saeculares et religiosos clarius exprimantur.

5

Condicio sacerdotum secundi ordinis quoad Episcopum in apostolatu agendo et in actione sociali statuatur.

6

Agatur de auctoritate parochorum aliorumque sacerdotum ut stricte delegatorum ideoque supremae et infallibili S. Pastoris auctoritati in pastorali praedicationis officio partem capientium.

---

8) Sinopen.
1) Veneten, Tuneten, Mvanzaën.
2) Theudalen, S. Deodati, Veneten, Gratianopolitan.
3) Colonien.
4) Renen, S. Ioannis Quebecen.
5) Cremonen.
6) Zamen Maior.

7

« Positio » simplicis sacerdotis in Ecclesia illustretur et « valorizetur ».

10. De Matrimonio

A) *De Matrimonio in genere*

1

Confirmetur doctrina catholica de natura et finibus Matrimonii, de generatione et educatione prolis, de coniugum iuribus et officiis.

2

Ex integro noviter proponatur Matrimonii doctrina.

3

Parum ab Ecclesiae magisterio Matrimonii sacramentum excussum est doctrinaliter.

4

Desideratur solemnis confirmatio Encyclicae « Casti Connubii ».

---

7) Durbanien, Antiochen Melch., Hemesen Melch., Bostren et Auranen, Petren et Philadelphien, Laodicen Melch., Pelusitan Melch. Tarsen Melch., de Nubia, Tyren Melch., Sidonien Melch., Heliopolitan Melch., Aleppen Melch., Beryten et Gibailen Melch., Mariamnen, Paneaden, Ptolemaiden, Archim. Ordinis Basiliani Aleppen Melch., Archim. Ord. Basiliani Ss. Salvatoris Melch., Archim. Ordinis Basiliani S. Ioannis Bapt. Melch., Sup. Gen. Societatis Missionariorum a S. Paulo, Abbas Gen. C. V. U. O. S. B.

1) Lycien, Jacien, S. Agathae Gothorum, Civitatis Castellanae Hortan et Gallesin, Cortonen, Aquilan, Veronen, Teramen et Atrien, Consentin, Lucerin, Eutymen, S. Miniati, Papien, Soanen-Pitilianen, Salutiarum, Polycastren, Bovinen, Rossanen, Calydonien, Culiacanen.

2) Caeciritan.

3) Carthaginen.

4) Judiciforen.

5

Repetantur decreta S. Officii de Matrimonio et de usu inter coniuges Matrimonii, nempe de finibus ac conceptu Matrimonii.

6

Tractetur doctrina de essentia Matrimonii, de eius unitate, indissolubilitate necnon de sic dicta aequalitate iurium viri et feminae.

7

Matrimonium dicatur institutio non amplius contractus.

8

Non videtur adhuc satis clara, uti pervestigationes historicae demonstrant, quae in Matrimonio ut natura sive naturalia consideranda sint. Sane non ita esse deberet quod acatholici matrimonia saniora ducant vel ducere possint quam catholicae Ecclesiae fideles.

9

Declaretur auctoritative potestas Ecclesiae solvendi matrimonia consummata inter partem baptizatam et non baptizatam iuxta praxim.

B) *De fine Matrimonii*

1

Denuo sublineetur finis primarius Matrimonii.

---

5) Lucionen.
6) Fulden, Augustan.
7) Tuden.
8) Basileen et Luganen.
9) Poncen.

1) Ostracinen, Augustan, Legionen, Celsonen, Zamoren, Chitrien, Compostellan, Mindonien, Giennen, Heliosebasten, Conimbricen, Sup. Gen. O. F. M. Cap.

2

Confirmetur circa finem primarium Matrimonii decretum S. C. S. Officii 1 aprilis 1944.

3

Finis primarius Matrimonii vindicetur adversus recentiores errores.

4

Deliberetur in Concilio an Matrimonii fines talibus verbis exprimi possint quae magis rationem habeant eorum quae psychologia nostro tempore docet quaeque melius congruant cum mente fidelium hodierna.

5

Desideratur declaratio circa fines Matrimonii. Scripta enim recentiora fines secundarios Matrimonii exaggerant. Haec emphasis effectum tristem habere potest quoad coelibatum et virginitatem. Potest ansam dare usui, sine discrimine et iustificatione, methodi limitandi prolem per continentiam periodicam.

6

Reprobetur sententia eorum qui admittunt concupiscentiae sedationem inter fines primarios Matrimonii vel defendunt absolutam liceitatem methodi « Ogino-Knaus ».

7

Solvatur quaestio moralis de gravitate vel levitate malitiae quam continet perpetua continentia periodica.

8

Clarificetur an sit peccatum mortale continentiae periodicae usum protrahere sine iusta causa et quaenam rationes sufficiant ad praxim iustificandam.

---

2) Poncen.
3) Ilcinen, Papien.
4) Ultraiecten.
5) Trentonen.
6) Tirasonen.
7) S. Sebastiani, Maitlanden.
8) Risinitan, Poncen.

9

Necessario examinandum est problema de usu Matrimonii non quidem in seipso sed quatenus intime coniunctum est cum alio problemate de iusta laboris remuneratione.

10

Denuo declarare oportet principia moralia circa limitationem artificialem prolis, quae propugnatur ut unica solutio practica in angustiis nationum quae numerosa populatione gravantur.

11

Matrimonii pronuntietur indissolubilitas, disquiratur de ratione quae intercedit inter mutuum coniugum amorem et procreationis mandatum.

12

Inculcentur ius et officium parentum circa prolem procreandam et educandam.

13

Problema de licita filiorum limitatione denuo illustretur.

14

Sententia feratur de praxi limitationis filiationis.

15

Illustretur responsabilitas eorum qui in difficillimis conditionibus oeconomicis matrimonium contrahunt eoque utuntur etiam in precariis salutis conditionibus.

---

9) Dardan, Laganitan.

10) Madisonen, Hieropolitan, Kansanopolitan - S. Iosephi, Daldian, Indianapolitan, Lafayetten in Indiana, Manchesterien, S. Bonifacii.

11) Imolen.

12) Treviren, Dagnen, Fargen.

13) Garanhunen, Veraecrucis, Caëtiten, Risinitan, Judiciforen.

14) Neapolitan, Dianen, Catacen et Squillacen, Mazarien.

15) Risinitan.

16

Quando certe existunt indicationes validae ex ordine oeconomico vel medico vel sociali:

a) nonne legitimus est recursus ad methodum Ogino-Knaus?

b) saltem silentium tenere licet coram coniugibus utentibus vulgo sic dictis « pillole sterilizzanti temporaneamente » (pillole esteroidi)?

c) quando iam per experimentatam vanam admonitionem non profuturam esse novam constat, retineri possit inquietandum non esse confessarium qui tacet?

17

Agatur de liceitate methodi « Ogino-Knaus ».

18

In trutinam revocetur doctrina de amplexu reservato.

19

Nonne morali novo iudicio praxis anticonceptionalis pensanda videtur, dum nova inveniuntur media in singulos dies minus repugnantia itemque tutiora? Mentem intendere oportet utrum Matrimonii finis attingatur necne; Numinis enim Superni ductu humana ipsa natura fines coniugii adimpletos censet, muliere quintum supra quadragesimum annum agente vel praegnante, etsi in utroque casu generatio impossibilis sit.

20

Impedire generationem modo inhonesto omnibus iure naturali prohibetur.

---

16) Derthonen.

17) Celsonen, Seguntin, Tuden, Albasiten, S. Sebastiani, Febianen, Brugen, Eugubin.

18) Giennen.

19) Truxillen.

20) Madisonen, Saginaven, Lafayetten in Indiana, Arcis Gulielmi.

21

Ecclesia solemniter pronuntietur circa praxim foecundationis artificialis in homine.

22

Artificialis foecundatio damnetur.

23

Damnetur incubatio humana seu resectio uteri foecundati in una muliere et in alteram translatio et insertio.

24

Agatur de operatione caesarea.

25

Definiatur an licitum sit mutare sexum per operationem chirurgicam.

26

Sententia edatur circa partum indolorem.

27

Agatur de magno problemate mundiali incrementi incolarum.

C) *De Matrimonii proprietatibus*

1

Tractetur de proprietatibus Matrimonii et de malo divortii.

---

21) Beograden, Pinnen-Piscarien, Lycien, Ilcinen, Neapolitan, Patavin, Dianen, Bosanen, Teramen et Atrien, Mazarien, Gallipolitan, Aelaniticus, Chicagien, Bostonien.

22) Tripolitan, Silva Portuen, Tingitan, Adm. Ap. Exarch. Constantinopolitani, Campi Grandis, S. Crucis de Sierra, Antequeren, Leodien, Darnitan, Lucen in Hispania, Abulen, Dausaren, Celsonen, Chitrien, Albasiten, Huelven, Compostellan, Sup. Gen. Minimorum.

23) Albasiten.

24) Sup. Gen. O. F. M. Cap.

25) S. Crucis de Sierra.

26) Dianen.

27) Ordinarii Indonesiae.

1) Philadelphien Lat., Madisonen, Saginaven, Novarcen, Hieropolitan,

2

Iterum vindicetur doctrina de Matrimonio uno et indissolubili.

3

Denuo exponatur indissolubilitas Matrimonii rati et consummati.

4

Doctrina catholica circa unitatem et indissolubilitatem sacramenti Matrimonii ad memoriam revocetur. Divortium et unio libera frequentius multiplicantur et opinio publica erga sontes nimis indulgens fit.

5

Matrimonii pronuntietur indissolubilitas, disquiratur de ratione quae intercedit inter mutuum coniugum amorem et procreationis mandatum.

6

Contra divortium, quod plures inficit nationes, Ecclesia denuo altam vocem levet.

7

Divortium, quod secum mala infensissima praesertim in pueros innocentes secumfert, iterum ac iterum Concilium damnet.

8

Multi catholici indissolubilitatem Matrimonii legem mere ecclesiasticam esse putant.

9

Accuratissimum studium fieri deberet circa media apta ad dissolutionis familiae causas auferendas.

Kansanopolitan - S. Iosephi, Daldian, Arcis Gulielmi, Sherbrooken, Nicoletan, Antiphren, Manchesterien.
2) Catacen et Squillacen, Uxellen.
3) Aquisgranen.
4) Vivarien, Auxitan, Aquen.
5) Bredan.
6) Catacen et Squillacen, Eutymen.
7) Arcen.
8) Engolismen.
9) Brigantien, Campi Grandis, Valdivien, Punien.

10

Orientales admittunt divortium in casu adulterii. Attamen Patres Concilii Tridentini propter obscura verba Mt. V, 32 Ecclesiam graecam anathematizare non ausi sunt. Optandum est ut locutionem Mt. V, 32 in lingua aramaica habere possimus!

11

Auctoritative explicentur verba Domini: « excepta fornicationis causa », « nisi ob fornicationem ».

12

Tractetur de validitate Matrimonii acatholicorum, qui unionem personarum per vinculum Matrimonii considerant dissolubilem.

D) *De iure familiae in educatione prolis*

1

Commendentur quam maxime sanctitas familiae et media proponantur ad eam protegendam.

2

Ecclesiae doctrina proponatur circa familiares quaestiones: ethicam coniugalem, puerorum procreationis officium necnon educationis.

3

Dogmatice inculcetur divina obligatio parentum educandi prolem, et id ratione Sacramenti.

---

10) Smyrnen.
11) Umuahiaen.
12) Austinien.
1) Trocmadian, Sinianden, Jotan, Albaregalen, Granaten, Legionen, Orthosien in Phoenicia, Tarraconen, Huelven, Giennen.
2) Aquen, Bellicen, Albien, Avenionen, Andegaven, Rhedonen.
3) Aquisgranen, S. Agathae Gothorum.

4

Statuantur principia educationis quoad munia familiae, Ecclesiae et auctoritatum civilium.

5

Declarentur contra Civitatis usurpationes, quae iura ac officia competant parentibus quoad prolem propriam educandam.

E) *De gratia Matrimonii*

1

Quaestio fiat utrum sponsi sacramentalis gratiae ministri sint tantum in Matrimonio celebrando an per totam vitam coniugalem, i. e. quotiescumque consensus actus unioni et mutuae donationi renovatur.

2

Demonstretur gratias sacramentales esse ad valetudinem spiritualem et corporalem subiectorum percipiendas.

F) *De peccatis contra Matrimonium*

1*

Praxes eugeneticae damnentur.

2*

Onanismus iterum damnetur.

3

Desideratur argumentatio solida contra peccatum onanismi.

---

4) Sup. Gen. Ord. Carm. Discalc.
5) Aulonitan.
1) Monopolitan.
2) Dodgepolitan.
1*) Dublinen, Kerrien, Harlemen, Matriten.
2*) Dublinen, Semten, Philippopolitan in Thracia, Ultraiecten, Abulen, Dausaren, Canarien, Toletan, Albasiten, Huelven, Antequeren, Campi Grandis, Iudiciforen, Corrienten.
3) Seguntin.

4

Media anti-conceptionalia damnentur.

5

Malthusianismus solemniter damnetur.

6

Sterilizatio directa sive perpetua sive temporanea, viri vel mulieris damnetur.

7

Commercium meretricium damnetur.

8

Damnetur abortus procuratus, inseminatio artificialis, infanticidium.

9

In India et Iaponia a civili auctoritate nosocomia instituta sunt ubi millia millium abortuum quotannis patrantur et viri ac mulieres ad sterilizationem subeundam urgentur.

---

4) Silva Portuen, Tingitan, Kasongoën, Guelen, Amadien.
5) Terulen, Calaguritan et Calceaten, Leodien, Darnitan.
6) Compostellan, Tabuden, Dublinen, Kerrien, Tingitan, Adm. Ap. Exarch. Constantinopolitani, Antequeren, Campi Grandis, Succursen et S. Aegidii.
7) Silva Portuen.
8) Cremen, Antequeren, Corrienten, Campi Grandis, Sup. Gen. Congr. CC. RR. S. S. Bernardi M. I.
9) Philippen.

XVII. DE NOVISSIMIS

1. De Novissimis in genere

1

Doctrina de Novissimis iterum exponenda et definienda et poenae comminandae sunt contra negatores.

2

Agatur de natura praemiorum et poenarum.

3

Contra materialistas omnis generis declaranda est doctrina de vita futura.

4

Contra materialistas omnis generis declaranda est doctrina de iudicio.

5

Agatur de sorte aeterna eiusque assecutione statim post mortem sine expectatione ad diem ultimi iudicii.

6

Illustretur thema scripturisticum: « terra nova et coelum novum » quo maior huius saeculi et conditionis corporalis aestimatio habeatur.

---

1) Aulonitan, Berolinen, Sedunen, Aveiren.
2) Flaviobrigen, Santanderien, Doberitan, Sinianden.
3) Silva Portuen.
4) Silva Portuen.
5) Theban.
6) Buscoducen.

7

Multi enim iam hodie tenentur errores, qui in posterum graviores fient. Praesentia bona propter futura sacrificanda sunt: dum olim nimis contemptae sunt res terrestres, nimis hodie magnificantur ita ut saepe iuvenes a vita sacerdotali detorqueantur.

2. De Purgatorio

1

Illustretur doctrina catholica de Purgatorio.

2

Graeci legitimam esse invocationem admittunt Sanctorum. Ergo electos iam nunc visione beatifica, quamvis imperfecta, in coelo frui practice agnoscunt. Ex eorum libris liturgicis clare consequitur Sanctos esse coram Deo, animas vero peccatis infectas iam poenas Inferni subire. Verum est mitigationem poenarum Inferni per suffragia fidelium quam Graeci admittunt non esse doctrinam ordinariam Ecclesiae. Nihilominus accipi potest si consideretur vocabulum graecum (adhis) univoce significare et Purgatorium et Infernum... Inde exoritur interpretatio benigna circa ambiguam eorum declarationem. Ergo disputandum non esset nec de nomine Purgatorii nec de loco, sed de igne Purgatorii.

3. De Lymbo

1*

Definiatur magis praecise sors infantium sine Baptismo decedentium, recenter enim inter aliquos exorta est disputatio hac de re. Magnus est enim numerus infantium ubique terrarum morientium

---

7) Carcassonen.
1) Sup. Gen. Ord. Servor. B. M. V.
2) Smyrnen.
1*) Basilinopolitan, Bostonien, Novarcen, Tananariven, S. Salvatoris in Brasilia, de Bahr el-Ghazal, Portus Ludovici, Umuahiaen.

sive in sinu matris, sive post eorum ortum, et optandum esset ut parentes, praesertim pii fideles occurrente tali alicuius filii decessu, haberent genuinam consolationem.

2

Cum sententiae peregrinae, male sonantes, immo et mirandae, uti videtur, tum concionibus tum scriptis de sorte infantium sine Baptismo morientium his diebus vulgo tradantur, de Lymbo puerorum quaestio dirimatur.

3

Opportuna videtur aliqua clarificatio vel declaratio de doctrina Lymbi. Quaeritur utrum salus aeterna infantium mortuorum sine baptismo aliquo modo dependi possit ab intentione virtuali parentum.

4. De Resurrectione carnis

1*

Illustretur doctrina de resurrectione carnis.

2*

Contra materialistas omnis generis declaranda est doctrina de resurrectione mortuorum.

5. De Inferno

1**

Illustretur doctrina de Inferno.

2**

Aeternitas poenarum Inferni definiatur ut dogma fidei.

---

2) Sidonien.
3) Marquetten, Seattlen, Bellevillen.
1*) Xinguen.
2*) Silva Portuen.
1**) Patavin, Taurinen, Urbevetan, Vicen, Sup. Gen. Barnab.
2**) Zamoren.

3

Definitio dogmatica de realitate obiectiva ignis infernalis videtur opportuna. Haec definitio erat iam in agendis pro Concilio Vaticano I.

4

Cum natura ignis aeterni videtur hodie a quibusdam metaphorice tantum esse intelligenda, cum tamen, iuxta mentem Patrum et totius Traditionis, ut verus corporeus ignis intelligendus sit (quamvis arcanae naturae), talis definitio arceret multorum tendentiam his diebus ad gravitatem secum minuendam peccati et eius poenarum.

5

Definiatur num ignis Averni litterali sensu careat.

---

3) S. Francisci.
4) Basilinopolitan.
5) Lungren.

XVIII. DE THEOLOGIA MORALI

1. De actibus humanis

1

Affirmetur libertas actus humani, quia multi moralistae, etiam sacerdotes, illam nimis minuunt. Tales sunt, aiunt, corporis complexio, quorundam naturae humanae impetuum violentia, virium interventus, multorum psychopathia et pressio socialis ut plerumque desint conditiones requisitae ad illam libertatem advertentiae et consensus quam requirit peccatum.

2

Opportuna est solemnis affirmatio de libero arbitrio, de gravitate peccati et de gratia Dei cuius opera tentationes vere superari possunt.

3

Oportet denuo proclamare hominem praeditum esse libero arbitrio nec eum omnino determinatum esse ab eius historia psychologica contra Freud.

4

Agatur de voluntate libera ac de responsabilitate.

5

Principia moralis de usu hypnosis enucleentur.

6

Illustretur quaestio de usu psychiatriae.

---

1) Engolismen, Sup. Gen. O. F. M. Cap.
2) Southwarcen, Sup. Gen. O.E.S.A.
3) Leodien.
4) Manchesterien.
5) Bellevillen, Bostonien.
6) Seattlen.

7

Tractetur de responsabilitate collectiva.

8

Principia catholica decernantur quoad:
a) euthanasiam; *b*) pedagogiam; *c*) psychanalysim; *d*) metapsychicam.

9

Qua ratione intentio subiecti necnon circumstantiae valorem actus contra naturam mutare possunt?

10

Desideratur ut fundamentalia moralitatis elementa enucleentur.

11

Affirmetur valor absolutus principiorum moralium, quae naturali lege et divina revelatione nituntur.

12

Inculcetur valor ethicae naturalis contra erroneas sententias illorum, qui unicum valorem ethicum e campo supernaturali vel e fontibus revelationis derivare intendunt.

13

Detur declaratio aliqua contra duas normas morales, scil. unam pro vita privata, familiari et sociali, alteram vero pro negotiis saecularibus. Sunt enim homines boni nominis et catholici qui frequentant sacramenta, Missam etc. sed in re commerciali vel politica — obiective loquendo — carent conscientia vera.

---

7) Valentin, Dardan, Plocen.
8) Patavin, Velitern, Venetiarum.
9) Tornacen.
10) Tarvisin.
11) Andegaven, Engolismen.
12) Aquisgranen.
13) S. Francisci.

14

Reiteretur doctrina traditionalis de libertate sanctitateque conscientiae humanae cum enodatione conceptuum « tolerantia » et « maius bonum » in rebus mixtae religionis.

15

Detur vera notio et definitio libertatis conscientiae humanae.

16

Declaretur quantum ethica christiana distet ab honestate naturali humana.

17

Quando absolute aliquas quaestiones morales definire non convenit, S. Paenitentiaria det aliquam indicationem in naturali aequitate vel positivo iure fundatam quae pro praxi inserviat.

18

Improbentur « moralistae » qui sensim sine sensu laxiores in dies tradunt doctrinas morales.

19

Ordo etiam et valor relativus Dei mandatorum erunt consideranda sub respectu inversionis quae in praxi operatur inter primam et alteram tabulam cum consequenti infirmitate ac deviatione huiusce: pronuntiatio solemnis de recto ordine caritatis desideratur.

20

Statuatur quibus determinatis circumstantiis, a S. Sede indicatis, generalia principia de malo minori eligendo adhiberi possint.

---

14) Manchesterien.
15) Raleighien, Detroiten.
16) Treviren, Dagnen.
17) Guluen.
18) Canarien.
19) Portugallen.
20) Ss. Conceptionis.

2. De legibus

1

Necesse est proclamare legem divinam, sive naturalem sive positivam, esse normam obiectivam ultimam conscientiae humanae et fundamentum omnis legislationis.

2

In luce ponatur valor absolutus iuris divini, sive naturalis sive revelati, quod non mutat secundum « exigentias situationis ».

3

Iteretur doctrina catholica circa legem naturalem et circa iura humana.

4

Ius naturale illustretur.

5

Pressius declarentur iuris naturalis principia in re morali. Huiusmodi declaratio est hodie necessaria, quia non desunt fideles, etiam docti, v. g. medici, qui disciplinae morali catholicae adhaerent, sed bona fide putant eamdem disciplinam ab ipsa Ecclesia, mutatis circumstantiis, mutari posse, v. g. circa indissolubilitatem matrimonii, vel leges morales de abusu matrimonii aut de occisione foetus.

6

Agatur de obligatione legum in conscientia.

---

1) Faventin, Syracusan, Abbas Gen. C. V. U. O. S. B.
2) Sup. Gen. Soc. Iesu.
3) Philadelphien Lat., Seteen.
4) Sidetan.
5) Suessionen.
6) Sup. Gen. O. F. M. Cap.

7

Dirimatur quaestio de existentia legum pure poenalium.

3. De peccatis

1

Illustretur natura peccati, hodie in oblivionem deleta, cum conceptu moralitatis, legis divinae obligationis.

2

Notio peccati hodie corrumpitur. Iam multi nesciunt peccatum esse legis divinae violationem et conantur « ethicam sine peccato » instituere. Nonnulli fideles et sacerdotes normis a theologia morali traditis substituere intendunt « pseudomysticas » (mystique de l'apostolat, promotion ouvrière, union des églises...), eoque deveniunt ut etiam Decalogi praecepta solutiore animo frangant.

3

De ethica sic dicta « situation » etiamque de morali subiectivistica quaestio pertractetur.

4

Improbetur conatus gravitatem peccatorum imminuendi ex psychologicis praecipue rationibus, atque tendentia ad supprimenda personalia peccata eis subrogando socialia.

5

Revocetur notio peccati tamquam offensae personalis Dei et mortis vitae supernaturalis (contra modernum amoralismum).

---

7) Celsonen, Seguntin, Heliosebasten, Taurinen, Zamoren.

1) Sup. Gen. Barnab, Abbas Gen. C. V. U. O. S. B.

2) S. Claudii.

3) Madisonen, Sacramenten.

4) Pampilonen, Asturicen.

5) Sup. Gen. Ord. Carm. Discalc.

6

Reaffirmetur doctrina:

a) de peccati originalis personalisque existentia;

b) utrum nimis sit de psychiatria, de amotione sensus culpae, nimis de rei momento sensus compulsionis.

c) tractatus de occasionibus peccati, praesertim in materia VI et IX Decalogi praecepti.

7

Multi cogitant tantum perturbationem ordinis socialis esse peccatum et v. g. onanismum, masturbationem, sexualitatem inter solutos sine abortu; fere ignotum est peccatum internum.

4. De opportunitate novae « Summae Moralis »

1

Theologia moralis hodierni temporis cogitationi aptetur; ne sit tantum tractatus de praeceptis Dei et Ecclesiae sed etiam agatur de morali internationali, de morali sociali, de morali familiari et de morali rei publicae administrationis.

2

Desiderabilis est expositio fundamentorum theologiae moralis cum damnatione recentiorum errorum et cum enucleatione fontium.

3

Codicem moralem opus est componere in quo omnes individuales et sociales vitae formae breviter explicentur.

4

Conficiatur conspectus historicus Theologiae Moralis ab incunabulis Christianismi.

---

6) Manchesterien.
7) Capuan.
1) Ziguinchoren.
2) Tuden.
3) Pompeian, Fulginaten, Sempronien, Polycastren.
4) Rhoinen.

5

Utillimus saluberrimusque esset codex christianae vitae principia enucleans ad mentem « Mystici Corporis ».

6

Exaretur synopsis recentissimorum documentorum circa res morales.

7

Exoptatur codificatio decretorum S. Officii.

8

Illustrare oportet, contra sic dictam « novam moralem », ordinem moralem fundari in legibus a Deo ipso statutis, quas Ecclesia cum auctoritate docet et interpretatur.

9

Ultimis saeculis, in educatione tum laicorum tum clericorum, emphasis videtur potius posita fuisse in tradenda scientia casuistica quam in educanda conscientia delicata; haec substitutio regularum pro conscientia personali ducere potest generosos in scrupolos, minus generosos in laxismum, in quantum negatur obligatio nisi iuridice formulari possit.

10

Tractetur praesertim de morali supernaturali, primo loco de charitate.

5. De « Morali professionali »

1

Illustretur et clare proponatur quaedam « Summa actualis » circa officia, iura, obligationes, regulas de variis speciebus actuum humanorum, sc. quam vocant « morale professionale ».

---

5) Varsavien et Gnesnen, Eudociaten.
6) Ss. Conceptionis.
7) Ragusien.
8) Fargen.
9) Flumenzeritan.
10) Lunen.
1) Pistorien, Boianen - Campobassen,

2

Normae clarae statuantur de conditione iudicis catholici in divortii causis, maxime in nationibus ubi laxiores divortii leges habeantur.

3

Edatur catechismus deontologiae diversorum officiorum (professioni).

4

Moralitas et iustitia professionalis in luce ponantur.

5

Iura, officia, munera familiae relate ad hodiernam rempublicam illustrentur.

6

Normae dentur pro singulis conditionibus v. g. oblectamenta ad populum recreandum destinata, gymnica exercitia, vivendi rationem ab actoribus spectaculorum servandam, medicam artem.

7

Praebeantur principia ad cinema-televisionem-ephemerides et commentaria, choreas modernas, concursus « di bellezza » pertinentia.

Fodian, Bosanen, Aquilan, Teramen et Atrien, Apuanien, Theatin, Nuscan, Velitern, Soanen-Pitilianen, Brixien.

2) Oruren.

3) Abulen, Celsonen, Seguntin, Barcinonen, Dausaren, Vladislavien, Ultraiecten.

4) Guadalajaren, Aquen, Anglonen-Tursien, Aliphan, Hieracen-Locren.

5) Venetiarum.

6) Ariminen, Callien et Pergulan, Mutilen, Lauden, Collen, Rossanen, Pinerolien, Hydruntin, Biturgen, Neocastren.

7) Hieracen-Locren, Philadelphien Lat.

6. De II Decalogi praecepto

1

Perpendatur utrum oporteat institutum iuris iurandi abolere iuxta dictum Evangelii (Mt. V, 36), illi substituendo verbum aliquod clarae et honestae professionis animi sinceri.

7. De IV Decalogi praecepto

1*

Proponatur doctrina catholica de auctoritate et de virtute oboedientiae.

2

Agatur de obligatione oboediendi Auctoritati Reipublicae et de terminis huius obedientiae, i. e. de iure et obligatione in quibusdam adiunctis etiam resistendi.

3

Tractetur de christiana libertate et oboedientia.

4

Adfirmetur illiceitas Revolutionum, quando nulla est tyrannia.

8. De V Decalogi praecepto

1**

Definiatur illiceitas experimentorum medicorum, si grave periculum secum afferunt pro vita humana et non sunt excusati fine primario honesto.

---

1) Mediolanen.
1*) Aquisgranen.
2) Treviren, Dagnen.
3) Valentin, Dardan. Huelven.
4) Pinnen-Piscarien.
1**) Pinnen-Piscarien, Sup. Gen. O. F. M. Cap.

2

Diligentiori examini subiicere oportet novas quaestiones quas recentiores progressus scientiae medicae et chirurgicae hodiernis temporibus proponunt.

3

Affirmentur principia de conservatione membrorum corporis, de officio conservandi vitam, de hygiene, de « sport ».

4

Agatur de mutilatione et transplantatione membrorum.

5

Sententia feratur de sports, quibus periculum proximum caedis inest.

6

Capitulum de bello et iureiurando militum in theologia morali retractetur et liberetur ab opinionibus obsoletis absolutismi; nam falsum est etiam pro militibus omne iussum sanctum esse.

7

Solemnius enuntietur doctrina de belli gerendi legitimitate necnon de atomici, ut aiunt, fulminei globi usu.

---

2) Conchen, Sup. Gen. O. F. M. Cap.
3) Catacen et Squillacen.
4) Celsonen, Sup. Gen. O. F. M. Cap.
5) Lycien, Dianen.
6) Madyten.
7) Imolen, Velitern, Kasangoën, Nyerien, Alivalen, Antiochen Syrorum, Nacolen, Aleppen Syrorum, Damascen Syrorum, Spinen Syrorum, Babylonen Syrorum, Edessen in Osrhoëne, Larissen in Syria, Mausilien Syronum, Abulen, Dausaren, Pampilonen, Meneven, Northantonien, Philippopolitan in Thracia, Sugdaeus, Vashingtonen, Hieropolitan, Milwauchien, Indianapolitan, Harrisburgen, Lyrbitan, Seattlen, Galvestonien-Houstonien, Nicoletan, Richmondien, Valentinen, Hobarten, Katangaën, Tuneten, Aquen.

8

An licitum sit bellum atomicum in casu aggressionis.

9

Quae hodierna arma iure naturali prohibentur?

10

Bellum atomicum damnetur.

11

Si intrinsecus malus esset usus armorum atomicorum nec in bello defensivo eis uti liceret; Concilium potest omnes nationes monere ut in bello desistant ab usu armorum atomicorum.

12

Ad declarationem illiceitatis belli atomici addatur exhortatio ut nationes omnes res controversas subiiciant examini et sententiae organismi internationalis.

13

Perpenso quod ipsi rerum physicarum periti asseverant globum hydrogenum vi displodentem multo magis esse exitiosum quam pyrobolum atomicum, adeo ut effectus perniciosi vix loco contineri possint, eiusdem usus, cum sit belli tam atrox instrumentum, plane illicitus declaretur, nec ulla sive utilitate sive necessitate permittendus.

14

Quid significat nostris temporibus « servato moderamine inculpatae tutelae »?

---

8) Aelaniticus.
9) Abulen, Tabuden, Dausaren, Tuden, Rapoten, Ultraiecten.
10) Dalisanden in Isauria, Dausaren, Giennen, Dublinen, Eudociaten, Varsavien et Gnesnen.
11) Beograden.
12) Giennen, Eudociaten, Varsavien et Gnesnen.
13) Alladen.
14) Loiden.

15

Oppugnatio ex aere nobis hodie res solita videtur et nemo est qui eam intrinsecus malam declaret.

16

Discessionem ab armis Ecclesia promovere debet.

17

Catholica doctrina de pace et de iure illustretur.

18

Quibusnam mediis uti potest Ecclesia ad mundi pacem conservandam?

9. De VI Decalogi praecepto

1

Patres Conciliares declarent quid de praeclara castitatis virtute sentiendum sit, praesertim ut regula certa habeatur ad statuendum quando graviter peccetur contra hanc virtutem.

2

Definiatur praestantia status virginitatis super matrimonialem.

3

Illustretur virginitatis momentum speciatim quoad vitam et progressum Ecclesiae.

---

15) Beograden.
16) Geneven et Friburgen, Kasongoën.
17) Neupacten.
18) Dublinen.
1) Oruren, Groningen, Buscoducen.
2) Sebasten in Cilicia, Caesenaten, Signin, Zeliten, Abulen, Celsonen, Dausaren, Oriolen, Ordinarii Indonesiae, Sup. Gen. Congr. Gall. O. S. B.
3) Algerien.

4

Edatur in luce Encyclicae « Sacra Virginitas » tractatus dogmaticus de castitate.

5

Castitas in variis statibus possibilis esse definiatur.

6

Relate ad sextum praeceptum quidam moderni inclinantur admittere parvitatem materiae. Haec nova theoria ad « laxismum » animos ecclesiasticorum trahit.

7

Improbetur opinio quae tenet christianos rarissime graviter peccare contra sextum propter imminutionem imputabilitatis ex impetu passionis.

8

Desideratur argumentatio solida circa illiceitatem peccati solitarii.

9

Homosexualismus damnetur.

10

Improbentur domus lenocinii.

11

Sententia feratur de initiatione sexuali necnon de « coeducatione ».

12

Necessariae videntur normae circa christianam modestiam, praesertim in ecclesiis, in quibus saepe inveniuntur occasiones peccati.

---

4) Tananariven.
5) Nucerin Paganorum.
6) Sup. Gen. Ord. Serv. B. M. V.
7) Katangaën.
8) Seguntin.
9) Canarien.
10) Abulen, Celsonen, Dausaren.
11) Malacitan, Lycien, Hierapolitan in Syria, S. Agathae Gothorum, Consentin, Mazarien.
12) S. Agathae Gothorum.

13

De castitate et modestia in usu vestium, in spectaculis, quaestio fiat.

14

Contra evulgatam immodestiam urgeatur editio praeceptorum vi et efficacia praeditorum.

10. De VII Decalogi praecepto

1

Inculcetur ius naturale et obligationes iustitiae et honestatis humanae certo cognosci posse et Ecclesiae ius et officium competere exponendi normas morum.

2

Omnis operis humani, quo bona producuntur vel administrantur vel veneunt vel consumuntur, fundamenta moralia et fines ostendantur.

3

Renovetur modus quo doctrina catholica de iustitia exponitur ita ut eodem studio cum singularum personarum tum communitatum humanarum (familiae, nationum) iura et obligationes doceantur.

4

Exponantur principia circa obligationes rei publicae et obligationes personales domini privati.

5

Restitutio in casu expropriationis publicae utilitatis causa nonnumquam pro Statu novum potest creare problema peius priore, dum ex alia parte ob expropriationem subditi indigentes fieri possunt.

---

13) Ferrarien.
14) Raleighien, Eumenen.
1) Treviren, Dagnen.
2) Treviren, Dagnen.
3) Kupelaën.
4) Katangaën.
5) Veraecrucis.

6

Notiones de pretio iusto quae in textibus traduntur et praxis generalis longe ab invicem distant.

7

Exponantur principia circa iustum lucrum.

8

Non possunt qui industriam et commercium exercent pretia ultra iustum secundum circumstantias exigere.

9

Tractetur de principiis moralibus quoad negotiationes.

10

Quale est foenus iustus?

11

Damnetur propositio quae tenet eleemosynam semper actum iustitiae non virtutis caritatis esse.

12

Si quis grave damnum ex levi neglegentia committit a quibusdam obligatur ad totum sub gravi, ab aliis ad nihil restituendum. Quid tenendum?

13

Apud plurimas nationes praxis offerendi et acceptandi dona ita viget ut discrimen inter donum et « bribe » non facile servetur et de dono ad iniustitiam facile fiat transitus.

---

6) Overrien, Toletan.
7) Katangaën, Risinitan.
8) Toletan.
9) Seattlen.
10) Risinitan, Flaviobrigen.
11) Katangaën.
12) Guluen.
13) Overrien.

14

Quaedam recensio ratione habita de iustitia sociali in ipso tractatu « de iustitia commutativa » peropportuna foret ne indefinita maneant praecepta caritatis.

15

Accuratius normae determinentur circa iustitiam et caritatem quoad usum « superflui ».

16

Exaretur compendium practicum in materia septimi decalogi praecepti ubi inveniatur praesertim tractatio de problematibus hodierni temporis.

17

Servitium exercentium professionem debito modo, sociali aestimatione, contineatur in exquirendis et exigendis stipendiis.

18

Technici stipendia plus aequo exigere videntur etiam ex pauperibus.

19

Vis testamenti informis in favorem causae piae stabiliatur ad piorum conscientiam sedandam.

20

Magis magisque tractetur de peccatis contra iustitiam, contra bonum commune et de gravi responsabilitate personali in damno commisso.

21

Adhuc plerumque sat indefinita manent officia civium erga Statum velut obligatio tributa solvendi, et auctoritatem acceptandi simulque cum ea operandi pro bono populi, necnon impensius procurandi bonum commune.

---

14) Malacitan.
15) Muilaën.
16) Basileen et Luganen.
17) Guadalajaren.
18) Asturicen.
19) Pampilonen.
20) Oruren.
21) Malacitan.

22

Praeparetur tractatus de iustitia et iure accomodatus rectis de iustitia conceptibus orientalibus (v. g. de dominio).

11. De VIII Decalogi praecepto

1

Utile videtur revocare in mentem theologiam de mendacio.

---

22) Zoraven.

1) Montis Laurei, Sup. Gen. O. F. M. Cap.

XIX. DE ERRORIBUS DAMNANDIS

1

Praeparetur synthesis omnium errorum, qui divulgati sunt post Concilium Vaticanum I et eorum damnationem.

2

Damnentur errores qui in Decreto « Lamentabili » continentur.

1. De « Adventistis ultimae diei »

1*

Error « Adventistarum ultimae diei » damnetur.

2. De Agnosticismo

1**

Agnosticismus damnetur.

3. De Anticlericalismo

1***

Anticlericalismus damnetur.

4. De Anti-intellectualismo

1****

Anti-intellectualismus damnetur.

---

1) Lucen, Myndien, Albae Pompeien.
2) Philadelphien Lat.
1*) Tarraconen.
1**) Veronen, Matriten, Salmantin, Sup. Gen. O. E. S. A.
1***) Abulen, Dausaren.
1****) Culiacanen.

5. De Atheismo

1

Atheismus damnetur.

2

Quo magis fideles aperte profitebuntur fidem in Deum, eo minus vigebit atheismus in hoc mundo.

3

Fideles vitent cooperationem saltem habitualem, cum illis, qui aperte atheismum profitentur et libros eorum, spectacula, opera varia arceant.

4

Fideles ne leviter de bona fide atheorum loquantur. Atheismus est blasphemia, quae maiestatem Dei graviter offendit.

5

Affirmetur impossibilem esse atheismum positivum, ita ut existere nequeat homo positive atheus qui sit bonae fidei.

6. De Capitalismo

1*

Capitalismus damnetur.

---

1) Aquilan, Bisuntin, Fargen, Eystetten, Rottenburgen, Aulonitan, Berolinen.
2) Arcen.
3) Arcen.
4) Arcen.
5) Cadurcen.
1*) Caesaraugustan, Canarien, Tabuden, Seguntin, Santanderien, Heliopolitan Mar., Nicoletan, Antiochen Melch., Hemesen Melch., Tyren Melch., Sidonien Melch., Heliopolitan Melch., Aleppen Melch., Beryten et Gibailen Melch., Pelusitan Melch., Tarsen Melch., Laodicen Melch., de Nubia, Bostren et Auranen Melch., Petren et Philadelphien, Ptolemaiden

7. DE COMMUNISMO

1

Error communismi damnetur.

Melch., Paneaden Melch., Mariamnen, Archimandrita Ordinis Basil. Aleppen Melch., Archimandrita Ordinis Basiliani Melch. Ss.mi Salvatoris, Archimandrita Ord. Basil. S. Ioannis Baptistae Melch., Sup. Gen. Societatis Missionariorum a S. Paulo, Akren.

1) Montis Regalis, Vallen in Lucania, Calven et Theanen, Lucen, Patavin, Philippopolitan in Arabia, Thelesin, Urbinaten, Aesernien et Venafren, Marsorum, Jacien, S. Agathae Gothorum, Montis Oliveti Maioris, Cortonen, Dianen, Boianen - Campobassen, Assisien, Fodian, Asculan Apul. et Cerinziolen, Faventin, Cariaten, Aquilan, Arianen, Teramen et Atrien, Apuanien, Brixien, Consentin, Acerrarum, Brundusin, Soanen-Pitilianen, Vartanen, Uxentin, Gravinen et Montis Pelusii, Aliphan, Caven et Sarnen, Triventin, Anglonen-Tursien, Casalen, Callien et Pergulan, Albinganen, Lucerin, Mutilen, Liparen, Medelitan, Tiburtin, Fulginaten, Polycastren, Caven, Sanctae Luciae, Recineten, Bobien, Cremen, Bovinen, Collen, Gallipolitan, Rossanen, Caesarien in Bithynia, Eugubin, Melphien, Tridentin, Vercellen, Tyanen, Hydruntin, Salernitan, Montis Alti et Ripan, Hadrianien in Hellesponto, Senen, Fesulan, Nicosien, Dioclean, Nauplien, Monopolitan, Castellaneten, Preslaven, Imolen, Venetiarum, Uxellen, Ruben et Bituntin, Sabinen et Mandelen, Terulen, Zeliten, Caesaraugustan, Conchen, Oveten, Matriten, Tabuden, Legionen, Orthosien in Phoenicia, Celsonen, Seguntin, Dalisanden in Isauria, Tarraconen, Canarien, Chitrien, Limisen, Calaguritan et Calceaten, Sionen, Huelven, Oriolen, Santanderien, Salmantin, Barbastren, Baren in Pisidia, Eboren, Aveiren, Heliosebasten, Bracharen, Conimbricen, Praenetien, Dublinen, Rapoten, Luxemburgen, Laganitan, Rhodien, Scopien, Zagrebien, Philippopolitan in Thracia, Culmen, Sinianden, Thuggen, Posnanien, Leucaden, Albae Regalen, Tripolitan Mar., Antiochen Melch., Hemesen Melch., Laodicen Melch., Tyren Melch., Sidonien Melch., Heliopolitan Melch., Aleppen Melch., Beryten et Gibailen Melch., Pelusitan Melch., Tarsen Melch., Bostren et Auranen Melch., Peten et Philadelphien, Ptolemaiden Melch., Paneaden Melch., Mariamnen, de Nubia, Archimandrita Ordinis Basiliani

2

Concilium agat contra Communismum ut Tridentinum contra Protestantismum.

3

Optandum videtur Concilium sententiam edere de natura intrinsece mala communismi atheistici necnon de necessitate certaminis communis ab omnibus Christifidelibus et bonae voluntatis hominibus contra hostem religionis pariter et societatis.

4

Necessarium videtur pro bono Ecclesiae et Christifidelium ut in Decretis quae a Concilio effluentur, iterentur condemnationes communismi, quae iam pluries a Sede Apostolica et a Summis Ponti-

---

Aleppen Melch., Archimandrita Ordinis Basiliani Ss. Salvatoris Melch., Archimandrita Ordinis Basiliani S. Ioannis Baptistae Melch., Sup. Gen. Soc. Miss. a S. Paulo, S. Ioannis de Cuyo, S. Rosae in Argentina, Neocarthaginen, Barranquillen, Bluefielden, Zacapen, Esmeralden, Phasían, Corduben in Argentina, S. Rosae de Copan., S. Salvatoris, Guatimalen, S. Marci in Guatimala, Alten, S. Iacobi de Maria, Verapacen, S. Annae, Granaten, Jalapen in Guatimala, S. Vincentii, S. Michaëlis, Trajanopolitan in Phrygia, Achollitan, Pudentianae, Alajuelen, Limonen, S. Isidori, Curubitan, Guadalajaren, Matamoren, S. Caroli Ancudiae, Punien, Iquiquen, Monterreyen, S. Philippi, Azulen, Antequeren, Civitatis Bolivaren, Immaculatae Conceptionis B.V.M. in Olancho, Soldaien, Jacarezinhoen, Civitatis Mariae, S. Josephi in Uraquaria, Culiacaren, Succursen et S. Aegidii, Oruren, Cenen, Siopolitan, Kansanopolitan - S. Josephi, Dubuquen, Lincolnen, Chicagien, Bostonien, Petriculan, Marcopolitan, Nicoletan, Valentinen, Nanneten, Claromontan, Aquen, Cenomanen, Corisopiten et Leonen, Treviren, Dagnen, Gedanen, Rottenburgen, Aulonitan, Mopoien, Silva Portuen, Tingitan, Tipasetan in Mauretania, Claudiopolitan in Isauria, Yaunden, Cardiffen, Sup. Gen. Soc. Iesu, Sup. Gen. Soc. S. Columbani.

2) Pisauren.

3) Armidalen.

4) Salien.

ficibus temporibus praesertim recentioribus emanatae sunt, simul cum poenis congruentibus pro eis qui quocumque modo, indirecte vel directe, huic pesti letali favere auderent.

5

Opportunum videtur a Concilii Patribus rursus solemniter communistarum doctrinam atheisticam et materialisticam damnari.

6

Necessaria est communismi damnatio, quia Ecclesiae et generi humano gravissimum est periculum et mores paganos denuo instituere conatur.

7

Detestandus atque omni modo abominandus error diabolicus communismi vehementer anathematizetur, necnon omnes bonae voluntatis homines omni vi urgeantur ut contra eum totis nervis distentis pugnent.

8

Communismus condemnetur sed aequa lance damnentur omnes doctrinae, quae religionem, dignitatem personae humanae aut negant aut infirmant. Hoc modo demonstrabit Ecclesia se non habere « acceptionem personarum ».

9

Vera haeresis, immo et apostasia, formaliter declaretur.

---

5) Hanciomen, Chaefomen, Ciumatienen, Taipehen, Chinganen, Naniamen, Internuntius in Indonesia, Pondicherien et Cuddaloren, Verapolitan, Trivandren Lat., Urusitan, Quilonen, Kottaren, Coccinen, Allepeyen, Vijayapuramen, Coimbaturen, Ootacamunden.

6) Aquinaten Soran et Pontiscurvi, S. Miniati.

7) Sidonien.

8) Civitatis Castellanae Hortan et Gallesin, Hieracen-Locren.

9) Salutiarum.

10

Solemniter damnentur communismi errores circa fidem.

11

Communismi doctrina et actio simul cum aliis omne genus simulationibus sub quibus se talem ostendit damnanda sunt.

12

Examini subiiciantur varia puncta communismi damnanda, et definiantur relationes Christifidelium cum communistis.

13

Communismus definiatur, ut de « communismo christiano » disputari iam non possit.

14

Formula iusiurandi anticommunistica statuatur.

15

Remedia ad debellandum communismum quaerantur.

16

Verum potissimumque remedium contra communismum est plena et actuosa professio integrae fidei christianae.

17

Magis tamen prodest in praxim deducere Encyclicarum doctrinam et in lucem proferre quae in doctrina Corporis Mystici implicita sunt quam S. Officii damnationes.

---

10) Lamen, Rusicaden, Peramihoën, Sabadandeironopolitan, Beiren, Nampulen.
11) Regien in Aemilia.
12) Chinganen.
13) Pisan.
14) Morelien.
15) Lamen, Dorumaën, Lomen, Rusicaden, Peramihoën, Barcusen, Beiren, Carthaginen, Umauhiaen, Akren, Heliopolitan Mar.
16) Camerinen, Anagnin.
17) Clusin et Pientin.

18

Ad communismum expugnandum, medium optimum est efficax praedicatio veritatis divinae.

19

Contra communistarum et laicistarum errores officia principum et subditorum firmiter stabiliantur, ita ut in populorum vita democratica Ecclesiastica Hierarchia neutris partis non solum sit sed et manifeste appareat.

20

Methodi praesertim in campo sociali et oeconomico proponantur quibus communismi error oppugnetur.

21

Addatur studiorum curriculo scholarum catholicarum studium communismi eiusque philosophiae. Ignorantia enim huius philosophiae facit ut impossibile sit ei effective adversari.

22

Impugnare non debemus gubernantes, qui, quamvis non perfecti, tamen communismum strenue impugnant.

23

Quomodo tractandi sunt fautores communismi?

24

Reprobentur et laici et sacerdotes qui profiteri audeant principia marxista et evangelica componi posse.

---

18) Pechimen, Patnen.
19) Lycien.
20) Sup. Gen. Soc. S. Columbani.
21) Arben, Cardiffen.
22) S. Dominici.
23) Lamen.
24) Beneventan.

25

Accuratior expositio poenarum adhaerentibus communismo illatarum fiat.

26

Cooperatio cuiusvis generis et modi cum communismo damnetur.

27

Directa collaboratio cum communistis et communismo faventibus damnetur.

28

Solemniter damnetur communismus atheisticus et prohibeatur omne genus liberae et voluntariae cooperationis cum eo.

29

Mandetur sociologis catholicis studium solutionis circa adhaesionem catholicorum communismo et quaeratur norma aptior ad impediendum iter animarum et societatis christianae in immane caos.

8. De Criticismo Kantiano

1

Criticismus Kantianus damnetur.

9. De Determinismo

1*

Damnetur determinismus psychologicus et sociologicus.

---

25) Leonen in Nicaragua, Ss. Conceptionis.
26) Zeliten, Ilerden.
27) Ss. Conceptionis.
28) Sup. Gen. Congr. CC. RR. S. Bernardi M. I.
29) Tarquinien et Centumcellarum.
1) Auximan et Cingulan.
1*) Petropolitan in Insula Longa.

10. De Discriminatione populorum

1

Discriminatio populorum iuxta colorem damnetur.

11. De Divismo

1*

Divismus damnetur.

12. De Edonismo

1**

Edonismus damnetur.

13. De Energetismo

1***

Energetismus damnetur.

14. De Ethica situationis

1****

Ethica situationis ac « moralis sine peccato » quam vocant, manentur.

---

1) Venetiarum, Nauplien, S. Petri et Arcis Gallicae, Huarazen.

1*) Veronen, Ilcinen, Faventin, Apuanien.

1**) Hydruntin, Patavin, Novarien, Eutymen, Piscien, Uxellen, Ruben et Bituntin, Canarien, Riohachaën, Campi Grandis, Soldaien, Abbas Gen. C.V.U.O.S.B.

1***) Ilcinen.

1****) Terulen, Oveten, Abulen, Matriten, Celsonen, Tarraconen, Dausaren, Canarien, Flaviobrigen, Jacen, Calaguritan et Calceaten, Sionen, Huelven, Giennen, Victorien, Tirasonen, Praenetien, Dublinen, Groningen, Buscoducen, Gandaven, Tornacen, Leodien, Campi Grandis, Ephesin, Callien et Pergulan, Signin,

2

Etsi huiusmodi error iam sit ab Ecclesia reprobatus, tamen adhuc nocumentum affert fidelibus, quorum non pauci, quin ipsam theoriam invocent, tamen ex eius consectariis hauriunt vindicationes proprii lapsus.

3

Condemnanda est quaedam « moralis efficacitatis » quae dicitur « morale de l'efficacité » quae ad veram deviationem conscientiae perducit. Analysi deformationis peracta, recordandae sunt conditiones necessariae actus moraliter boni (moralitas finis, moralitas obiecti, moralitas mediorum, moralitas circumstantiarum).

4

Contra relativismum moralem definiatur existentia, natura, vis et extensio legis moralis aeternae et divinae.

5

Contra individualistas et subiectivistas animadvertenda immutabilis obiectivitas legum divinarum; contra exaggeratos psychanalystas capacitas liberae voluntatis praedominandi super vires psychologicas inferiores subobscuras — et hoc modo thema optimismi christiani sublineandum contra diffusum pessimismum.

Mutilen, Medelitan, Fulginaten, Salutiarum, Polycastren, Cremen, Bovinen, Collen, Gallipolitan, Rossanen, Pinerolien, Eugubin, Tyanen, Hydruntin, Salernitan, Biturgen, Fesulan, Neritonen, Uxellen, Ruben et Bituntin, Bugellen, Vallen in Lucania, Firman, Patavin, Lycien, Thelesin, Aesernien et Venafren, Mantuan, S. Agathae Gothorum, Hierapolitan in Syria, Cortonen, Ilcinen, Taurinen, Boianen - Campobassen, Fodian, Novarien, Viglevanen, Baren, Faventin, Aquilan, Arianen, Canen, Auximan et Cingulan, Consentin, Acerrarum, Soanen-Pitilianen, Nolan, Bellicen, Andegaven, Engolismen, Ombitan, Ostracinen, Aquisgranen, Fargen, Tripolitan, Tingitan, Oranen, Balecien.

2) Atrebaten.

3) Lugdunen.

4) Pistorien, Theatin.

5) Victorien Venetorum.

15. De Euthanasia et « Birth-control »

1

Euthanasia improbetur.

2

Horrenda crimina de euthanasia et de sic dicta « Birth-Control » vehementer damnentur; nam non desunt qui aut putant aut sperant doctrinam Ecclesiae, relate praesertim ad alterum illud maleficium, reformabilem esse.

16. De Evolutionismo

1*

Evolutionismus damnetur.

2*

Doctrina ab omnibus catholicis tenenda clare proponatur.

3

Agatur de veris et falsis theoriis evolutionis.

4

Cum aliqui vitam a materia inerti excitari posse declarent, Concilium affirmet Deum esse causam omnium; progressum tamen in manu hominum esse.

---

1) Lucerin, Bovinen.
2) Sidonien.
1*) Montis Regalis, Neapolitan, Potentin et Marsicen, Pinnen-Piscarien, Velitern, Compostellan, Mindonien, Dublinen, Jacarézinhoen, Rupellen, Vashingtonen, Nicoletan, Sherbrooken, Sup. Gen. O. F. M. Cap.
2*) Poncen, S. Caroli in Brasilia.
3) Colonien, Berolinen, Misnen.
4) Vercellen.

5

Puncta determinentur circa evolutionismum in genere et circa evolutionismum ad hominem quod attinet theologice ac paleoantropologice, ut solemniter omnes doceantur atque catholici evolutionistae prudentiores fiant ne animabus noceant.

6

Veritas de creatione hominis affirmetur contra evolutionismum materialisticum.

7

Cum evolutionismus radix sit multorum huius aetatis errorum, oportet auctoritatem Ecclesiasticam sine ulla ambiguitate indicare, quid de variis stadiis et theoriis evolutionismi a christianis sentiendum sit.

8

Quaerendum erit num opportunum sit quoad hypotheses circa evolutionem principia doctrinae catholicae definire.

17. De Existentialismo

1

Existentialismus damnetur.

---

5) Philippen.
6) Bosanen.
7) Fargen.
8) Guelen.
1) Venetiarum, Callien et Pergulan, Albinganen, Mutilen, Urbevetan, Tiburtin, Abellinen, Polycastren, Volaterran, Brixien, Recineten, Bobien, Asculan in Piceno, Cremen, Collen, Rossanen, Eugubin, Melphien, Salernitan, Biturgen, Senogallien, Philippen, Fesulan, Uxentin, Caven et Sarnen, Triventin, Anglonen-Tursien, Hiaracen-Locren, Montis Regalis, Neapolitan, Patavin, Philippopolitan in Arabia, Aesernien et Venafren, Marsorum, S. Agathae Gothorum, Dianen, Boianen-Campobassen, Potentin et Marsicen, Albae Pompeien, Fodian, Viglevanen, Faventin, Aquilan, Veronen, Pinnen-Piscarien, Mutinen, Teramen et Atrien, Auximan et Cingulan, Acerrarum, Vartanen, Soanen-Pitilianen, Velitern, Siten, Placen-

2

Contra existentialismum, philosophiae perennis in Ecclesia receptae ac agnitae singularis praestantia declaretur.

3

Improbentur qui in re historica et scientifica de facto methodum sequuntur qui profluit a principiis existentialisticis.

18. De Falsa democratia

1

Error falsae democratiae damnetur.

19. De Feticismo

1*

Feticismus Afrorum seu umbadismus damnetur.

20. De Freudismo

1**

Freudismus damnetur et improbentur qui in re historica et scientifica methodum sequuntur quae revera a principiis freudismi profluit.

---

tin, Parmen, Serren in Macedonia, Fidentin, Carpen, Regien in Aemilia, Atrebaten, Suessionen, Bambergen, Berolinen, Misnen, Terulen, Zeliten, Matriten, Granaten, Caurien-Castrorum Caeciliorum, Ebusitan, Celsonen, Dalisanden in Isauria, Tarraconen, Canarien, Jacen, Sionen, Huelven, Victorien, Tirasonen, Aveiren, Heliosebasten, Conimbricen, Dublinen, Culmen, Kansanopolitan-S. Iosephi, Petropolitan in Insula Longa, Bostonien, Petriculan, Marcopolitan, Guadalajaren, Monterreyen, Caxien, Culiacanen, Taipehen, Fukuokaën, Tripolitan (Vic.), Silvae Portuen, Guluen, Carthaginen, Abbas Gen. C. V. U. O. S. B.

2) Friburgen.

3) Januen.

1) Granaten.

1) Caxien.

1**) Abellinen, Aelaniticus, Tyanen, Januen.

21. De Genocidio

1

Damnetur genocidium.

22. De Historicismo

1*

Historicismus damnetur.

23. De Humanismo

1**

Humanismus damnetur.

24. De Hypnotismo

1***

Hypnotismus damnetur.

25. De Idealismo

1****

Idealismus damnetur et improbentur qui in re historica et scientifica methodum sequuntur quae revera a principiis idealismi profluit.

26. De Immanentismo

1*****

Immanentismus damnetur.

---

1) Goritien.

1*) Montis Regalis, Pistorien, Hadrianien in Hellesposto, Abbas Gen. C. V. U. O. S. B.

1**) Taipehen, Sup. Gen. Soc. Iesu.

1***) Celsonen.

1****) Faventin, Januen, Volaterran, Lauden, Asculan Apul et Ceriniolen, Mantuan, Potentin et Marsicen, Aveiren, Guluen, Abbas Gen. C. V. U. O. S. B.

1*****) Guluen.

27. De Indeterminismo physico

1

Damnetur indeterminismus physicus.

28. De Indifferentismo

1*

Error indifferentismi damnetur.

2

Ingens extat indifferentismi incrementum etiam inter operarios. Contra ista mala non tanti esse videtur, ut fidei articula complete et logice exponantur, sed ut in vitam quotidianam transponantur.

29. De Irenismo

1**

Damnetur irenismus doctrinalis.

30. De Irrationalismo

1***

Necessarium est irrationalismum damnare, quia adeo pervadit philosophiam contemporaneam (pragmatismum, intuitionismum, existentialismum etc.) ut ratio hominis videatur de sui destructione quam maxime sollicita.

---

1) Ilcinen.

1*) Civitatis Castellanae Hortan et Gallesin, Rhedonen, Aquisgranen, Rottenburgen, Matriten, Thuggen, Scopien, Riverormen, Ephesin.

2) Secovien.

1**) Atrebaten, Gravinen et Montis Pelusii, Ephesin, Abbas Gen. C. V. U. O. S. B.

1***) Firman.

31. De Iudaismo

1

Condemnamus omnem persecutionem contra Iudaeos propter eorum religionem vel ob rationes ethnicas; attamen non possumus oblivisci facta praeterita et affirmationes claras Iudaismi Internationalis: duces huius Iudaismi a saeculis conspirant contra nomen catholicum modo methodico et odio immortali. Ad hoc serviunt Secta Massonica et communismus.

32. De Laicismo

1*

Laicismus damnetur.

---

1) Jacarèzinhoen.

1*) Bugellen, Lycien, Philoppopolitan in Arabia, Marsorum, S. Agathae Gothorum, Cortonen, Pistorien, Boianen-Campobassen, Fodian, Viglevanen, Aquilan, Veronen, Mutinen, Brixien, Auximan et Cingulan, Callien et Pergulan, Signin, Lucerin, Mutilen, Urbevetan, Tiburtin, Fulginaten, Polycastren, Bobien, Cremen, Bovinen, Rossanen, Melphien, Vercellen, Tyanen, Salernitan, Biturgen, Fesulen, Nicosien, Venetiarum, Uxentin, Aliphan, Caven et Sarnen, Triventin, Anglonen-Tursien, Civitatis Castellanae Hortan et Gallesin, Hieracen-Locren, Siten, Placentin, Parmen, Serren in Macedonia, Fidentin, Carpen, Regien in Aemilia, Cremonen, Monopolitan, Ecclesien, Ruben et Bituntin, Sabinen et Mandelen, Terulen, Matriten, Barcinonen, Tarraconen, Canarien, Jacen, Calaguritan et Calceaten, Salmantin, Caesaraugustan, Barbastren, Oscen, Eboren, Algerien, Oranen, Darnitan, Bellevilen, S. Hieronymi Terraebonae, Thuggen, Resistenciae, Gualeguaychen, S. Rosae de Copan, S. Salvatoris, Guatimalen, S. Marci in Guatimala, Alten, S. Iacobi de Maria, Verapacen, S. Annae, Granaten, Jalapen in Guatimala, S. Vincentii, S. Michaëlis, Trajanopolitan in Phrygia, Achollitan, Pudentianae, Alajuelen, Limonen, Curubitan, Quiten, Iquiquen, Monterreyen, Immaculatae Conceptionis B. V. M. in Olancho, Sup. Gen. Congr. Gall. O. S. B.

2

Detur notio vera et genuina laicismi, quatenus error ab omnibus fidelibus reiciendus.

3

Denuntietur laicismus, qui paulatim permeavit animum etiam multorum catholicorum et familiarum, quarum sensim decrescunt spiritus fidei, mens christiana, fervor, pietas, sensus christianus in educandis filiis.

Ob laicismum denique rariores fiunt vocationes sacerdotales et religiosae.

4

Rursus autem damnandus est laicismus ille francomurariorum, qui fere omnes civium primos ordines iam invasit (studiorum domicilia, Athenaea Magna, nec non magistratus artes et artificia), in domesticam societatem acerrimos impetus renovans, divortium propagando, nec non in scholasticam institutionem, cui libertatem denegat, in Ecclesiasticam demum Auctoritatem, quam ex publicis negotiis vult excludere.

5

Denuntietur laicismus, cum fideles vel Actio Catholica de Ecclesiae regimine vaticinentur et erga Magisterium libero examine utantur (v. g. quaestio de lege scholari, de sacerdotibus operariis).

6

Valde opportuna est laicismi damnatio, quia, consideratis eius subtilitate et diffusione inter civilium rerum moderatores, est error maxime formidandus hodie. Religionem relegat in interiore homine; excludit quemlibet influxum in institutionem scholasticam iuventutis (schola neutra) et in vitam societatis et rei publicae (status laicus).

---

2) Virodunen.
3) Engolismen.
4) Pisan.
5) Vapincen, Irenopolitan in Cilicia.
6) Firman.

7

« Laicismus » est doctrina, quae de ipso Dei nomine omnino vult silere et ad indifferentiam erga Religionem ducere. Gallia praesertim hunc « laicismi » morbum patitur, qui totam socialem, familiarem, personalem vitam paulatim pervadit.

8

Si Status laicus aliquo pacto admitti potest, laicismus condemnetur, omnibusque fidelibus clarum sit cultum publicum a Statu Deo offerri debere nec sine peccato, saltem materiali, saepissime omitti.

9

Illa quoque damnetur laicismi mitior et quasi adumbrata species quae non doctrinam et principia, sed vitae et actionem respicit.

10

Damnetur theoria « del doppio piano », quae serpet inter plures, qui catholici aperte profitentur, quaeque dici potest « laicismus domesticus », qui periculosior evadit ipso laicismo liberalium.

11

Damnetur laicismus liberalis, qui est Ecclesiae et generi humano gravissimum periculum et mores paganos denuo instituere conatur.

12

Haud pauci christiani, ii praesertim qui studiis universitariis incumbunt, laicismo et libero examini redolent.

13

Distinguatur laicismus damnandus a laicismo quem Pius XII vocabat « sano ».

---

7) Parisien.
8) Arcen.
9) Patavin.
10) Baren.
11) Aquinaten Soran et Pontiscurvi.
12) Pictavien.
13) Eugubin.

14

Serio deliberandum est, quomodo indifferentismo in rebus religiosis, laicismo et saecularizationi vitae publicae et privatae medendum vel praecavendum sit.

15

Contra laicismum, principium declaretur quod omnis actio humana, sive privata sive publica, sub aspectu doctrinali et morali, sequi debet normas infallibilis Magisterii Ecclesiae.

16

Expositio doctrinae Corporis Mystici ac naturae spiritualis Ecclesiae utilis est ad fugandos timores laicistarum.

33. De Liberalismo

1

Liberalismus damnetur.

2

Declaratio detur circa libertatem ut hodie concipitur a quibusdam factionibus politicis, etiam inspirationis christianae et quomodo concilietur cum damnatione liberalismi quae in Syllabo continetur.

---

14) Fulden.
15) Hadrianien in Hellesponto.
16) Gindaren.
1) Medelitan, Tridentin, Vercellen, Salernitan, Montis Alti et Ripan, Civitatis Castellanae Hortan et Gallesin, Montis Regalis, Marsorum, Baren, Liburnen, Aurelianen, Corisopiten et Leonen, Monacen, Legionen, Canarien, Seguntin, Santanderien, S. Rosae de Copan, S. Salvatoris, Guatimalen, S. Marci in Guatimala, Alten, S. Iacobi de Maria, Verapacen, S. Annae, Granaten, Jalapen in Guatimala, S. Vincentii, S. Michaëlis, Trajanopolitan in Phrygia, Achollitan, Pudentianae, Alajuelen, Limonen, Curubitan, Monterreyen, Immaculatae Conceptionis B. M. V. in Olancho, Yucatanen, Antequerren, Detroiten, S. Clodoaldi, Bloemfonteinen, Sup. Gen. Ord. Bas. S. Ios.
2) Eugubin.

3

Propensio ad neo-liberalismum manifestatur in mentibus et modo vivendi, in cogitatione de vita morali tam personali quam sociali, in acceptione et expositione materiae dogmaticae.

4

Contra doctrinam liberalem declarare naturam Ecclesiae, quae est societas perfecta, habens finem, media propria, independens a Republica.

5

Contra liberalismum et eius consectaria (v. g. razismum, nationalismum, capitalismum...) affirmentur fraternitas universalis, hominum dignitas et iura.

34. De Marxismo

1

Contra progressus et impetus materialismi athei edantur rationes et definitiones doctrinae omnino explanatae et firmissimae. Praeterea diligens fiat exquisitio quoad causas hodiernorum successuum sectatorum Marxii.

2

Mandatum detur peritis theologiae, philosophiae, historiae, oeconomiae... diligenter inquirendi de marxismi modis in diversis nationibus. Tunc Ecclesia, variationibus cognitis, errores presse et firmiter denuo damnare posset: at contra possent etiam inveniri in communismo quaedam opiniones v. g. in oeconomia et in historia, non absolute a catholicis repellendae.

35. De Materialismo

1*

Error materialismi damnetur.

---

3) Montis Pessulani.
4) Hadrianien in Hellesponto.
5) Argentinen.

1) Nanceien-Tullen.
2) Aurelianen, Massilien.
1*) Bugellen, Firman, Patavin, Man-

2

Contra materialismum affirmentur principia doctrinae Revelationis christianae.

3

Una cum damnatione materialismi theoretici denuo proponantur veritates de Deo personali, Creatore et Domino nostro, qui ex eis, quae facta sunt, ratione humana certo cognosci potest et demonstrari.

4

Adversus materialismum dialecticum urgeatur doctrina catholica de modo quo homo se habeat ad materiam et naturam.

5

Contra materialismum atheum edatur Symbolus anthropologicus.

6

Contra materialismum affirmetur primatus rerum supernaturalium.

7

Contra materialismum definiatur quis sit finis supernaturalis hominis.

---

tuan, Potentin et Marsicen, Novarien, Viglevanen, Baren, Faventin, Liburnen, Veronen, Mutinen, Camerinen, Acerrarum, Signin, Albinganen, Lucerin, Urbevetan, Abellinen, Arbanen, Polycastren, Volaterran, Brixien,Bobien, Lauden, Asculan in Piceno, Bovinen, Gindaren, Pupianen, Velitern, Theatin, Vicentin, Spiren, Bambergen, Gedanen, Eystetten, Rottenburgen, Aulonitan, Berolinen, Calydonien, Paderbornen, Camposin, Campi Grandis, Ephesin, Yucatanen, Matamoren, Caxien, Soldaien, Riohachaën, Guadalajaren, Sup. Gen. Ord. Bas S. Ios., Sup. Gen. Ord. SS. Trin., Abbas Gen. C. V. U. O. S. B.

2) Melphicten Iuvenacen et Terlitien.

3) Aquisgranen, Misnen, Conferentia Fuldensis.

4) Colonien, Conferentia Fuldensis.

5) Conferentia Fuldensis.

6) Aquen, Argentinen.

7) Meten.

8

Ob pericula progressus doctrinarum materialismi, oportet solemniter exponere doctrinam catholicam de dignitate hominis, filii Dei adoptivi.

9

Enuntiare expediret quantopere materialismus noxius sit etiam sub aspectu sociali.

10

Positio doctrinae catholicae circa omnes sequelas materialismi historici illustretur.

11

Praeter doctrinas materialisticas, Deum et res spirituales negantes (Marxismum, Existentialismum atheum, Laicismum), impugnetur etiam materialismus practicus, quo plurimi christiani imbuuntur.

12

Materialismi progressus causas habet: christianorum divisionem, civilizationem « technicam », operariorum miseriam et ignorantiam religiosam. Huius mali remedia sunt: fovere reditum dissidentium, evangelizatio « civilizationis technicae », evangelizatio operariorum et renovatio praedicationis.

13

Certandi causa adversus materialistas et marxistas, nonnulli christiani facilius assumunt philosophiam personalisticam vel idealisticam et « subiectivismi » fautores efficiuntur.

36. De Modernismo

1

Semen funestissimi modernismi non omnino deletum est, sed adhuc manifestatur in sic dicto « progressismo ». Error, propter

---

8) Dorylaën.
9) Beograden.
10) Caracen, Conchen, S. Crucis de Sierra, Yucatanen, Cajazeirasen, Maris Platen.
11) Myrinen, Engolismen.
12) Mimaten.
13) S. Claudii.
1) Pictavien, Meten.

eiusdem indeterminationem, difficilis captu evadit et praesertim incautis iuvenibus obsidet.

2

In multis serpent errores modernismi in re dogmatica, morali, biblica.

3

Resumatur damnatio modernismi et formarum ex eo exortarum, quae nunc inveniuntur in nova exegesi, « symbolica et spirituali » vocata, et in acceptatione alicuius « moralis conditionis vel practicae ».

4

Modernismus specificatur: falsa notione libertatis, quae simul una ex parte nimis extollitur et ex altera coarctatur; subiectivismo in rebus moralis catholicae; in secundo loco ponitur dependentia hominis a Deo et finis hominis supernaturalis; nimis minuitur notio « culpae » extollendo influxum complexuum psychicorum; relativismo in rebus fidei.

5

Larvata modernismi vestigia in interpretatione S. Scripturae, in evolutione dogmatum, in ipso sensu morali damnetur.

6

Error Neo-Modernismi improbetur.

---

2) Tutelen, Lomen, Civitatis Castellanae Hortan et Gallesin.
3) Rhedonen.
4) Valleguidonen.
5) Hispalen, Celsonen, Orthosien in Phoenicia, Limisen, Sionen, Oriolen, Mechlinien, Leodien, Druen, Bracharen, Telmissen.
6) Lucerin, Mutilen, S. Luciae, Bobien, Cremen, Bovinen, Collen, Rossanen, Biturgen, Fesulan, Venetiarum, Vallen in Lucania, Aesernien et Venafren, S. Agathae Gotorum, Fodian, Veronen, Mutilen, Apuanien, Brixien, Soanen-Pitilianen, Nolan, Theatin, Cremonen, Castellaneten, Preslaven, Riohachaen, Monterreyen, Antequeren, Syracusan.

7

In Concilio damnetur recrudescens modernismus, antiquae et aeternae veritates iterum affirmentur, erroresque reiciantur (ut v. g. quoad inspirationem S. Scripturae, divinam Ecclesiae constitutionem, infallibile magisterium, novissima, inferni et purgatorii existentiam, necessitatem medii baptismi etiam pro infantibus, valorem et sanctitatem exercitiorum pietatis).

8

Damnetur modernismus, qui reviviscit in syncretismo religioso, quod latenter propugnant multi fautores unitatis humani generis in unico Statu.

9

Improbetur modernismus, qui reviviscit sub specioso praetextu pastoralis officii evolutionis.

10

Damnationis opportunitas apparet ex hoc quod huiusmodi error, licet in coetu sacerdotali, saltem in Italia, eradicatus videatur, tamen inter excultos laicos, usu et ratione vitae, instanter serpit.

11

Ex modernismi erroribus novissimis temporibus nonnullae promanarunt falsae sententiae, quae praesertim inter clericos serpunt maximumque periculum praeseferunt. Modernismo damnato, Concilium decernat verum intra fines reducens.

12

Obligatio emittendi iusiurandum contra modernismum certis occasionibus potest tuto auferri.

---

7) Sup. Gen. Mission. Mill Hill.
8) Camposin.
9) Abyden.
10) Patavin.
11) Potentin et Marsicen.
12) Georgiopolitan.

37. De Monismo idealistico

1

Damnetur monismus idealisticus.

38. De « Moral rearmament »

1*

Error « Moral rearmament » damnetur.

39. De Nationalismo

1**

Damnetur nationalismus ac nimium stirpis suae exornandae studium, etiam sub specie « razzismi », « fascismi », « nazismi ».

2

Funesta tendentia enervandi nexum inter Sanctam Sedem et Episcopos fovetur maxime a Principibus novarum Nationum, ita ut radicetur in eorum mentibus desiderium trahendi Ecclesiam et Clerum intra ambitum stricte nationalem ac razialem. Clerus facile inficitur hoc spiritu nationalistico.

---

1) Firman.

1*) Dublinen.

1**) Venetiarum, Goritien, Asculan in Piceno, Bambergen, Colonien, Eystetten, Aulonitan, Canarien, Synnaden in Phrygia, Luxemburgen, Civitatis Jeffersonien, Petropolitan in Insula Longa, Dallasen-Arcis, Worthen, Tabuden, Legionen, Bluefielden, Antiochen Melch., Pelusitan Melch., Tarsen Melch., Hemesen Melch., Laodicen Melch., Sidonien Melch., Petren et Philadelphien, Aleppen Melch., Beryten et Gibailen Melch., de Nubia, Mariamnen, Paneaden, Ptolemaiden, Archimandrita Ordinis Basiliani Aleppen Melch., Archimandrita Ordinis Basiliani Ss. Salvatoris Melch., Archimandrita Ordinis Basiliani S. Ioannis Bapt. Melch., Sup. Gen. Societatis Missionariorum a S. Paulo, Aelaniticus, Lucerin, Medelitan, Fesulan, Neapolitan, Poncen, Caesarien Philippi, Lamen, Rusicaden, Silva Portuen, Barcusen, Cardiffen, Sup. Gen. Congr. CC. RR. S. Bernardi M. I.

2) Adelaiden.

3

Supernationalismus damnetur et obligatio acceptationis immigrantium declaretur.

40. De Naturalismo

1

Naturalismus damnetur.

2

Statuatur contra grassantem terrenismum factum vocationis hominum ad finem supernaturalem.

3*

Contra effata naturalismi iterum asseratur necessitas gratiae Christi.

4

Contra naturalismum repetatur doctrina peccati originalis eiusque effectuum.

5

Naturalismi damnationis necessitas eruitur praesertim ex eius influxu in theoriis paedagogicis.

---

3) Zacapen, Esmeralden, Ipaquen, Campi Grandis, Caesarien Philippi.

1) Callien et Pergulan, Albinganen, Mutilen, Fulginaten, Polycastren, Bobien, Cremen, Collen, Gindaren, Biturgen, Thagasten, Fesulan, Venetiarum, Triventin, Anglonen-Tursien, Bugellen, Iconien, Dianen, Pistorien, Boianen-Campobassen, Albae Pompeien, Fodian, Baren, Catacen et Squillacen, Aquilan, Mutinen, Teramen et Atrien, Camerinen, S. Severini-Treien, Siten, Placentin, Parmen, Serren in Macedonia, Fidentin, Carpen, Regien in Aemilia, Vindobonen, Maroneus, Macren, S. Hippolyti, Lincien, Metellopolitan, Guadalajaren, Camposin, Culiacanen, Salmantin, Jacen, Luxemburgen, Rapoten, Telmissen, Sup. Gen. Congr. Gall. O. S. B., Sup. Gen. Ord. Carm. Discalc., Sup. Gen. O. E. S. A.

2) Signin, Hydruntin.

3*) Lycien.

4) Patavin.

5) Firman, Novarien.

41. De Neomechanicismo

1

Neomechanicismus damnetur.

42. De Neo-paganismo

1*

Damnetur neo-paganismus.

43. De Nudismo

1**

Nudismus damnetur.

44. De Pansexualismo

1***

Pansexualismus damnetur.

45. De Pantheismo

1****

Damnetur pantheismus.

46. De Personalismo falso

1*****

Condemnetur falsus personalismus, qui conscientiam humanam supremum iudicem in re morali fingit esse. Reiciatur subiectivismus moralis, qui anarchiam inter catholicos fovet.

---

1) Ilcinen.
1*) Sabinen et Mandelen.
1**) Catacen et Squillacen, S. Severini-Treien.
1***) Ilcinen.
1****) Rupellen.
1*****) Arcen, Montis Albani, Montis Pessulani.

47. De Phaenomenismo

1

Phaenomenismus damnetur.

48. De Polygenismo

1*

Polygenismus damnetur.

2

Illustretur circa polygenismum quod nulla est contradictio inter fidem et rationem.

3

Polygenismus damnetur saltem quoad homines in terra post Adam ab eoque non prognatos.

4

Declaretur num dogmata Incarnationis et Redemptionis sese opponant possibilitati creaturarum quae rationales sint, in aliis planetis.

49. De Positivismo

1**

Positivismus damnetur, et reprobentur qui in re historica et scientifica methodo utuntur qui revera profluit a principiis positivismi.

---

1) Guluen.
1*) Taurinen, Firman, Sup. Gen. O. E. S. A.
2) Poncen.
3) Vercellen, Signin.
4) Poncen.
1**) Januen, Firman, Patavin, Gindaren, Tarsen, Syenitan, Chitrien, Aveiren, Dublinen, Thuggen, Bostonien, Marcopolitan, Philadelphien Ruthenorum.

50. De Pragmatismo

1

Pragmatismus damnetur.

51. De Problematicismo

1*

Problematicismus, contra quem vindicetur donum et virtus fidei, damnetur et reprobentur qui in re historica vel scientifica methodo utuntur quae a principiis protestantismi revera profluit.

52. De Prohibitione immigrationis

1**

Prohibitio immigrationis damnetur.

53. De Protestantismo

1***

Protestantismus damnetur, ipsius enim progressus sunt magni momenti.

2

Studium exhaustivum habeatur de methodo et forma laborandi protestantismi et viri, ingenio et virtute praestantes, in hoc problemate exerceantur.

3

Normae tradantur circa relationes cum sectis protestantibus, cuius proselytismus est periculum imminens contra positiones

---

1) Veronen, Cenen, Siopolitan.
1*) Veronen, Patavin, Lycien, Januen, Medelitan, Gindaren.
1**) Nauplien.
1***) S. Rosae in Argentina, Ss. Conceptionis de Araguaya, Conchen, Carpathien, Requenaën, S. Crucis de Sierra, Antequeren, Silva Portuen.
2) Tabuden.
3) Risinitan.

Ecclesiae Catholicae. Protestantes utuntur scholis propriis, operibus beneficentiae, servitiis socialibus, ut mediis propagationis.

4

Unus sit modus agendi circa associationes protestanticas, Rotary Club, etc.

5

Adsit actio diplomatica ut Gubernium U.S.A. impedimenta praebeat sectis protestanticis, qui affluunt in America Latina. Sufficiens sit pro eis positiones conservare.

6

Neoprotestantismus damnetur.

7

Quidam quoad doctrinam negant Traditionis valorem, se unice referentes ad S. Scripturam libere interpretatam: quoad S. Liturgiam, quidam sacerdotes, praesertim in celebratione Missae, vernacula lingua abusive utuntur. Ideoque leges edicantur ut spiritus oboedientiae erga S. Romanam Ecclesiam in animis tam sacerdotum quam fidelium renovetur.

8

Ratio cogitandi et agendi protestantium valde favet psychologiae et propensionibus opificum et operariorum, qui, considerationibus supernaturalibus omissis, omnia sub naturali lumine eventuum, lucri, utilitatis considerant. Inde originem ducunt quaedam effata sicut e. g. « Ecclesia docet vel iubet hoc vel illud, sed fides mea aliud a me expostulat ».

---

4) Caëtiten.
5) Rivi Quarti.
6) Burdigalen.
7) Marcianen.
8) Pictavien.

9

In multis serpunt errores protestantismi in re dogmatica, morali et biblica.

10

In quibusdam iunioribus clericis perniciosa est propensio ad quemdam « evangelismum », id est ad Sanctarum Scripturarum privatam interpretationem extra omnem traditionem legesque institutas ab Ecclesia.

Praeterea ipsi difficulter regulas ecclesiasticas suscipiunt circa coelibatum et haeresis protestantica vim attractivam in eos exercet.

54. De Psychanalysi

1

Damnetur Psychanalysis.

55. De Rationalismo

1*

Rationalismus damnetur.

2

Contra primatum rationis humanae definiatur rerum ordo quae naturam exsuperant et evincunt.

56. De Relativismo dogmatico

1**

Damnetur relativismus dogmaticus.

---

9) Tutelen.
10) Montis Pessulani.
1) Campi Grandis.
1*) Legionen, Compostellan, Sionen, Darienen.
2) Veronen, Patavin, Asculan Apul. et Ceriniolen, Baren.
1**) Montis Regalis, Firman, Mantuan Viglevanen, Baren, Faventin, Bosanen, Pinnen-Piscarien, Urbevetan, Volaterran, Lauden, Asculan in Piceno, Salernitan, Senogallien, Venetiarum, Nolan, Bambergen, Fargen, Atrebaten, Engolismen,

2

Concilium, reiecto relativismo dogmatico, qui graviter manifestatur in scientia et philosophia, declaret valorem ontologicum et perennem primorum principiorum rationis, quae sunt fundamentum apologeticae.

3

Dicatur quod veritas est immutabilis ac aeterna sed subiective admittit aliquam evolutionem quoad adaequatiorem cognitionem.

4

Contra relativistas animadvertenda est validitas humanae rationis ad veritatem et certitudinem adipiscendam.

57. De Saecularismo

1

Damnetur saecularismus.

58. De secta Francomurariorum

1*

Secta francomurariorum damnetur.

Syenitan, Petriculan, Petriculan in Insula Longa, S. Clodoaldi, Tingitan, Matriten, Celsonen, Barcinonen, Pampilonen, Sionen, Salmantin, Loiden, Sup. Gen. Ord. Carm. Discalc., Abbas Gen. C.V.U.O.S.B., Sup. Gen. O.E.S.A.

2) Taurinen.

3) Goritien.

4) Victorien Venetorum.

1) Riverormen, Siopolitan.

1*) Veronen, Marsorum, Rhodien, Antiochen Melch., Hemesen Melch., Tyren Melch., Sidonien Melch., Heliopolitan Melch., Aleppen Melch., Beryten et Gibailen Melch., Pelusitan Melch., Tarsen Melch., Laodicen Melch., de Nubia, Bostren et Auranen Melch., Petren et Philadelphien, Ptolemaiden, Paneaden, Mariamnen, Archimandrita Ordinis Ba-

2

C. 2335 C. I. C. non distinguit inter massones; qui vero sectae associantur rei causa oeconomicae tantum, benignius respici viderentur.

3

Poena, de qua in canone 2335 C. I. C., sit tantum pro « pertinaciter adhaerentibus ».

4

Unus sit modus agendi relate ad sectam massonicam.

5

Ordo « Massonicus » absolute opponitur ordini catholico. Periculum est actualissimum. (NB. Attulit studium valde accuratum).

6

Desideratur commutatio poenarum sociorum sectae massonicae vel revisio status quaestionis.

59. De Socialismo

1

Socialismus damnetur.

---

sil. Aleppen. Melch., Archimandrita Ord. Basiliani Melch. Ss. Salvatoris, Archimandrita Ord. Basiliani S. Ioannis Baptistae Melch., Sup. Gen. Societatis Missionariorum a S. Paulo, S. Ioannis de Cuyo, S. Dominici, S. Rosae de Copan, S. Salvatoris in Brasilia, Guatimalen, S. Marci in Guatimala, Alten, S. Iacobi de Maria, Verapacen, S. Annae, Granaten, Jalapen in Guatimala, S. Vincentii, S. Michaëlis, Trajanopolitan in Phrygia, Achollitan, Pudentianae, Alajuelen, Limonen, S. Isidori, Curubitan, Immaculatae Conceptionis B. M. V. in Olancho, Sup. Gen. Ord. Bas. S. Ios.

2) Garanhunen.

3) Tampicen.

4) Caëtiten.

5) Jacarèzinhoen.

6) Belemen de Parà.

1) Asculan Apul. et Ceriniolen, S. Agathae Gothorum, Assisien, Matriten, Seguntin, Caesaraugustan, Salmantin, Posnanien, Aveiren, Dublinen, Rhodien, Albae Regalen, Nicoletan.

60. De Syncretismo

1

Damnetur syncretismus.

61. De Spiritismo

1*

Spiritismus damnetur.

62. De Spiritistarum Metempsychosis

1**

Metempsychosis spiritistarum improbetur.

63. De Spiritualismo

1***

Spiritualismus damnetur ut vera haeresis.

64. De Superstitione

1****

Denuo damnetur superstitio, praeprimis formae modernae fetichisticae et horologicae.

2

Reprobentur et prohibeantur superstitio et veneratio quasi paganistica B. M. V. et aliorum Sanctorum, quae viget in quibusdam regionibus, praesertim in America meridionali, partim etiam in aliquibus civitatibus Europae.

---

1) Gonayvesen, Portus Pacis.

1*) Celsonen, Dalisanden in Isauria, Tarraconen, Huelven, Cuiaben, S. Ioannis de Cuyo, Assisen, Rivi Quarti, Bonfimen, Adamanteae, Caxien, Antequeren, Marilien, Corinthien, Ebusitan.

1**) Campi Grandis, S. Salvatoris in Brasilia.

1***) S. Ioannis de Cuyo, Assisen, Rivi Quarti, Bonfimen, Adamanteae, Caxien, Antequeren, Marilien.

1****) Ostracinen, Aquisgranen.

2) Hildesheien, Phytean.

65. De Technicismo

1

Damnetur technicismus.

66. De « Testibus Jehova »

1*

Error « Testium Jehova » damnetur.

67. De Theosophia

1**

Theosophia damnetur.

68. De Totalitarismo seu Statolatria

1***

Totalitarismus seu statolatria et errores inde derivantes damnentur.

69. De Utilitarismo

1****

Utilitarismus damnetur.

---

1) Suessionen, Aquen, Ebroicen, Argentinen, Sup. Gen. Barnab.

1*) Dalisanden in Isauria, Tarraconen.

1**) Ebusitan, Dalisanden in Isauria, Tarraconen.

1***) Aelaniticus, Asculan in Piceno, Civitatis Castellanae Hortan et Gallesin, Matriten, Canarien, Eboren, Mandetrien, Culmen, Sinianden, Posnanien, Leucaden, Laganitan, Rusicaden, Bluefielden, Petropolitan in Insula Longa.

1****) Patavin.

NORMAE GENERALES
CODICIS IURIS CANONICI

NORMAE GENERALES

1. De necessitate seu opportunitate revisionis C. I. C.

1

Legislatio Ecclesiae (C.I.C.) sit vere universalis: ideoque a C.I.C. auferatur quidquid particulare est, ita ut respondeat exigentiis totius Ecclesiae.

2

Totus Codex Iuris Canonici revisioni tradatur, leges iam abrogatae supprimantur et incorporentur illi novae dispositiones Sedis Apostolicae.

3

Paretur a canonistis emendatio C. I. C. ante Concilii convocationem et schema ab ipsis elaboratum mittatur omnibus Episcopis, ut inde in celebratione Concilii de novo Codice disceptare possint.

4

In C. I. C. vitentur exceptiones, quae legis intellectionem et exsecutionem arduam faciunt.

5

C. I. C. ad formam magis simplicem reducatur.

6

Quo minutius ac magis explicite canones rediguntur eo usu facilior evadet Codex. Teste enim experientia, quae in lege implicite tantum continentur plerumque ignorantur.

---

1) Staurópolitan.
2) Neo-Eboracen, Caebuan.
3) Kingstonen.
4) Dianen.
5) Kroonstaden.
6) Nairobien.

7

Ius canonicum secundum hodierna adiuncta accomodetur, omnes illae quaestiones disputatae provenientes ex dubio legis expurgentur, taxative determinando legem (praesertim cum de validitate actionum agatur).

8

Leges ecclesiasticae habeant externam formam magis accomodatam externae formae legum civilium, scilicet formam magis perfectam.

9

Patres totis viribus enitantur omnes leges et statuta Ecclesiae simplicioribus quamvis praecisis formulis exprimere. Leges, quae ad fidelium institutionem pertinent, sint clarae, lucidae et eorum captui accomodatae; quod maxime ad quaestiones de Matrimonio se refert. De populis recenter Ecclesiae in Africa, Asia et Oceania aggregatis speciali modo cogitandum est; difficillimum enim hodie est illos doctrinam de Matrimonio docere.

10

Disputabilia quaedam, quae iam in recenti iure Orientalium soluta sunt, eodem modo solvere oporteret et in C. I. C.

11

Multae leges, quae in iure Orientalium continentur, inveniuntur etiam in C. I. C.; nihil ergo facilius utrumque componere in unum.

12

Ad maiorem legibus Ecclesiasticis vigorem conferendum, videtur perutile esse earumdem numerum reducere ita tamen ut dispensationes et rescripta non multiplicentur; et hoc dicatur etiam de legibus liturgicis.

---

7) Laginen.
8) Daulien.
9) Attalen in Pamphylia.
10) Dublinen, Mindonien, Santanderien.
11) Justinianen.
12) Hadrianopolitan in Haemimonto.

13

In praesenti C. I. C. continetur disciplina, quae, quo maiore subtilitate particularia complectitur, eo minore efficacia gaudet.

14

Decet leges disciplinares a S. Sede modo generali tantum promulgari et potestatem tribuere eas interpretandi Concilio plenario gentis vel regionis, quod melius valet opportunam et efficacem applicationem earum curare iuxta consuetudinem et necessitatem singulorum.

15

Leges ecclesiasticae, praesertim quae de Religiosis, de Nullitate Matrimonii, de Privilegio Fidei eiusque extensione in favorem Fidei, et de Delictis et Poenis, simplificentur et ad moderniorem usum revocentur, ita ut competentes saepe fiant Ordinarii locorum ad tales quaestiones definitive solvendas.

16

Facultas detur Conferentiis Episcopalibus adaptandi legislationem generalem Ecclesiae ad adiuncta localia specialia.

17

Eas leges, quas periti diverso modo interpretati sunt, in quantum fieri potest, clarae fiant, e. g. cc. 105; 1037; 1971; 2197.

18

Data hodierna locorum intercommunicatione, tum clerici tum laici ad quamlibet mundi partem pervenientes eamdem agendi rationem inveniant.

---

13) Buscoducen.
14) Carolinapolitan.
15) Bumburien.
16) Nelloren.
17) Clogherien.
18) Oveten, Ebusitan.

19

In iure canonico distinguatur pars essentialis, quae ad universam Ecclesiam spectat, et pars directiva, quae accomodari possit secundum diversa loca (praesertim agitur de tribus primis libris C.I.C.).

20

Aptetur disciplina ecclesiastica ad mores variarum nationum.

21

Abrogentur leges e quibus faciliter dispensatur.

22

Peracto Concilio, redactio fiat Codicis cum iis additionibus et interpretationibus quae praesenti rerum statui accomodatiores videbuntur.

23

Revisio C. I. C. peritis committatur.

24

Inserantur in C. I. C. interpretationes authenticae Commissionis ad Codicis authentice canones interpretandos et nova Decreta generalia quae post Codicem data sunt.

25

Multa indulta, quae nunc in usu habentur, in unum corpus redigantur cum editione renovata C. I. C.

26

Optabiles omnino essent novae editiones C. I. C., v. g. singulis decenniis, cum mutationibus introductis in praecedenti periodo et adiectis decisionibus Commissionis pro interpretatione C. I. C.

---

19) Laginen.
20) Calicuten, Ordinarii Indonesiae.
21) Doaren, Lomzen.
22) Petriculan, Manchesterien.
23) Hamiltonen.
24) Bruklynien, Trichurien, Madhuraien, Nelloren, Hyderabaden.
25) Rheginen.
26) Pessinuntin.

27

Necessaria videtur separata editio C. I. C. pro laicis.

28

Liber I « De Normis » in simpliciorem formam redigatur.

29

Habeat C. I. C. normas generales et peculiares, ne sint necessaria indulta pro regimine dioeceseon; prae oculis autem bene habeatur in promulgandis legibus evolutio continua societatis.

2. De Codice Ecclesiae Orientalis

1

Laudandum esset si occasione Concilii Oecumenici totus Codex iuris canonici Orientalis publicaretur, cum explanationibus necessariis vel opportunis, ut omnes Orientales catholici determinatam haberent normam agendi.

2

Ius canonicum Ecclesiae Orientalis concordare oportet, quantum fieri potest, cum iure canonico Ecclesiae latinae.

3

Pro tota Ecclesia Orientali unica sit disciplina quoad ieiunium et sacra tempora. Solvatur etiam oportet quaestio de diebus festis qui in dies negotiorum cadunt.

---

27) Siedlcen.
28) Judiciforen.
29) Sherbrooken, Nicoletan, Jolietien in Illinois.

1) Pittsburgen.
2) Kingstonen, Hamiltonen.
3) Edmontonen Ruthenorum.

4

In regione Canadensi, quae non est regio Orientalis, applicatio aliquorum canonum pro Ecclesia Orientali est nimis difficilis. Istae leges (e. g. circa celebrationem matrimonii, administrationem baptismi, transitum ad alium ritum, etc.) excitant controversiam et repugnantiam atque etiam afferunt detrimentum fidei inter fideles Orientales qui nati sunt et ab infantia adolerunt in illa regione et qui omnino ignorant linguam et mores Orientales. Quaedam familiae Orientales ad tertiam vel quartam generationem in ditione Canadensi pervenerunt. Fortasse applicatio istarum legum mitiganda est vel definitio nova adhaerentium diversis ritibus, quae non trahatur ab origine gentis, facienda est.

3. De Legibus

1

Notio iuris paulatim corrupta est inter clericos. Leges enim eccl. saepius non percipiuntur ut obligatoriae et clerici, caeteroquin bona fide et virtute praediti, non cunctantur asserere se non adstringi ad eas servandas: sub specie custodiendi « spiritum legis », « litteram » negligunt. Ideoque, interpretationem authenticam legis despicientes propriumque arbitrium sequentes, isti clerici disciplinam enervant et scandalum populo afferunt.

2

Necessarius est interventus Auctoritatis Supremae ad tuendam disciplinam Ecclesiae, quia multi abusive retinent, ut regulam excusantem, principium « lex non obligat cum tanto incommodo », et omittunt recitationem Breviarii cum extrema facilitate, non observant praescriptiones circa ieiunium eucharisticum, quaerunt excusationem actionum contra castitatem in « necessitate » physica, psychologica, sociali. Coniugibus proponunt illam moralem quam « de situatione » vocant et etiam « amplexum reservatum ».

---

4) Calgarien, Nelsonen, Ephesin, Edmontonen, Principis Alberten, S. Pauli in Alberta, Vancuverien, Naissitan, Saskatoonen.

1) Trecen, Marcianen, Cadurcen, Pictavien.

2) Tutelen, Montis Pessulani.

3

Commendetur tam clero quam laicis catholicis ut submittant sensum suum decretis dogmaticis ac disciplinaribus Romanae Ecclesiae. Talis instantia urget coram modernis erroribus atque influxu magis manifesto materialismi, laicismi, historicismi et alicuius veri neo-protestantismi. Multi enim catholici putant se unice fidere, in casibus difficilioribus, suae propriae conscientiae, speciatim in re sociali et politica, vel Evangelii interpretationi modernisticae aut progressistae, abstractione facta a monitis declarationibusque Episcoporum et S. Sedis. Exageratur distinctio a quibusdam inter Ecclesiam, hierarchice constitutam, et Ecclesiam inspiratione invisibili S. Spiritus motam.

4

Deploretur « anarchicus animus » quo solent etiam fideles, immo et non pauci clerici, spernere legum Ecclesiae observationem, quae eorum menti, iudicio, aut beneplacito contradicunt. Exemplum sit, inter alias, lex Indicis, quam multi, praesertim iuvenes, vituperant. Illa insuper regnat mens vi cuius legem Ecclesiae, quam dicunt inopportunam, violare eo fine oportet ut paulatim in desuetudinem abeat et abrogetur.

5

Serio examini subiiciatur, an pro iis, qui non in Ecclesia sunt baptizati vel ad eam conversi, urgeri debeant leges mere ecclesiasticae, quibus de iure subiiciuntur.

6

Legibus mere ecclesiasticis subdantur ii tantum qui in Ecclesia catholica baptizati fuerint vel ad eam conversi, seposita obscuritate can. 12.

---

3) Burdigalen.
4) Engolismen.
5) Aquisgranen.
6) Sidonien.

4. De Verborum Significatione

1

Titulus *de verborum significatione* Codici inseratur ad sensum verborum melius intelligendum et ad melius explanandam connexionem totius Codicis.

2

Univoca et clara terminologia desideratur maxime quoad leges irritantes et inhabilitantes, quoad facultatem et licentiam. Definitores ne laborent defectu consequentiae.

3

Terminologia in C. I. C. constans sit.

4

Emendetur C. I. C. ita ut termini legales semper eumdem sensum habeant vel servent.

5

Optatur determinata verba in legibus eccl. univocam acceptionem semper habere: v. g. statuantur verba quae semper afficiant validitatem; pariterque quae semper respiciant liceitatem. « Consilium » semper exprimere deberet votum consultivum ad liceitatem quaesitum; « consensus » semper exprimere deberet quid praecipiatur ad validitatem.

6

Terminologia C. I. C. omnibus in locis una eademque sit, e. g. in iure matrimoniali « licentia assistendi » quae vox in can. 1095 § 2 et in can. 1096 aliter sonat ac in can. 1097.

---

1) Neo-Eboracen, Bambergen.
2) Berolinen.
3) Civitatis Reginae.
4) Corporis Christi, Citren, Jolietien in Illinois, S. Ludovici.
5) Acheruntin.
6) Carysten.

7

Termini technici clarius definiantur, e. g. « Ordinarius », « Matrimonium legitimum », etc.

5. De Consuetudine

1

Amplior sit legislatio de consuetudinibus.

6. De temporis Supputatione

1*

Generalis et unica supputatio temporis fiat fixa pro universa Ecclesia.

2

In temporis supputatione sequi oportet tantum tempus usuale loci.

7. De Rescriptis

1**

Faciliores fiant rescriptorum sive concessiones sive exsecutiones.

8. De Privilegiis

1***

Doctrina de privilegiis in Ecclesia examini subiiciatur.

2*

Privilegia aboleantur, quia unitas iuris frangitur et implicatur.

---

7) Herbipolen, Calydonien.
1) Legionen.
1*) Aquisgranen.
2) Caesenaten.
1**) Taurinen.
1***) Tabuden.
2*) Imae Telluris et Pointapitren, Poglen, Portus Principis.

3

Omnia privilegia perpetua quae extra Codicem sunt abrogentur.

4

Communicatio privilegiorum aboleatur.

5

Privilegia reducantur ne sit clericorum coetus regnum divisionum et privilegiorum.

6

Revisio omnium privilegiorum et abrogatio eorum quae non fovent bonum animarum et auctoritatem Episcopi necessaria est.

7

Reducantur privilegia quae « mentalitati et sensui iuridico moderno » minime congruunt, quaeque pugnant cum « sensibilitate » sociali huius saeculi.

8

Privilegia odiosa revocentur (e. g. privilegium una Missa 30 Missis gregorianis satisfaciendi; dispensationes ab abstinentia pecunia obtentae etc.).

9

Privilegia regularium in bonum commune concessa omnibus concedenda sunt.

10

Antiqua iura et privilegia sarta tectaque serventur nisi obstet communis disciplina.

11

Benedictiones singulis personis, sodalitatibus, congregationibus vel ordinibus reservatae (viae crucis, rosariorum etc.) ad omnes sacerdotes extendantur.

---

3) Daonien, Varsavien et Gnesnen.
4) Taurinen, Caesenaten.
5) Interamnen et Narnien.
6) Caesarien in Bithynia, Caesenaten.
7) Caesarien Philippi.
8) Sup. Gen. Congr. Bav. O. S. B.
9) Victorien Spiritus Sancti.
10) Sebasten in Cilicia.
11) Sup. Gen. Congr. Bav. O. S. B.

9. De Dispensationibus

1

Cum agatur de facultatibus, dispensationibus etc. quae novitatem sapiunt aut aliquid contineant in quo caute procedendum sit, facultates concedantur ad breve tempus, v. g. ad triennium, et ad experimentum.

Sed quando agitur de facultatibus et dispensationibus quas S. Sedes semper concedit, e. g. binationes, trinationes etc., concessio saltem ad quinquennium facienda esset.

In concedendis facultatibus, dispensationibus et similibus, desideratur maior uniformitas ad vitanda dubia, errores etc.

2

Ordinarii locorum et parochi, qui vi legis sive ex indulto potestate gaudeant dispensandi super legibus ecclesiasticis, eamdem potestatem exercere valeant in favorem non tantum propriorum subditorum, verum etiam in favorem omnium in proprio territorio actu commorantium.

10. De Potestate Ordinaria et Delegata

1*

Lex statuat casus in quibus delegatio (ad validitatem) scriptis dare debeat; pariterque indicentur casus in quibus actus positi invalidi sunt, si auctorizatio scripta non fuerit antecedenter concessa.

2*

Clarius significare « errorem communem » in can. 209 oportet.

---

1) Acheruntin.
2) Sidonien.
1*) Acheruntin.
2*) Bruklynien, Chitrien, Czestochovien, Lucen in Hispania, Sup. Gen. O. E. S. A.

DE PERSONIS

DE PERSONIS

1. De Personis in genere

1

Hodie constat infantes usum rationis habere completo anno sexto vel inter quintum annum completum et sextum.

2

Iuvenis maior efficiatur iuxta praescripta iuris civilis in singulis Statibus, non tamen infra 18 annorum vitae.

3

Maior sit qui decimum octavum aetatis suae annum complevit.

4

Quoad c. 92, tempus quo domicilium acquiritur sit commoratio tantum ad quinquennium protracta.

5

Contra c. 102 § 2, exigantur saltem 3 vel 5 membra.

6

Expurgatis actualibus dispositionibus fragmentariis, statuatur c. 104 bis, pro resarciendis damnis provenientibus ex factis illicitis.

7

Quoad c. 105, supprimatur differentia inter « de consensu » et « de consilio ».

---

1) Dedzaën.
2) Varsavien et Gnesnen.
3) Daonien.
4) Citharizen.
5) S. Sebastiani Fluminis Januarii.
6) Medellen.
7) Risinitan.

2. De Personis quoad Ritus

1

Ritus vigentes in Ecclesia sancte retineantur. Transitio ad alium ritum fiat ex gravi necessitate.

2

Obligentur ecclesiastici latini ritus Orientales ritus aestimare. Prohibeatur autem transitus ad latinum ritum fidelibus Orientalis ritus.

3

Uniformitas statuatur in ritibus; a pluralitate rituum duxerunt saepe originem difformitates in fide.

4

Uniformitas statuatur in ritibus, ideoque aboleantur ritus minoris momenti, ut v. g. ambrosianus.

5

Aptum remedium inveniatur incommodis, quae bono animarum et Ecclesiae oriuntur a multiplicatis iurisdictionibus ecclesiasticis pro variis ritibus in certis regionibus ecclesiasticis, imprimis in Oriente et in India meridionali. Intermixtae iurisdictiones personales in eodem territorio nocent unitati et auctoritati Ecclesiae.

6

Facilior reddatur facultas optandi ritum, praesertim in re matrimoniali.

---

1) Zeugmaten in Syria.
2) Saskatoonen Ruthenorum.
3) Tacnen, Portus Veteris.
4) Zacapen.
5) Sup. Gen. Soc. Iesu.
6) S. Pauli in Brasilia, Chalciden in Syria, Brian, Attuden, Lauzaden, Lagen, Euroeen in Epiro, Soldaien.

7

Liceat fideli ritus cuiusvis orientalis ad ritum latinum modo expeditiori se transferre, sine mora atque prolixitatibus hodie adamussim obtemperantibus.

8

Facilior reddatur mutatio ritus immigrantium, quia falso aliqui arbitrantur haud cives esse qui non sequuntur ritum latinum et ita nolunt recipere sacramenta in ecclesiis ritus rutheni.

9

Facilius concedatur transitus ad alium ritum, quando ritus a quo caret sacerdote proprio in regione.

10

Orientales, qui permanenter in territorio ritus latini commorantur, sint pleni iuris membra ritus latini, si ita desiderant.

11

Petitiones mutandi ritus decidantur ab Ordinario a quo.

12

Solvatur quaestio de Orientalibus catholicis praesertim in St. Foed. Am. Sept., qui nolunt ritibus suis adhaerere.

13

Declaretur ut filii, ex matrimonio viri et mulieris diversi ritus nati, in Oriente educentur orientali ritu, in Occidente vero occidentali ritu.

---

7) Curen (Tit.), Syracusen, Albanen in America, Pittsburgen Reginaten.

8) De Ponta Grossa, Rhoinen, Montisvidei, Soldaien.

9) Rivi Nigri, Riopreten, Altaven, S. Ludovici in Argentina.

10) Kroonstaden.

11) Philadelphien Ruth., Zeugmaten in Syria.

12) Manchesterien.

13) Adm. Ap. Exarchatus Constantinopolitani.

14

Acatholici orientales et occidentales aequalem facultatem habeant seligendi ritum, ubi convertuntur.

15

Can. 11 C. I. C. Orientalis ita mutetur ut acatholici ad fidem conversi proprium conservare ritum semper teneantur. Quod si recusent, ipsi coram Catholico Hierarcha eiusdem ritus a quo devenerunt sistant, cui proprium erit iudicare num gratiam concedi necne expediat. Saepe enim acatholici ad fidem conversi et simul in ritum a proprio diversum reducti, ab alimento spirituali, ex sacra liturgia profluente, privati remanent.

16

Detur populis maior libertas, ut suo modo Deum glorificent.

17

Tractetur quaestio de modo agendi cum graecis sic dictis Orthodoxis, qui suos adhaerentes excommunicant quando cum parte catholica matrimonium mixtum contrahunt.

---

14) Antiochen Syrorum, Nacolen, Aleppen Syrorum, Damascen Syrorum, Spinen Syrorum, Babylonen Syrorum, Edessen in Osrhoëne, Larissen in Syria, Mausilien Syrorum.

15) Adm. Ap. Exarchatus Constantinopolitani.

16) Tarsen.

17) Manchesterien.

DISCIPLINA CLERI

I. DE CLERICIS IN GENERE

1. De Statu Clericali

1

Status clericalis reducatur solummodo ad sacramentum Ordinis, a diaconatu incipientis.

2. De Adscriptione Clericorum alicui dioecesi seu de Partitione Cleri

1*

Tractandum est problema de distributione aequa cleri inter dioeceses et nationes.

---

1) Aquisgranen.

1*) Ss. Assumptionis, Belizen, Poncen, Riohachaën, Nicomedien, Tapacolen, Capitis Haitiani, Zipaquiren, Rivibamben, Soldaien, Mazatlanen, Huarien, Belemen de Parà, Judiciforen, Maris Platen, Portus Principis, Reconquisten, Laodicen, Mbuluen, Lagoueten, Berberaten, Konakrien, Calabaren, Guluen, Fianarantsoaën, Ondoën, Lilongwen, Livingstonen, Ogogiaen, Assien, Synnaden in Phrygia, Majoricen, Albasiten, Calaguritan et Calceaten, Valentin, Dardan, Santanderien, Victorien, Baren in Pisidia, Pharaonen, Beien, Elphinen, Uzipparitan, Achaden, Miden, Ruremonden, Roterodamen, Groningen, Leopolien Latinorum, Tyanen, Hierapolitan in Phrygia, Hadrianien in Hellesponto, Troian, Bononien, Massan, Caven et Sarnen, Triventin, Perusin, Victorien Venetorum, Civitatis Castellanae Hortan et Gallesin, Bergomen, Novarien, Thennesien, Auximan et Cingulan, Eutymen, Comaclen, Nucerin, Sarsinaten, Materaten, Bobien, Beneventan, Cremen, Ragusien, Pupianen, Theodosiopolitan in Arcadia, Thessalonicen, Colonien, Calydonien, Constantien, Tarantasien, Docleen, Aquen, Carnuten, Massilien, Antiochen parvus, Manchesterien, Sup. Gen. Presbyt. a SS. Stigmat., Sup. Gen. Mission. S. Patritii, Sup. Gen. Mission. Sp. S., Sup. Gen. Marist., Sup. Gen. Congr. Calabria.

2

Providendum est ut vocationes inserviant corpori Ecclesiae non membris minimis in damnum Corporis.

3

Inveniatur modus melioris distributionis sacerdotum in universa Ecclesia ita ut dioeceses, quae plures habent sacerdotes, et ipsi sacerdotes compellantur operam praestare in dioecesibus ubi pauci sunt sacerdotes.

4

Per novas leges facilior fiat distributio cleri, saltem in ambitu regionis, et organum instituatur, quod munere distributionis auctoritative fungatur.

5

Magis aequa sacerdotum distributio provideatur ita ut dioeceses, in quibus copia est, alias adiuvent.

6

Collatio fiat inter diversas nationes de exiguo numero sacerdotum dioecesanorum et de necessitate plurium sacerdotum habendorum.

7

Inter theologiae alumnos instituatur melior distributio.

8

Agatur de auxilio praebendo dioecesibus clero dioecesano carentibus, praesertim in Seminariis dioecesanis initiandis et in vocationibus sacerdotalibus favendis.

---

2) Papien.
3) Goan.
4) Tarquinien et Centumcellarum, Firman, Campanien, Albae Pompeien.
5) Miamien.
6) Grandormen, Abbas Gen. C. V. U. O. S. B.
7) Messenien.
8) Auratopolitan.

9

Oportet notiones dioecesis et incardinationis tutari: illa incardinatio non solum est iuridica (cum optimis consequentiis), sed sacerdotibus incardinatis profunde cordi est: amare proximos magis quam remotos est secundum legem moralem. Ecclesia dioecesana eligitur et diligitur ut sponsa: nullum divortium est faciendum.

10

Si examini subiiciatur quaestio de proportionali distributione sacerdotum inter diversas dioeceses et nationes, prae oculis habeatur gravissimum periculum vitandum ne scilicet vocationum fontes imprudentibus inceptis exsiccentur.

11

S. Sedes, auditis moderatoribus, disponat de sacerdotibus, de religiosis (et de laicis) pro locorum et operum necessitate.

12

Unice pendeat a S. Sede cleri partitio.

13

Officium centrale constituatur pro partitione cleri.

14

Instituantur Pontificia Commissio et Commissiones Nationales dependentes pro clero distribuendo sive religioso sive saeculari in singulis nationibus et in universa Ecclesia.

---

9) Bisuntin.
10) Nanceien et Tullen.
11) Ordinarii Indonesiae.
12) Maracayan, Ss. Conceptionis.
13) Ss. Conceptionis, Succursen et S. Aegidii.
14) Caesaraugustan, Hispalen, Caurien-Castrorum Caeciliorum, Spalaten et Macarscen.

15

S. Sedes exigat ab Episcopis cuiuscumque dioeceseos numerum praefinitum sacerdotum pro Missionibus et aliis dioecesibus quae vocationum inopia laborant.

16

S. Sedes vel aliqua ab ea constituta auctoritas mittat sacerdotes extra dioecesim ad regiones, sive in propria natione sive in aliena, secundum diversas exigentias.

17

S. Congregatio Concistorialis, inquisitione facta, aeque clerum (iam sacerdotes vel potius seminaristas) distribuat inter dioeceses secundum earum exigentias.

18

Instituatur apud S. Congregationem Religiosorum vel Concilii quoddam iuridicum instrumentum, quod de religiosis missionariis vel sacerdotibus dioecesanis ad nutum disponere possit, ut sanari possit in quibusdam dioecesibus gravis penuria cleri, qui e contra in aliis dioecesibus abundat.

19

Facultas pro translatione clericorum saltem in ambitu cuiuscumque nationis existenti vel novae Congregationi tribuatur.

20

Creetur Commissio Internationalis pro meliore partitione in mundo sacerdotum tam saecularium quam regularium.

21

Dioeceses « patronae » earum quae sacerdotibus carent statuantur.

---

15) Cercinitan, Malacitan.
16) Arcen, Avenionen, Andegaven.
17) Burdigalen.
18) Cariaten, Aquilan.
19) Gallipolitan, Nucerin Paganorum.
20) Bennefen, Lacus Moëri.
21) Copiapöen.

22

Translatio cleri si fiat ab una ad aliam dioecesim, si fiat ab auctoritate apostolica, seminarium dioecesis a qua oeconomice faveatur per aliquam fundationem perpetuam a dioecesi ad quam, et hoc ad maius fovendum vocationum opus.

23

Plura seminaria erigantur pro dioecesibus sine clero.

24

Saltem intra eiusdem nationis fines, magis idonea partitio cleri habeatur.

25

Constituantur in omnibus nationibus sub auctoritate Cardinalium et Archiepiscoporum, commissiones interdioecesanae ad meliorem distributionem sacerdotum statuendam.

26

Aequa clericorum distributio commendetur Episcoporum conventibus provincialibus vel regionalibus.

27

Declaretur verum officium pastorale Episcoporum sacerdotes offere dioecesibus clero indigentibus, immo et Missionibus.

28

Cum in multis regionibus vocationes sacerdotales haud sufficiant locorum necessitatibus, in aliis vero abundent, imponatur vel enixe commendetur Ordinariis, quibus non deest copia sacerdotum, ut quos disponibiles habent aliis dioecesibus, sufficienti clero carentibus, cedant.

---

22) Maceraten et Tolentin.
23) Caesenaten.
24) Serenen.
25) Arcis Lamy.
26) Hadrianopolitan in Haemimonto.
27) Abulen, Dausaren, Limisen.
28) Sup. Gen. Congr. Cisterc. in Italia.

29

Cur illae dioeceses cum clero numeroso non possent tempore Adventus vel Quadragesimae operam ferre dioecesibus suae nationis clero carentibus?

30

Dioeceses, vocationibus sacerdotalibus divites, alterius dioecesis patronatum suscipiant, eidem sacerdotes ad aliquod tempus tradentes.

31

Episcopis facultas sit melius sacerdotes distribuendi in ipsa dioecesi, nam conglobatio plurium paroeciarum oppositionem habet in clero et in populo.

32

Ordinarii locorum, in quibus fides catholica florescit, permittant aliquibus sacerdotibus dioecesanis per diversos annos servitia dedicare dioecesibus quae laborant paucitate sacerdotum, e. g. in Statibus Americae Meridionalis.

33

Piis ac probis sacerdotibus detur licentia discedendi a dioecesi in qua crebriores adsunt sacerdotes, et in aliam adeundi quae sacerdotum laboret penuria.

34

Benevoli et liberali animo a dioecesibus, quae copioso gaudent clero, auxilium conferatur Pastoribus, qui de sacerdotum inopia angustiantur.

35

Frequentior et magis normalis fiat transitus sacerdotum e regionibus clero ditioribus ad eas quae magis indigent.

---

29) Mandetrien.
30) Secovien, Apollonien.
31) Myrinen.
32) Novae Aureliae.
33) Sabinen et Mandelen.
34) Panormitan, Montis Casin, Aquinaten Soran Pontiscurvi, Tarquinien et Centumcellarum.
35) Rhemen, Bellovacen, Adiacen.

36

Sacerdotum incardinatio et excardinatio atque cleri rationalis distributio expediantur.

37

Sacerdotum incardinationis et excardinationis lex mitigetur apostolatus causa. Hodiernis enim populorum migrationibus, quaedam dioeceses vacuae fiunt, clerici autem ibi manent omnes; contra, quaedam dioeceses ingenti mole crescunt, clerici autem manent tam pauci quam antea.

38

Lex de incardinatione et excardinatione reformetur.

39

Mitigetur incardinationis lex, ut facilius bono animarum provideatur.

40

Immutatio fiat tituli ordinationis, ut facilius sacerdos de propria dioecesi in aliam transferri possit.

41

Desideratur melior normatio de clericorum incardinatione, quae sinat magis liberam translationem subiectorum inter varias dioeceses v. g. eiusdem regionis.

42

Sacerdotes incardinati sint dioecesi originis et quasi incardinati provinciae vel etiam regioni ecclesiasticae.

---

36) Calven et Theanen, Myndien, Ilcinen, Catacen et Squillacen, Arianen, Consentin Boianen-Campobassen, Anagnin, Andrien.
37) Versalien, Lugdunen, Vapincen, Irenopolitan in Cilicia.
38) Legionen, Segobricen, Albasiten, Valentin, Dardan.
39) Catanen, Soanen-Pitilianen.
40) Boianen-Campobassen, Soanen-Pitilianen, Philoppopolitan in Arabia, Fodian, Concordien, Teramen et Atrien, Callien et Pergulan, Mutilen, Polycastren, Recineten, Collen, Rossanen, Aliphan, Anglonen-Tursien, Biturgen.
41) Nuscan.
42) Andropolitan.

43

Salva incardinatione prudens migratio praevideatur.

44

Clerici ministerium exerceant in diversis dioecesibus sine incardinationis mutatione, cum consensu Episcopi.

45

Sine necessitate excardinationis, cleri partitio habeatur.

46

Sacerdotes ad titulum Ecclesiae universalis ordinentur.

47

Clericorum adscriptio non uni tantum dioecesi, cui serviunt, fiat, sed Ecclesiae universae.

48

Titulus ordinationis « in servitium dioeceseos » non amplius suppleat defectum alterius tituli, sed regula esto.

49

Magis determinare oportet officia et obligationes clericorum erga Episcopum cum sint ordinati sub titulo « servitii dioecesis ».

50

Clerici omnes tum saeculares tum regulares occasione ordinationis se sacrum ministerium exercere promittant ubi S. Sedi placuerit.

51

Provideatur sacerdotibus qui incardinati manent in una dioecesi dum degunt in alia.

---

43) Lunen, Acheruntin.
44) Uxentin, S. Luciae.
45) De El Oro.
46) Sucren, Caxien.
47) Barbastren.
48) Berolinen.
49) S. Ioannis Quebecen.
50) Kisumuen.
51) Caesenaten.

52

Sacerdotes, qui migrantes curant, vel ipsi propter persecutionem migrarunt, nec proprio de facto subiiciuntur Episcopo, coadunentur in unaquaque natione sub iurisdictione alicuius Episcopi residentialis.

53

Harmonice componantur in utroque clero servitia immediate praestanda in favorem dioeceseos vel instituti cum necessitatibus Ecclesiae universalis.

54

Providendum est ut clerus, imprimis regularis, facilius transferri possit e regionibus ubi abundat, ad eas quae summopere indigent.

55

Modificandum est etiam regimen titulorum ordinationis cleri regularis.

56

In aliquibus regionibus etiam dioeceses Ordini vel Congregationi religiosae modo habituali et permanenti commendari possent.

57

Non est dubium quin Religiosi maximae utilitati esse possint Episcopis in regendis paroeciis.

58

Provideatur ne remissum maneat singulis Ordinibus religiosis eligere quibus in locis ipsi suum auxilium praestent: constat ipsos refugere a parvis dioecesibus.

59

Religiosorum domus quae necessariae non sunt supprimi debent. Sodales superflui in missiones, in quibus operarii pauci sunt messis autem multa, mitti debent.

---

52) Arcen.
53) Tabuden, Palentin, Seguntin, Dromoren.
54) Sup. Gen. Soc. Iesu.
55) Venetiarum.
56) Uruassuen, Valadaren.
57) Nicotrien.
58) Neten.
59) Tuamen.

60

Instituatur in unaquaque dioecesi Societas Sacerdotum Regularium cum votis et vita communi. Sit novitiatus pro talium sacerdotum formatione. Vota sint privata cum iuramento vitae communis ad determinatum tempus. Ius habeant ad conservanda bona usque ad professionem acquisita. Eorum bona immobilia ab aliis administrentur durante contractu vivendi in societate. Eorum remuneratio clericalis et stipendia missarum sint communitatis. Superior maior sit Episcopus, qui Societatem gubernabit mediante Vicario. Hic Vicarius a superioribus localibus Societatis nominetur et ab Episcopo confirmetur. Paroeciae illae quae maiorem clericorum numerum exigant, tribuantur Societati Sacerdotum Dioecesanorum Regularium aut clero regulari.

61

In documentis ecclesiasticis et praesertim Iuris Canonici referatur ad clerum non religiosum sub titulo unico « cleri dioecesani », ita ut de futuro dividatur clerus in sacerdotes dioecesanos, qui nempe subsunt directe Episcopis propriis, et sacerdotes religiosos, qui directe subsunt superioribus propriis.

62

Urgens et plena solutio quaeratur problemati sacerdotali Americae Latinae.

63

Clerus in America Latina est absolute insufficiens.

64

S. Sedes omnibus Episcopis contributionem proponat necessitatibus urgentioribus praesertim Americae Latinae adaequatam.

---

60) Laginen.
61) Novae Aureliae.
62) Caesaraugustan, Clonferten, Achaden, Armachan, Meneven.
63) Ayavirien, Requenaën.
64) Rabaten.

65

Ob penuriam sacerdotum indigenarum, sacerdotes ex Hispania vel aliunde in dioecesim S. Iacobi in Cuba mittantur (habentur enim tantum 83 sacerdotes apostolatui in paroeciis addicti pro 2.000.000 fidelium).

66

Sacerdotes hispanici « Operae cooperationis sacerdotalis pro America Latina » non mittantur separatim, sed coniunctim in apostolatus loca.

67

In Hispania instituantur 4 vel 5 seminaria exclusive ob Americae Latinae necessitatem. Episcopatus Americae Septentrionalis sumptus suppeditare possit 500 alumnis Hispaniae, qui Americae Latinae se devoverint; 50% moderatorum esse deberent « Latino-Americanorum ».

3. De Iuribus et Officiis Clericorum

De exemptione a servitio militari

1

Recolatur lex ecclesiastica, iuri naturae maxime consona, eximens clericos vel regulares a militari servitio.

4. De Obligationibus Clericorum

A) *De sanctitate clericorum*

1*

Agatur de mediis ad sanctitatem sacerdotum fovendam.

---

65) S. Jacobi in Cuba.
66) Tumacoën.
67) Civitatis Mariae.
1) Sup. Gen. Congr. Gall. O. S. B.
1*) Canarien, Remesianen, Guadicen, Bracharen, Thuggen, Montis Pessulani, Constantien, Aquen, Corisopiten et Leonen, Treviren, Dagnen, Manchesterien, Edmunstonen, Scilitan, Joinvillen, Ipamuen, Makenen, Internuntius in Iran, Sup. Gen. Ord. Minimorum.

2

Urget cleri reformatio, quia in eo, generaliter, deest spiritus orationis, sacrificii et oboedientiae.

3

Spiritus abnegationis etiam inter sacerdotes in dies minui videtur.

4

Clericis commendetur necessitas mortificationis ad vitam spiritualem promovendam.

5

Praetextu iuventutis custodiendae frequenter in dies consuetudo mundanarum habitudinum (cinema, radio, televisione, campeggi, spiaggie, gite, etc.) multum nocet ministris Ecclesiae praesertim iunioris aetatis.

6

In clericis optatur profundior vita spiritualis, maior mortificatio, maior paupertas et simplicitas vitae.

7

Exaretur a Concilio *instructio pastoralis* ad sacerdotes de vita clericali.

8

Concilium vitae internae religiosae sacerdotum fovendae studeat.

9

Valde utile erit si Concilium non solum iterabit doctrinam de dignitate presbyteris debita, sed etiam demonstrabit talem spiritualitatem ex ipsa natura sacerdotii proflui, qualem etiam hodiernus apostolatus exigit.

---

2) Tiberien.
3) Kampalaën.
4) Lucionen.
5) Thespien, Medelitan, Brixien.
6) Multanen.
7) Essendien, Eminentianen.
8) Eystetten.
9) Campifontis-Capitis Girardeauen, Winnipegen, Sherbrooken, Nicoletan.

10

Summatim saltem, Concilium exponat doctrinam spiritualem, asceticam et mysticam, quae sacerdotibus cleri dioecesani proprie aptetur.

11

Oportet instare et virtute corroborare disciplinam cleri.

12

Premantur quae in libro II, tit. III C. I. C. « de obligationibus clericorum » praecipiuntur.

13

Statutum asceticum pro clero universo conficiatur.

14

Status cleri saecularis fiat, iure ecclesiastico, status canonicus perfectionis per observantiam consiliorum evangelicorum votis vel promissis obfirmatam.

15

Solemniter declaretur quae sit natura sacerdotalis status ad servitium dioeceseon, quae sanctitatis necessitas, quae adiumenta membris ipse status praebeat et, si opportunum fuerit, Concilium iuridicam positionem inter perfectionis status patefaciat.

16

Cur non possit decerni status perfectionis sacerdotis saecularis?

---

10) Chamberien.
11) Ruben et Bituntin, Alatrin, Liparen, Salutiarum, Verulan et Frusinaten, Bononien, Albanen, Venetiarum, Medelitan, Camerinen, Soanen et Pitilianen, Andren.
12) S. Miniati, Velitern, Sabinen et Mandelen.
13) Barcinonen.
14) Jacien.
15) Culiacanen, Guadalajaren.
16) Zeliten, Albasiten, Namurcen, Spalaten et Macarscen.

17

Emissio votorum est sacerdotibus dioecesanis consulenda, tamen tantum suo Episcopo eiusve delegato.

18

Authenticae vitae sacerdotalis verum fundamentum et necessariae regulae affirmentur.

19

Restituatur pro clero saeculari et regulari lex ieiunii quadragesimalis et Quattuor Temporum.

20

Revocetur clerus ad dignitatem vitae ac severitatem; externae quippe actiones, sacerdotem ab altari, a sacro poenitentiae tribunali, a studio sacrae doctrinae ne distrahant.

21

Non sufficit theoretica proclamatio momenti orationis, vitae spiritualis, spiritualium exercitiorum, et moderatoris spiritualis; mediis accomodatis utendum erit: nempe sacerdotibus cleri curam gerentibus, studiorum conventibus, pro clero pastorali exercitiorum spiritualium renovata ratione.

22

Non amplius dicatur tantum de « convenientia » vel de cura Ordinariorum relate ad communia exercitia pietatis sed vera lex praeceptiva imponatur: frequentia confessionis, oratio mentalis, visitatio ad SS. Sacramentum, Mariale Rosarium, examen conscientiae.

23

Urgent normae certae, quae concilient spiritum vere clericalem cum exigentiis modernis.

---

17) Aurien.
18) Claromontan.
19) Apuanien.
20) Vicentin.
21) Insulen.
22) Caurien - Castrorum Caciliorum, Dalisanden in Isauria, Tarraconen.
23) Mechlinien, Maracaiben.

24

Nonnullis sacerdotalibus obligationibus, privilegiis et praerogativis, his temporibus in discrimen adductis, rite affirmentur atque definiantur certae normae ad cleri sanctitatem fovendam.

25

Clericis in mundo cum suis oblectamentis constitutis consilia utilia dentur in conservanda spiritualitate ecclesiastica et aestimanda Ecclesiae consuetudine.

26

Admoneantur sacerdotes de veteribus semperque firmis spiritualibus observantiae ac disciplinae regulis.

27

Modo speciali agatur de virtutibus vocatis passivis et hodie summe despectis ut humilitas, paupertas, mansuetudo, oboedientia.

28

Urgeantur clericorum obligationes, praesertim quoad necessitatem exercitiorum pietatis (oratio, breviarium, confessio frequens) et quoad vitam exteriorem (vestimenta, locutio, relationes cum feminis, etc.).

29

Obligationes sacerdotum in memoriam revocentur, *in vita exteriori*, quoad vestimenta, tonsuram, mores usuales, lusus, cinematographum, televisionem, TSF etc.; *in vita interiori*; *in ministerio.*

---

24) Nanceien et Tullen.
25) Paderbornen.
26) Insulen, Rhedonen.
27) Zeliten, Abulen, Legionen, Erythreae, Aurien, Placentin in Hispania, Guadicen.
28) Sup. Gen. Congr. Missionis.
29) Vivarien.

30

Requiritur accuratior et efficacior structura, quae *tempora* disponit in favorem cleri ut refici possint illius mens, intellectus et spiritus.

31

Agatur de cleri sanctificatione per ministerium pastorale.

32

Recens doctrina a S. Sede exposita circa sanctitatem cleri in C. I. C. inseratur.

33

Ut sacerdotes, tam in omnibus muneribus pastorum obeundis quam in vita propria spirituali exercenda, efficacius moveantur ad « sentire cum Ecclesia », congruum et valde utile videtur eis dare « Directorium », continens summam antiquarum ac recentium dispositionum, quas Ecclesia clericis hucusque largita est; id est:

a) doctrinam circa principia et media essentialia ad vitam spiritualem conservandam et augendam;

b) doctrinam circa principia immutabilia quoad apostolatum;

c) in materia sociali doctrinam Ecclesiae et de modo agendi circa quaestiones nostri temporis.

34

Parum propensi sunt sacerdotes ad pietatis exercitia ab Ecclesia constanter ac rite ordinata (oratio mentalis, visitatio apud SS. Eucharistiae sacramentum, examen conscientiae, sacramentum Poenitentiae et directio spiritualis). Hunc modum agendi secundant: *a*) ephemerides et opuscula, quae animos prostrant cum inquietudine et pessimismo sub specie idealismi nebulosi necnon illusorii vel aliorum systematum; *b*) materialismus, qui circumdat omnes.

---

30) Insulen.
31) Carthaginen.
32) Culiacanen, Guadalajaren.
33) Ottavien, Timminsen.
34) Montis Pessulani.

Orationes, sacrificia, sanctificatio sacerdotalis pro parvo videntur esse prae oculis aliquorum, et sic isti vivunt « ad extra » sensus Ecclesiae.

35

Periculum quoad vitam sacerdotalem exstant adiuncta rerum externa et profana in quibus versantur sacerdotes. Effusio ad exteriora impellit eos extra domum immoderato modo. Intempestive oblectationes desiderantur (v. g. cinema, televisio, deambulationes otiosae).

Vita spiritualis communis in neglectum non raro cecidit (officium divinum, recollectiones sacerdotales, exercitia spiritualia). Nec amplius satis praedicatur doctrina catholica, sed « evangelismus » incertus, ad « subiectivismum » ducens, ac proinde minuitur sensus peccati et obligationis clare definitae.

36

Maior spiritus supernaturalis in clero desideratur.

37

Clerici vita spirituali carent, quia tempus magis ac magis aliis negotiis dant.

38

Spiritum missionalem quam maxime fovere oportet in sacerdotibus.

39

Magis abundet sensus socialis in sacerdotibus.

40

Plures dignitates, quibus clerici ab Ecclesia ornantur, non sunt consonae nostris temporibus proindeque abolendae sunt.

---

35) Montis Pessulani, Vapincen, Irenopolitan in Cilicia.
36) S. Rosae in Argentina, Phasan, Sibundoyen, Campi Grandis, Mendozen.
37) Sup. Gen. Ord. de Mercede.
38) Culiacanen.
39) Palmiran.
40) Hobarten.

B) *De Confessione sacerdotali*

1

Agendum esse videtur de frequenti Confessione sacerdotali, qua sacerdotes ac religiosi tenentur.

2

Omnis sacerdos sibi eligere possit alium sacerdotem tamquam confessarium, qui, si iurisdictione ibi careat, ipso iure eam obtineat, etiam quod spectat ad casus Ordinario loci reservatos, dummodo electus confessarius a proprio Ordinario facultatem confessiones audiendi rite acceperit.

C) *De oratione mentali*

1*

Spiritus orationis valde commendetur.

2*

Oratio mentalis quotidie urgeatur.

3

Sacerdotes quotidie saltem per dimidiam horam meditationi incumbant.

4

Oratio mentalis imponatur (saltem ¼ horae duratura).

---

1) Buscoducen, Sup. Gen. Ord. Minimorum.
2) Hephaestien.
1*) Tananariven, Ciliciae Armenorum, Colonien in Armenia, Comanen in Armenia, Babylonen Armenorum, Tauitan, Pedachtoën, Constantinopolitan Armenorum, Acilisen, Kamechlien Armenorum, Lucionen, Rhedonen.
2*) Apamien, Bisuntin, Rossanen.
3) Aquen.
4) Tarraconen, Aurien, Sinianden, Thuggen, Centurien, Liverpolitan.

5

Meditatio sub peccati poena imponatur.

6

Meditatio imponatur sub gravi.

7

Meditatio imponatur cotidie saltem per spatium unius quadrantis sub gravi ut pro Horis canonicis.

8

Oratio mentalis fiat obligatoria, saltem sub levi.

9

Meditatio saltem in dimidia hora lecturae S. Scripturae in propria lingua consistat, et forsan eam sub peccato imponere oportet.

10

Pro omnibus sacerdotibus, orationis mentalis quotidianae obligatio firmetur, forsan sub peccato.

11

Clerici omnes sub peccato obligentur ad quotidianam meditationem per dimidiam saltem horam.

12

Meditatio protrahatur per unius horae spatium, at Breviarium reducatur ad Matutinum et Laudes.

---

5) Carthaginen.
6) Antofagasten, Acalissen.
7) Surrentin, Pacten, Tehuantepecen.
8) Jacien.
9) Armenien.
10) Burdigalen.
11) Cartennitan.
12) Huancayen.

13

Maximi momenti videtur aliquam sanctionem clericis imponere pro omissa meditatione saltem per quadrantem.

14

Remedia inveniantur contra clericos obligationes de quibus in c. 125 C. I. C. omittentes.

15

C. 125 C. I. C. ne dirigatur tantum ad Episcopos, sed etiam ad sacerdotes.

D) *De lectione S. Scripturae*

1

Includatur in pietatis officiis quotidiana lectio S. Scripturae.

2

In honorem et praxim instantius revocentur studium ac meditatio S. Scripturae pro sacerdotibus.

3

Aliqua sanctio imponatur pro omissione lectionis biblicae et asceticae (per quadrantem).

E) *De visitatione Sanctissimi*

1*

Episcopi suis clericis praescribant integram horam adorationis Sanctissimi quotidie, tempore ab Ordinariis praescripto, ita ut durante hoc tempore peragere valeant magnam partem exercitiorum spiritualium, quae secus saepissime oblivioni dantur.

---

13) Nuscan.
14) Calien.
15) De el Oro.
1) S. Agathae Gothorum.
2) Vicentin.
3) Nuscan.
1*) Linoën.

2

Visitatio quotidiana SS. Sacramenti praecipiatur.

3

Promoveatur praxis instituendi singulis mensibus communes adorationes SS. Sacramenti a sacerdotibus cum aliqua pia exhortatione coniunctas.

F) *De corona in honorem B. M. V. recitanda*

1

Imponatur omnibus clericis obligatio stricta recitandi quotidie tertiam partem S. Rosarii.

G) *De pietatis associationibus*

1*

Aperte et valde Codice commendentur pietatis associationes sacerdotales.

2*

Privilegia sacerdotum adoratorum et Unionis Missionariae omnibus extendantur.

3*

Proponuntur commendandae Associationes et Piae Uniones: « Pia presbyterorum unio ad adiuvandas animas sacerdotum Purgatorii igne detentes », « Unio Apostolica », « Unio sacerdotum adoratorum », « Consociatio cleri missionaria ».

---

2) Bisuntin.
3) Daulien.
1) Polyboten.
1*) Hephaestien.
2*) Fidentin.
3*) Uticen.

H) *De exercitiis spiritualibus*

1

Mutetur canon 126 C. I. C., quo sacerdotes saeculares spiritualibus exercitiis vacare debeant non tantummodo *tertio saltem quoque anno, sed uno quoque anno et per dies quinque integros.* Nostris equidem temporibus medium transportationis tam facile exstat, ut absque ulla difficultate sacerdotes iisdem exercitiis adesse possint; copia insuper sacerdotum iam sufficiens habetur, ut in absentia unius alter illius vices gerat, ne paroecia vacet.

2

Dolendum est canonem 126 C. I. C. exercitia spiritualia tantum praecipere « tertio saltem quoque anno ».

3

Clero dioecesano et religioso obligatio imponatur exercitiis spiritualibus vacandi *singulis annis* et per quattuor vel quinque saltem dies integros.

---

1) Capicen, Sup. Gen. Ord. Minimorum.
2) Tarbien et Lapurden.
3) Novae Aureliae, Caronen, Corduben in Argentina, Huancayen, Maris Platen, Oruren, Azulen, Rivibamben, Caxien, Lappen, De El Oro, Angelorum, Quelimanen, Tamimen, Yihsienen, Verapolitan, Trivandren Lat., Urusitan, Quilonen, Kottaren, Coccinen, Allepeyen, Vijayapuramen, Zeliten, Caesaraugustan, Ilerden, Tabuden, Celsonen, Assien, Chitrien, Limisen,Compostellan, Aurien, Barbastren, Thuggen, Panitan, Kielcen, Polyboten, Daulien, Bisuntin, Siten, Placentin, Parmen, Serren in Macedonia, Fidentin, Carpen, Surrentin, Feretran, Patavin, Clodien, Urbinaten, Aesernien et Venafren, Tranen et Barolen, Jacien, Nucerin et Todinen, Assisien, Platien, Aquilan, Mutinen, Apuanien, Ariminen, Urbevetan, Abellinen, S. Severi, Capuan, Caesenaten, Dioclean, Marsorum, Regien in Aemilia, Pacten, Maceraten et Tolentin, Uticen, Sup. Gen. Presbyt. SS. Stigmat.

4

Exercitia spiritualia habeantur quotannis vel saltem alternis annis.

5

Exercitia spiritualia praescribantur *secundo* quoque anno.

6

Iuniores sacerdotes Exercitiis spiritualibus assidue incumbant per quadriennium post ordinationem.

7

Excepto tertio quoque anno ad Exercitia spiritualia adsignato, singulis annis sacerdotes in unum ineant duabus vel tribus vicibus per 4 saltem dies ad vitam spiritualem fovendam et ad problemata ministerii illustranda.

8

Absoluto quinto anno ab ordinatione imponatur obligatio peragendi per integrum mensem exercitia spiritualia.

9

Exercitia spiritualia per 30 dies maioris Seminarii curriculo contineantur aut intra primam sacerdotii decadem habeantur.

10

Sacerdotes saeculares inter 12 et 15 annum post ordinationem subire deberent periodum saltem menstruum ad spiritum renovandum.

---

4) Signin, Materaten, Rheginen, Syracusan, S. Agathae Gothorum, Mazarien, Brundusin, Segusien, Caurien-Castrorum Caeciliorum, Dalisanden in Isauria, Urgellen, Leopolien Latinorum.
5) Gurcen.
6) Brittinorien.
7) Oranen.
8) Abulen, Tabuden, Dausaren, Huancayen.
9) Sacramenten.
10) Sacramenten.

11

Concilium statuat practicas et certas normas ut uberiorem effectum attingant exercitia spiritualia et recollectio mensilis.

I) *De anno « Renovationis Spiritualis » instituendo*

1

Optandum est ut specialis annus asceticus, sive in ipso ingressu in Seminarium sive post completum cursum philosophicum, stabiliatur ad vitam spiritualem sacerdotum magis efformandam.

2

Sacerdos dioecesanus, post duos vel tres annos in cura animarum a suscepta ordinatione, obligetur suscipere vitam spiritualem et studiosam per sex menses in institutione apta, simili Seminario, a mundo et ordinario labore segregatus.

3

Elapsis aliquot annis ab ordinatione annus « renovationis spiritualis » statuatur et, priusquam omnibus imponatur, ad experimentum remittatur ad libitum cuiusque.

4

Post aliquot annos ministerii apostolici, sacerdotes intermittant laborem apostolicum ut collegialiter per duos vel tres menses incumbere possint orationi et studio.

J) *De moderatore spirituali in dioecesi constituendo*

1*

In omnibus dioecesibus saltem unus sacerdos nominetur, sanctitate et doctrina praeditus, qui unice curam spiritualem sacerdotum habeat, illosque frequenter inviset atque ad se venire vocet.

---

11) Baionen.
1) Columben in Ceylon.
2) Kansanopolitan in Kansas, Sinus Albi.
3) Rabaten.
4) Tremithusius, Veneten.
1*) Marsorum, Viterbien et Tuscanen, Hadrianien in Hellesponto, Masakaën.

2

In facultate Episcopi sit nominatio Moderatoris spiritualis dioecesani sacerdotum saecularium.

3

Apta dioeceseon ordinatio ad sacerdotum spiritualem curam, ope moderatorum pietatis, qui optime in re spirituali instructi huic muneri dent operam, locis accessus facilibus, desideratur.

4

Aliquis religiosus, statis temporibus, sacerdotibus, in dissitis locis degentibus, auxilia spiritualia impertiatur, qua caritate et sollicitudine decet, ut Missam sacrilege ne celebrent.

5

Aliqui sacerdotes ab Ordinario loci seligantur ut eius vicarii, sub quibus iuniores ex clero per decem annos post ordinationem constituantur, et ad quos statutis temporibus ipsi iuniores se referant in his quae ad orationem, studia sacra, circumstantias beneficii et curae animarum pertinent.

6

Competentes et idonei patres spirituales adsint pro sacerdotibus, illis committatur directio recessuum spiritualium.

7

Multo salutaris esse pro omnibus sacerdotibus submissio assidua alicui *directori spirituali*, libere electo, ne amittant oboedientiae habitum; ea condicione tamen ut director spiritualis caveat iurisdictionem internam atque externam confundere et praescriptionibus firmis superiorum non contradicat.

---

2) Czestochovien, Leopolien Latinorum.
3) Culiacanen, Guadalajaren.
4) Tacnen.
5) Columben, Sacramenten.
6) Caurien-Castrorum Caeciliorum, Dalisandan in Isauria.
7) Burdigalen, Bisuntin, Myrinen, Apamien.

8

In can. 125 C. I. C. addatur exhortatio habendi « moderatorem spiritus ».

9

Clerus paroecialis, speciatim ruralis, morali tutamine protegendus est; necesse videtur designare moderatorem spiritualem qui illorum auxilio esse possit.

10

Cum aliqui sacerdotes confessarium habitualem non habeant, C. I. C. imponat obligationem declarandi superiori ecclesiastico immediato nomen confessarii habitualis.

11

Aliqua Religiosa Communitas Sacerdotalis (seu etiam Communitatum Societas ad hoc) concreditam habeat curam adsistentiae spiritualis Cleri dioecesani et Religiosarum Communitatum in unaquaque dioecesi existentium: ut in tuto ponatur constantia Recollectionis Menstruae et fervens ac progressiva spiritus Directio.

Talis enim adsistentiae diuturno defectui imputari etiam debent plerique ac lacrimabiles lapsus, necnon carentia efficientis laicatus.

K) *De recollectione menstrua seu recessu mensili*

1

Singulis fere mensibus habeatur recessus spiritualis tota die et pariter cum Episcopo.

2

Omnes sacerdotes secessum spiritualem agant singulis mensibus, exceptis vacationibus aestivis, cui praecedant vel sequantur « collationes » de quibus in can. 131 C. I. C.

---

8) Dalisanden in Isauria, Tarraconen.
9) Brigantien.
10) Bisuntin.
11) Nuscan.

1) Uticen.
2) Dalisanden in Isauria, Tarraconen, Zeliten, Ilerden, Tabuden, Compostellan.

3

Aliquid dicatur in c. 131 C. I. C. de sacro recessu spirituali menstruo.

4

Praestat sacerdotibus praesertim in cura animarum, tum exercitia spiritualia quotannis tum mensilem recessum sub gravi praecipere.

5

Unoquoque mense parochus paroeciae « A » visitet parochum paroeciae « B » et omnes obligationes assumat illius paroeciae ita ut parochus « B » spiritualem recessum peragat sine ulla perturbatione. Altera die ipsius mensis parochus « B » faciat similiter cum parocho « A ». Sanctiones pro transgressoribus comminentur usque ad suspensionem.

L) *De Institutis saecularibus sacerdotum*

1

Opportuna videtur pro sacerdotibus institutio vitae religiosae sub auctoritate Episcopi, ut ipsis possibile sit viam consiliorum eligere, servata dependentia a proprio Ordinario.

2

Doctrina de religiosorum votis non tantum privatis doctoribus relinquatur, sed ab ipsa Ecclesia procedat, dicatur de perfectione cleri saecularis ne confugiat ad instituta religiosa ad sanctitatem fovendam cum ad eundem finem habeantur multiplices adsociationes et aliae fundari possent.

3

Promoveantur Instituta saecularia sacerdotum at cum obedientiae voto Ordinario, non vero, saltem, uni Moderatori Instituti.

---

3) Angelorum, Azulen.
4) Regien in Aemilia, Dioclean.
5) Huancayen.

1) Quebecen.
2) Maceraten et Tolentin.
3) Bononien.

4

Sit universus clerus dioecesanus quasi peculiare Institutum saeculare.

5

Sacerdotes coniunctim laborent in quadam societate coadunati.

6

Adscriptio sacerdotum saecularium ad Instituta saecularia praebet difficultates, quia obedientia duobus Superioribus deberetur, reservata Episcopo sola obedientia quam dicunt « canonicam ».

7

Dicatur de conditionibus quibus sacerdotes saeculares ingredi possint in Instituta saecularia: quaenam esse debeat inter talium Institutorum Superiores et Episcopum relationes.

8

Ob plures difficultates sacerdotes saeculares, qui simul sodales sint Institutorum saecularium, non sunt admittendi.

9

Quid dicendum de sacerdote Instituti saecularis sodali qui dat testimonium (« témoignage ») solum curando infirmos in nosocomio a Religiosis directo?

10

Quid dicendum de quadam associatione occulta sacerdotum qui « dioecesanismum » colunt, nihil curantes de Episcopo nisi quae iure ei debentur? Episcopus enim, aiunt, transit, dioecesis permanet.

---

4) Dalisanden in Isauria, Abulen, Dausaren.
5) Oruren.
6) Barcinonen.
7) Dalisanden in Isauria, Tarraconen, Colophonien.
8) Asturicen.
9) Sardian.
10) Tarraconen.

11

Existunt quaedam parvae « uniones » sacerdotum iuvenum, qui amicitiam sacerdotalem colunt, de defectibus monentur ad invicem, consilio iuvantur mutuo, etc. Num probandae?

12

Institutum oblatorum dioecesanorum suadeatur.

M) *De sacerdotum obedientia*

1

Definiantur doctrina et disciplina filialis obedientiae cleri.

2

Non tantum promissionem sed votum obedientiae emittant sacerdotes saeculares.

3

Promissio caelibatus in subdiaconatu et promissio obedientiae in presbyteratu votis castitatis et obedientiae expresse coaequentur.

4

Perspicue enucleetur ratio intima obedientiae ecclesiasticae et imprimatur animis clericorum sensus auctoritatis ecclesiasticae, vi cuius clerus universus mente et animo cum Episcopis et Summo Pontifice arctissime cohaereat.

5

Magis servetur a clero erga superiores debita eaque supernaturalis reverentia, quae ubique in dies minuit vel omnino desideratur.

---

11) Tarraconen.

12) Bovinen.

1) Treviren, Dagnen, Versalien, Goritien.

2) Abulen, Hispalen, Dausaren, Andrien, Velitern, Catanen.

3) Spalaten et Macarscen.

4) Engolismen, Cadurcen, Clodien, Lycien.

5) S. Hyacinthi, S. Rosae in Argentina, Guadalajaren, Decorianen, Antequeren, Campi Grandis, Vied-

6

Declaretur iterum omnes clericos obedientiam debere legibus ac decretis Apostolicae Sedis circa cultum liturgicum.

7

Commendetur clero ut submittat sensum suum decretis dogmaticis et disciplinaribus Romanae Ecclesiae. Talis instantia urget contra modernos errores atque influxum nimis manifestum materialismi, laicismi, historicismi et alicuius veri neo-protestantismi.

8

In can. 127 C. I. C. tollantur verba « praesertim vero presbyteri » ut lex de obedientia Episcopis fiat generalis.

9

Principium « nihil sine Episcopo » urgeatur.

10

Cum hodiernis temporibus multi fideles saepe quaestus causa domicilium suum mutent, sive spontanee sive coacte, vel, e patria sua expulsi ut fugitivi in castris degant, expostulat necessitas Ecclesiae, ut Episcopus clericis dioecesis suae officium extra territorium proprium committere queat. Quam ob rem suadetur, ut can. 128 C. I. C. addatur: « ... munus, quod ipsis fuerit aut ab Episcopo proprio aut consentiente Episcopo proprio ab alio Episcopo commissum ».

11

Obedientia inter clericos strenue promovenda. Inde ab initio vitae clericalis serio profiteantur se Episcopo obedituros esse ac legibus Ecclesiae, Summique Pontificis mandatis voluntatem subiecturos.

---

men, Mendozen, Reconquisten, Culiacanen, Sup. Gen. Congr. Missionis.

6) Sup. Gen. Congr. Gall. O. S. B.

7) Burdigalen.

8) Caurien-Castrorum Caeciliorum.

9) Toletan.

10) Colonien, Eminentianen.

11) Marcianen.

12

Modo speciali agatur de obedientia cuius traditionalis sensus subvertitur et cui cupitur subrogare sic dictam « obedientiam dialogatam ».

13

Purus « sensus Ecclesiae », saepius neglectus, imo derelictus ob variarum doctrinarum perversarum influxum, speciatim quoad disciplinam et obedientiam ecclesiasticam clero denuo infundatur.

14

Relationes inter sacerdotes et hierarchiam his regulis temperentur: officium sacerdotale nec sanctum, nec fructuosum, nec honestum esse nisi exerceatur sub Episcoporum magisterio; auctoritatem autem pastoralem non dominium esse sed aliorum supernaturale servitium.

15

Damnetur cultus personalitatis, quo freti, nonnulli sacerdotes libertatem vindicando eiusque iura exaggerando, auctoritatem Hierarchiae despiciunt eique obedientiam denegant, dicta et facta Episcoporum superbe iudicantes et spernentes.

16

Spiritus obedientiae et disciplinae, qui explicationi sic dictae personalitatis nullo modo contradicit, inculcetur contra malum « individualismi », speculativi et practici.

17

Quamdam theoriam « obedientiae rationalis » non pauci clerici praesertim iuvenes amplecti videntur.

---

12) Zeliten, Palentin, Cercinitan, Barcinonen, Oriolen, S. Sebastiani, Tirasonen, Mechlinien, Thuggen.
13) Nanceien et Tullen, Auxitan.
14) Consentin.
15) Novarien, Velitern.
16) Adm. Ap. Exarchatus Constantinopolitani.
17) S. Fidei in Argentina.

18

Reprobetur individualismus cleri, qui saepius se manifestat in apostolicis operibus et respectu sacrae hierarchiae, cuius actus modo duriori crisi subiiciuntur, modo probrose vituperantur.

19

Repellatur falsa notio obedientiae sic « iuxta spiritum » conceptae, quod omnis observatio litterae praeceptorum evanescit.

20

Reprobetur ille scribendi et loquendi modus quo catholici quidam publice iudicant modum cogitandi et agendi eorum qui in auctoritate ecclesiastica sunt constituti.

21

Contra periculum Neo-Protestantismi leges edicantur ut spiritus obedientiae erga S. Romanam Ecclesiam in animis sacerdotum renovetur.

22

In mentem clericorum revocetur obligatio obedientiae, reiciendo distinctionem *inter obedientiam maiorem*, in rebus maioris momenti, et *obedientiam minorem*, quae proprio iudicio temperari posset.

23

Auctoritas Ecclesiae eique debita obedientia affirmentur, quia in dubium revocantur sub influxu quarumdam doctrinarum, quae aut nimis conscientiae libertati indulgent, aut nonnulla mandata vel praecepta, uti obsoleta, pro nihilo tenent. Quidam in hoc ponunt conscientiae libertatem ut quisque, a complexu legum Ecclesiae liber, sua propria disciplina et arbitrio regatur, remotisque prae-

---

18) Cadurcen.
19) Sup. Gen. Congr. Gall. O. S. B.
20) Majoricen.
21) Marcianen.
22) Suessionen.
23) Divionen.

cipuis Fidei articulis, hinc cuique facultas credendi quod verum iudicat de Fide danda esset, illinc ius illi esset de praeceptis, quae ad mores vel liturgiam aut munus apostolicum pertinent, eligendi (etiam contra leges et sententias S. Pontificis, Episcoporum et Superiorum) quod apparet melius, i. e., hominibus huius saeculi magis accomodatum.

24

In Gallia experitur sic dicta « crisi di autorità » et a quibusdam extollitur « devoir de désobéissance »: nempe, quando subditus rationem et opportunitatem alicuius praecepti non intelligit, eius consequentias damnosas percipit, tenetur huiusmodi praecepto non obedire.

Certo maxima hac in re prudentia requiritur, attamen necessarium est sensum obedientiae restituere.

25

Aliqua facta: in re liturgica, magna est perturbatio, qua aliqui Episcopos cogere volunt. Sacerdotes scholae christianae adversantur. Alii suffragia « socialistis » ferunt et fidelibus hoc suadent etc. Aliis verbis, est aliquando desiderium, fere morbidum, evertendi, mutandi. Falsae libertatis ventus spirat. Accidit calamitose quod auctoritas S. Pontificis et Episcopi proprii, tam in disciplina quam in doctrina, in cuiusque iudicium vocatur.

26

Apud quosdam clericos vera obedientiae notio tenebris obnubilatur ut v. g. patefactum est in difficultatibus suscitatis a sacerdotibus « operariis », qui, propriis rationibus ducti, sibimet consulerunt.

27

Licentia et libertas, quae ex animo populari oriuntur, sicut ventus in iuniores sacerdotes saeviunt. Sacerdotes qui, die ordinationis, obedientiam et reverentiam Episcopo promiserunt, cito pro-

---

24) Docleen.
25) Bisuntin.
26) Pictavien.
27) Nicen.

missionis suae obliviscuntur et non raro vicarii parochis obsistunt, parochi Episcopis. Quaestiones movent cum iubentur, munera recusant quae eis mandantur, alia officia flagitant atque etiam expostulant. Rebus sic stantibus necesse est spiritus obedientiae sacerdotibus urgeri.

28

Affirmetur summa necessitas obedientiae clericorum relate ad subiectivismum hodierna die nimis pervulgatum.

29

Democraticae opiniones, quae, ex liberarum rerum publicarum in regionibus Africae formatione, pervulgantur, etiam Ecclesiam penetrant atque clerici etiam iuvenes nonnumquam vix mandata Episcopi accipiunt: fas esse, putant, de eis disputare; in dies coeptum est putari quod nemo oboedire tenetur nisi iussa iusta et opportuna esse percipiat. Quod spoliat in facto oboedientiam omni qualitate supernaturali, sed etiam graviter laedit unitatem.

N) *De vita communi*

1

Vita communis instituatur pro omnibus sacerdotibus sub speciali cura proborum virorum.

2

Vita communis magis promoveatur pro clero dioecesano.

---

28) Montis Albani.
29) Yaunden.
1) Aversan, Calaritan, Civitatis Castellanae Hortan et Gallesin, Bergomen, Andrien, Papien, Vicentin, Viterbien et Tuscanen, Lycien, Thelesin, Jacien, S. Agathae Gothorum, Ilcinen, Campanien, Nucerin et Tadinen, Assisien, Nepesin et Sutrin, Drepanen, Pergamen, Catacen et Squillacen, Liburnen, Apuanien, Thennesien, Consentin, Cerrarum, Eutymen, Regien in Aemilia, Signin, Lucerin, Sarsinaten, Hipponen, S. Severinae, Rossanen, Sipontin, Valven et Sulmonen, Eugubin, Vercellen, Uticen, Tyanen, Tarvisin, Biturgen, Rheginen, Hadrianien in Hellesponto, Dioclean, Caesenaten.
2) Insulen, Trecen, Myrinen, Argentinen, Rottenburgen, Tellicherrien, Tiruvallen, Palaien, Ernakulamen.

3

Disciplina temperatae vitae communis imponatur sacerdotibus, saltem primis decem annis post sacerdotium.

4

Commendetur vita communis cum exercitiis pietatis in communi.

5

Sacerdotes saeculares generatim in communitate vivere debent.

6

Per aliquot menses unoquoque anno sacerdotes in communi vivant.

7

Vita communis imponenda est omnibus ubique sacerdotibus.

8

Cleri perfectio valde foveretur si vita communis, ubi possibilis sit, obligatoria fieret.

9

Vita communis, praesertim cleri paroecialis, quam maxime suadeatur.

---

3) Hieracen-Locren, Verapolitan, Trivandren, Urusitan, Quilonen, Kottaren, Coccinen, Allepeyen, Vijayapuramen.

4) Nyundoen, Sinus Albi.

5) S. Marci, Tacnen, Poncen, Parintinen, Guadalajaren, Jericoën, Caxien, Pacen in Bolivia, Pionitan, Iquitosen, Maturinen, Campi Grandis, Macapen, Hadrianien, S. Fidei in Argentina, S. Salvatoris in Brasilia, Sidetan.

6) Rivibamben.

7) Chaefomen.

8) Caurien-Castrorum Caeciliorum, Dalisanden in Isauria, Hispalen, Abulen, Synnaden in Phrygia, Thuggen, Tanagraeus, Centurien.

9) Zeliten, Caesaraugustan, Ilerden, Tabuden, Chitrien, Compostellan, Cercinitan, Ebusitan, Vicen, Beien, Daulien, Leopolien Latinorum, Vatarben, Posnanien, Albae Regalen, Athenien, Helenopolitan in Bithynia.

10

Urget vita communis apud paroeciales domus vel alias pretio conductas.

11

Sacerdotibus in singulis paroeciis ad curam animarum addictis imponenda videtur vita communis.

12

Vita communis inter parochum et vicarios paroeciales foveatur; tamquam principium statuatur illum parochum, qui molestias ex vita communi cum vicariis forsan ortas suscipere non vult, indignum esse ut ei vicarius detur.

13

Statuatur absolute vita communis sub superiore pro parochis in dissitis regionibus ex praescripto S. Sedis, ad evitandos gravissimos abusus in ditione Peruviana.

14

Vita communis praescribatur parochis qui in finitimis oppidulis in solitudine vivunt, dummodo praediti sint telephonio, motocycleta, etc.

15

Saltem duo sacerdotes in paroeciis sint.

---

10) Lorymien.

11) Hanciomen, Thignicen, Sup. Gen. S. Francisci Salesii, Sup. Gen. Ord. Carm., Sup. Gen. Soc. a S. Paulo, Sup. Gen. Mission. a S. Jos., Sup. Gen. Inst. Orione, Sup. Gen. Fr. Carmel. B. M. V. Immac.

12) Dalisanden in Isauria.

13) Huancavelicen, Punien.

14) Aurien, Barbastren, Abulen, Gerunden, Seguntin, Dausaren, Dystien, Conimbricen, Panitan, Sinianden.

15) Hadrianien, Corduben in Argentina, Punien, Sidetan.

16

Communitas vitae aut saltem ministerii, inter parochos et sacerdotes eiusdem foraniae valde exquiritur, nunc facilior haec vita videtur ob multiplicata locomotionis servitia.

17

In paroeciis collegia sacerdotalia instituantur ita ut sacerdotes in eadem domo vitam non stricte communem agere possint.

18

Supprimatur individualismus cleri dioecesani per institutionem vitae communis in spiritu paupertatis et obligatione communi.

19

Concedatur Ordinario loci ius cogendi sacerdotes ad vitam communem per aliquot annos post ordinationem.

20

Convictoria erigantur etiam pro sacerdotibus non iuvenibus, ut frequenter in unum congregatis studio pastorali et ascetico vacent.

O) *De habitu ecclesiastico*

1

Agatur de habitu clericorum.

---

16) Nuscan.
17) Zamen Maior.
18) Portalegren.
19) Rabaten.
20) Granaten.
1) Callien et Pergulan, Aquen, Albinganen, Valven et Sulmonen, Sarsinaten, Pupianen, Urbevetan, Forosempronien, Brixien, Gallipolitan, Hadrianien in Hellesponto, Caesenaten, Huachen, Barquisimeten, S. Ludovici in Argentina, S. Mariae, Celerinen, Marilien, Tepicen, Milevitan, Higueyen, Rusicaden, Eshowen, Rhizaean, Antiochen Melch., Hemesen Melch., Tyren Melch., Heliopolitan Melch., Aleppen Melch., Beryten et Gibailen Melch., Mariamnen, Paneaden, Ptolemaiden, Bostren et

2

Quoad clericorum habitum praesentes iuris normae sufficere videntur.

3

Relate ad habitum S. Sedes normas sat accuratas definiat ac statuat.

4

Praesens forma habitus clericalis servetur uti signum distinctivum et ut munimen adversus pericula. Fideles novitatem ullam non patiuntur, imo abrogationem sacri habitus retinerent uti tendentiam clericorum ad laicorum agendi rationem vel tamquam propositum facilius sese liberandi a vinculo alicuius exterioris segregationis.

5

Habitus ecclesiasticus sit uniformis in universa Ecclesia.

6

Non videtur uniformitas universalis requiri, nec regulae eaedem omnino esse debent pro muneribus in locis sacris aut in domo paroeciali et pro variis discursationibus. Forte quaedam adaptationes prodessent.

Auranen, Petren et Philadelphien, Laodicen Melch., Tarsen Melch., Pelusitan Melch., de Nubia, Archim. Ordinis Basiliani Aleppen. Melch., Archim. Ordinis Basiliani SS. Salvatoris Melch., Archim. Ordinis Basiliani S. Ioannis Baptistae Melch., Sup. Gen. Societatis Missionariorum a S. Paulo, Segobricen, Dardan., Conimbricen, Osloën, Sinus Albi.

2) Constantinian, Nepten.
3) Hadrianopolitan in Pisidia.
4) Neapolitan, Urbinaten, Campanien.
5) Balecien, Dianen, Adrien, Bergomen, Baren in Pisidia, Iustinianen, Adamanteae, Poncen, Caëtiten, Maris Platen, Vegen, Tegucigalpen, S. Salvatoris in Brasilia.
6) Suessionen.

7

Vestis talaris servetur apud latinas nationes.

8

Habitus ecclesiasticus servetur in regionibus ubi viget laudabilis consuetudo.

9

Habitus talaris servetur et inducatur ubi non est, quia conciliat reverentiam fidelium et dimovet pericula a sacerdotibus.

10

Habitus ecclesiasticus ne tollatur, sed sit secundum locorum consuetudines. Commendetur tamen simplicitas, etiam Episcopis.

11

Habitus ecclesiasticus secundum loci consuetudinem retineatur.

12

Solvatur problema habitus talaris in unaquaque natione, per votum omnium Episcoporum.

13

Habitus talaris, ubi viget, servetur.

---

7) Massan, Lorymien, Pisan, Grossetan, Othieren.

8) Syracusan, Lycien, Novarien, Mazarien, Viglevanen, Ptolemaiden in Lybia, Caesarien in Mauretania, S. Severini-Treien, Cerrarum, Bergomen.

9) De Ponta Grossa, Florianopolitan.

10) Bisuntin, Sozopolitan in Haemimonto.

11) Nhatrangen, Terulen, Zeliten, Illerden, Oveten, Abulen, Barcinonen, Tarraconen, Dausaren, Erythraeus, Assien, Vicen, Carthaginen in Hispania, Toletan, Asturicen, Chitrien, Civitaten, Compostellan, Burgen, S. Sebastiani, Tirasonen, Lucen in Hispania, Pharaonen, Heliosebasten, Telmissen, Daulien, Paderbornen, Comaclen, Materaten, Polycastren, Hierapolitan in Phrygia, Verulan. et Frusinaten, Tarvisin, Dioclean.

12) Adamantin, Armenien, Viedmen, Campi Grandis.

13) Brigantien, Ss. Conceptionis de Araguaya, S. Sebastiani Flumi-

14

Firmetur obligatio pro omnibus clericis, etiam religiosis, in regionibus ubi adhuc viget, ferendi habitum ecclesiasticum vel religiosum.

15

Bonum esset redire ad simplicitatem priorum saeculorum; non sit habitus murus quo separemur ab hominibus. Modus vestiendi Saecularium Institutorum forsitan esset exemplum.

16

Pergatur conatus a Pio XII incoeptus ad simpliciorem formam apparatus vestium in Ecclesiae omnibus gradibus.

17

In praesenti, usus et mores ubique non similes sunt. Ex his diversitatibus turbatio venit, qua plures abusive utuntur ad obligationes suas eludendas et more laicorum magis vivendum, adeo ut aliquando, omnibus notis ecclesiasticis detractis, vestem laicam quidam induant. Ideoque generales regulae iterum enuntientur, quae ubique et semper observandae erunt, cum secundariae diversitates in diversis populis esse possint.

18

Ubique terrarum habitus sacerdotalis distinctionem talem ferat ut omnibus notum sit qui sint sacri ministri verae religionis.

19

Presbyter catholicus deferre debet semper et ubique vestem distinctivam, ita ut a fidelibus discernatur, quod ipsi magnam praebebit tutelam.

---

nis Januarii, Cueven, Camposin, Decorianen, Salten in Uruguay, Tloën, Caxien, Rivibamben, Palmiran, Mendozen, S. Caroli in Brasilia, Conchen, Carpathien, Barren.

14) Burdigalen.

15) Taieüenen.

16) Insulen.

17) Nicen.

18) Pompeian, Messanen.

19) Brazzapolitan, Nyerien, Mopoien, Dakaren, Rabaten.

20

Diligentissime commendetur obtemperatio legibus canonicis, quae pro obiecto habent habitum clericorum.

21

Adstringenda est nimia libertas in habitu ecclesiastico nisi in evidenti necessitate, et hoc praesertim in Oriente.

22

In quibusdam circumstantiis liceat sacerdotibus vestem talarem substituere alia veste determinata. Tamen magna sit prudentia in reformatione habitus ecclesiastici, ne detur fidelibus admirationis occasio.

23

Clericalis habitus nonnisi gravissima de causa deponatur.

24

In futurum clericalis habitus magis accomodetur condicionibus vitae nostri temporis.

25

85% sacerdotum stant pro reformatione habitus talaris.

---

20) Cadurcen, Engolismen, Sup. Gen. Mission. Mill Hill, Sup. Gen. Fr. Tert. Ord. S. Fr. Capulat.

21) Parnaiben, Judiciforen, Oranen, Menoiden.

22) Divionen.

23) Arcen.

24) Caebuan, Dorylaën, Aquen, Synnaden in Phrygia, Eboren, Justinianen, Ruremonden, Roterodamen, Vatarben, Camulianen, Dallasen-Arcis Worthen, Huarien, Ss. Conceptionis in Paraguay, Ambaten, S. Dominici, Ss. Assumptionis, Quibduan, Valleduparen, Valdivien, Risinitan, Linen, Rivi Nigri, Riopreten, Altaven, Cajazeirasen, S. Raimundi, Azulen, Huajuapamen, Ubazen, Rosen, Sebasten in Armenia, Caesarien Philippi, Sup. Gen. Mission Scheut, Sup. Gen. Oblat. BMV. Immac.

25) Sanaven.

26

Necessitas adaequandi consuetudinibus nostrae aetatis habitum ecclesiasticum, firma manente praescriptione adhibendi vestem talarem pro cultus exercitiis.

27

Vestis talaris tantum in Ecclesia adhibeatur.

28

Vestis talaris sit tantum pro ministerio sacerdotali in templo et extra.

29

Talaris tantum in officiis sacris deferatur.

30

Vestis talaris sit obligatoria pro caeremoniis sacris; sed extra Ecclesiam, et praesertim in itinere, habitus clericalis sit tantum in aliquo signo peculiari, v. g. in collari romano.

31

Vestis clericalis debet esse clare distinctiva clericorum a laicis; alia ex parte vestis clericalis, quae dicitur « sottana » videtur adhibenda tantum in functionibus sacris. Ideo permittatur, vel uniformitatis causa praescribatur, ut foris induantur vestes laicales.

---

26) Clavaren, Gravinen et Montis Pelusii.

27) Sucren, S. Ioannis a Missionibus, Araucaniaën, Pupianen, Capitis Haitiani, Chillanen, Chachapolasen, Arequipen, Portus Maldonadi, Imae Terrae et Pointapitren, Xapecoën, Iquitosen, Oruren, Sidetan, Nunt. in Bolivia.

28) Paderbornen, Lappen, Chachapoyasen.

29) Aveiren, Mitylenen, Bracharen, Lamacen, Taborren, Maxulitan, Vagen, Letopolitan, Kielcen, Centurien, Polyboten, Jotan, Leopolien Latinorum, Athenien.

30) Ottavien, Rhodopolitan, Sinus S. Laurentii.

31) Dianen (Tit.).

32

Usus vestis talaris soli Missae celebrationi aliisque sacris functionibus deinceps lege pontificia reservetur. De cetero, ecclesiastica vestis (can. 804 § 2) seu habitus clericalis (can. 136 § 1) secundum legitimas locorum consuetudines et Ordinarii loci praescripta determinandus maneret.

33

Firma obligatione habitum talarem ferendi in exercitio Sacrorum, altera forma permittatur ad praesentes necessitates aptior.

34

Praeter habitum talarem, qui adhiberi potest in Ecclesia et in aliis caeremoniis, permittatur alter habitus ecclesiasticus secundum exigentias temporis praesentis.

35

Praeter habitum talarem, qui adhiberi potest in Ecclesia et in sacerdotis domo, permittatur alter habitus secundum exigentias temporis.

36

Legislatio de habitu ecclesiastico latior sit.

37

Talaris retineatur, attamen ob quamcumque necessitatem eam deponere liceat.

38

Liceat sacerdotibus vestes laicales induere, si ministerium hoc exigat; attamen servetur distinctio aliqua.

---

32) Gaspesien.
33) Tarquinien et Centumcellarum, Montis Regalis in Pedemonte.
34) Docleen.
35) Roffen in America, S. Hyacinthi.
36) Lacus Moëri.
37) Misuraten.
38) Castriesen, Madrapolitan et Meliaporen.

39

Concedatur sacerdotibus facultas utendi quovis decenti habitu extra liturgicas functiones.

40

Adaptetur habitus clericalis extra-liturgicus necessitatibus, quae colenda sanitate seu commercio aucto exiguntur, servata tamen dignitate clericali.

41

Pro omnibus clericis universae Ecclesiae aliqua forma seligatur habitus ecclesiastici extra-liturgici, qui ab omnibus induatur in publicis viis et in omnibus itineribus arripiendis. Sit valde simplex, dignitati clericorum consonus ac usibus communibus revera accomodatus.

42

Concedatur facultas utendi quovis decenti habitu extra liturgicas functiones, tamen semper cum romano torque (colletto).

43

Vestis talaris ne aboleatur neve praescribatur absolute, quia in certis circumstantiis indecora, immo periculosa, laborandi causa vel itinerum.

44

Opportunum fortasse videretur specialem habitum pro clericis itinerantibus decernere.

45

Aptetur habitus tantum pro itineribus in machina vel autocinetis.

---

39) Lamen.
40) Rottenburgen.
41) Sophenen.
42) de Lourenço Marques.
43) Segusien.
44) Zeliten.
45) Dystien.

46

Vestis talaris non est abolenda, sed in casibus particularibus, rationabiliter deponenda, ut in montibus, rusticationibus, exercitationibus cum iuvenibus.

47

Ad longa itinera peragenda permittatur sacerdotibus ut more laicorum vestiantur et habitum sacerdotalem non gerant, quibusdam statutis cautelis.

48

Modificatio habitus ecclesiastici videtur opportuna nostris temporibus praecipue quando sacerdos invenitur in itinere. Modificatio huiusmodi relinquatur iudicio Patrum Concilii.

49

Vestis talaris adhibeatur (exceptis itineribus vel curationum stationibus).

50

Concedatur sacerdotibus dioecesanis habitus aestivus, excluso nigro colore et mutetur quod vulgo dicitur «cappello» in «basco».

51

Sacerdotes regulares et saeculares per vias ne incedant nisi tota veste clericali induti, capite capello operto et modeste.

52

In quovis territorio praescribatur habitus clericalis uniformis neve permittatur clericos vestibus decurtatis uti, levibus transparentibusque.

53

Habitus ecclesiasticus moribus et regionibus magis accomodari possit.

---

46) Amerin.
47) Nuoren.
48) Marcianopolitan.
49) Ferrarien.
50) Asculan Apul. et Ceriniolen.
51) Sup. Gen. Ord. de Mercede.
52) Masakaën.
53) Pergen.

54

Debitatur an vestis talaris hodie decens adhuc haberi debeat.

55

Omnes clerici agnoscantur sic dicto collari.

56

Stricte prohibeatur clericis usus habitus omnino laicalis nisi in casibus extraordinariis Ordinario loci probandis.

57

Sacerdos habitum magis laicalem in locis publicis gerat.

58

Usus extra domum ecclesiastici habitus, qui «clergyman» vulgo appellatur, facultativus pro omnibus reddatur.

59

In itineribus diutinis «clergyman» permittatur.

60

Permittatur aestivo tempore habitus albi coloris.

61

Habitus ecclesiasticus magis accomodetur moribus populi et temperiei tropicae uniuscuiusque regionis. Item usus vel abolitio tonsurae relinquatur prudenti iudicio Ordinarii loci.

---

54) Sup. Gen. Presbyt. Tinchebray.
55) Paderbornen.
56) Scopien, Gandaven.
57) Saginaven, Roffen in America.
58) Daren.
59) S. Fidei in Argentina.
60) Panamen.
61) Aphnaeten.

62

Pro regionibus ubi semper calor est et omnes plerumque aestuant, aliquid statuatur quo rursus moneantur clerici de religiosa gravitate quae eos decet, ita ut intelligant se non decere publice vestem talarem aut breviorem eis in sua regione legitime concessam exuere, saltem frequenter, etiam sub praetextu ferventis aeris, subuculam tantum servantes, quod clerici dignitati non videtur congruere. Licite tamen, v. g. si aliter aestum ferre nequeant, hanc subuculam exuere possint, et induere vestem clericalem, levissimam quidem et albi coloris, super nudum pectus.

63

Vestis talaris in locis missionum tantum in ecclesia et in functionibus sacris deferatur.

64

Corroborare oportet obligationem deferendi habitum ecclesiasticum; tamen optandum esset ut Episcopi frui possent licentia ampliore concedendi sacerdotibus usum habitus civilis, quando hoc ex fine apostolico consiliari videtur.

65

Permittantur pro nationibus vel regionibus leges particulares, ab Episcopis latae, de forma habitus ecclesiastici.

66

Episcopis et ceteris Ordinariis relinquatur ius leges speciales ferendi de hac re.

67

Veste talari utatur sacerdos ubique pro Missae celebratione, pro Sacramentorum administratione; Ordinariis autem locorum facultas sit determinandi formam vestis ubi lex civilis impediat usum vestis ecclesiasticae.

---

62) Basilinopolitan.
63) Naniamen.
64) Lugdunen.
65) Insulen.
66) Paderbornen.
67) Campivallen, Cyrenen.

68

Vestis liturgica distinguatur a veste communi, quae clericum a laicis, pro iudicio Ordinariorum, apte distinguat.

69

Habitus sacerdotalis eligatur ab Ordinariis locorum secundum peculiares conditiones territorii.

70

Ordinariis sit facultas permittendi habitus formam, quae hodiernae vitae sociali magis conveniat.

71

Episcopi, sive in propria dioecesi sive in coetibus provincialibus vel nationalibus, regulas statuere possent opportunas.

72

Concedatur Episcopis facultas permittendi talarem vestem vel « clergyman ».

73

Edatur praescriptiva norma generalis pro omnibus nationibus, ubi vestem talarem publice sacerdotes non ferunt, sequentia prae oculis habendo:

a) in exercitio liturgico et in actibus iurisdictionis clerus saecularis et regularis proprium habitum ferre semper teneatur;

b) ubi invaluit mos adhibendi habitum civilem, color niger cum obligatione ferendi collare romanum sine exceptione praescribatur;

---

68) Essendien, Eminentianen, Limburgen.
69) Holaren.
70) Thignicen.
71) Suessionen.
72) S. Pauli in Brasilia, Chalciden in Syria, Brian, Attuden, Lauzaden, Nunt. in Bolivia.
73) Sup. Gen. Min. Infirm.

c) in nationibus tropicis et semitropicis permittatur habitus albi coloris, firma obligatione ferendi collare romanum;

d) tempore persecutionis S. Sedes speciales facultates Ordinariis locorum transmittat de forma vestium.

74

Ubique terrarum adhibeatur sic dictum « clergyman », dum vestis talaris induatur in loco sacro et in caeremoniis liturgicis.

75

Omnes utantur « clergyman », talari tamen in functionibus.

76

Sacerdotes sic dictum « clergyman » extra ecclesiam induant.

77

Vestis talaris fiat vestis mere liturgica et locum cedat, quoad usum civilem, vesti sic dictae « clergyman ».

78

Vestis clericalis ad simplicitatem redigatur (« clergyman »), ut contactus cum populo sacerdoti facilior evadat.

79

Extra domum vel extra sacros ritus, habitus sit sic dictum « clergyman ».

80

Tegumentum capitis reformetur.

---

74) Chaefomen, Lucknoven, Yihsienen, Intern. Ap. in Pakistan.
75) Tyanen.
76) Gibuten, Antsiraben, Portus Ludovici.
77) Acarassen.
78) Argentinen.
79) Sup. Gen. Mission. S. Joseph, Sup. Gen. Marist., Sup. Gen. Salvator., Sup. Gen. Congr. Resurrect., Sup. Gen. Sac. S. Cordis.
80) S. Severi.

81

Improbetur, ut levitatis signum, usus iam invalescens circumeundi vel detecto capite vel eo capitis operculo quod « basco » appellant.

82

Qui paramenta sacra sine veste talari assumere volunt improbentur.

83

Reprobanda est consuetudo celebrandi Missam absque tunica talari.

84

Improbentur sacerdotes qui cum « shorts » deambulant tempore aestivo.

85

Reprobandus est abusus deferendi habitum forma et colore omnino saecularem, praecipue tempore vacationum.

86

Numquam in habitu totaliter civili peragrent clerici etiam tempore vacationis.

87

Durante persecutione clerici omnes vestem laicalem induant.

88

Clerici protestantes Americae Sept. habitum sacerdotis catholici simulant ad fideles decipiendos. Putatur quod vestis sacerdotalis mutanda sit (aliquid addendum sumendumve) ut sacerdos catholicus facile cognoscatur; e. g. gerere parvum et conspicuum signum clavium papalium.

---

81) Philippen.
82) Monasterien.
83) Timminsen.
84) Syren et Sanctorien.
85) Timminsen.
86) S. Georgii in Insula Grenada.
87) Oruren.
88) Laren.

89

Concedatur etiam clericis italicis habitus clericalis temporibus aptior.

90

Sacerdotibus italicis concedatur facultas utendi habitu civili in itineribus.

P) *De Tonsura*

1

Tonsurae problema solvatur.

2

Uniformitas habeatur in tota Ecclesia, quoad tonsuram.

3

Absolute tonsura imponatur.

4

Tonsura deferatur ubique.

5

Tonsura, sub poena suspensionis l. s., tondeatur tertia quoque hebdomada.

6

In mentem sacerdotum obligatio tonsurae revocetur.

7

Tonsurae problema solvatur a Conferentiis Episcoporum nationalibus.

---

89) Brittinorien.
90) Abellinen.
1) Azulen.
2) Caëtiten, Linen.
3) Balecien.
4) Brigantien, Imae Telluris et Pointapitren, Mendozen, S. Caroli in Brasilia, Parnaiben, Judiciforen.
5) Thuggen.
6) Vivarien.
7) Campi Grandis, Viedmen.

8

Usus vel abolitio tonsurae relinquatur prudenti iudicio Ordinarii loci.

9

Minime levis habeatur obligatio sacerdotibus in Urbe et in Orbe tonsuram aperte semper ferendi, secus lex abrogetur.

10

Tonsura ne negligatur a sacerdotibus.

11

Tonsurae praescriptio aut confirmanda aut abolenda videtur (nulla sanctio in C. I. C. invenitur nisi sola verba).

12

Nisi quoad tonsuram arcte urgeatur lex, melius est eam abrogare.

13

Tonsurae usus aut augeatur in tota Ecclesia aut penitus eradicetur.

14

Gestatio tonsurae apud gentes permultas in desuetudinem abiit. Talis lex estne retinenda?

15

Sacra tonsura aboleatur.

16

Banna de quibus in cc. 998-1000 C.I.C. potius pro prima tonsura quam pro Ordinibus facienda sunt.

---

8) Aphnaeten.
9) Pompeian.
10) Tarraconen, Burgen, Telmissen, Centurien, Daulien.
11) Segusien.
12) Luanden.
13) Rhoinen.
14) Aquen.
15) Aveiren, Heliosebasten, Mitylenen, Letopolitan, Araucaniaen, Nunt. in Haiti, S. Raimundi, Tyanen, Caesenaten, Londrinen.
16) Rhoinen.

17

In c. 956 C.I.C. addatur paragraphus: « 2. Promovendus vero ad primam tonsuram, quamvis minor, si dioecesi ubi nec originem nec domicilium habet incardinari cupiat, Episcopum proprium sortitur iureiurando de quo in c. par. 1 ».

18

Post tonsuram clerici « retta mensile » quam vocant ne amplius solvant cum sint res Ecclesiae.

Q) *De coelibatu ecclesiastico*

1

Coelibatus ecclesiasticus omnino servandus est in sua integritate.

---

17) Rhoinen.

18) Verulan et Frusinaten.

1) Panormitan, Augustan, Perusin, Casalen, Civitatis Castellanae Hortan et Gallesin, Ecclesien, Neapolitan, Amerin, Calven et Theanen, Lycien, Philippopolitan in Arabia, Urbinaten, Tranen et Barolen, Assisien, Platien, Lancianen et Ortonen, Aquilan, Concordien, Ptolemaiden in Lybia, Apuanien, Camerinen, S. Severini-Treien, Cerrarum, Eutymen, Pisauren, Montisvirginis, Medelitan, Forosempronien, Materaten, Salutiarum, Polycastren, Volaterran, Pompeian, Brixien, Lauden, Asculan in Piceno, Gallipolitan, Rossanen, Messenien, Hierapolitan in Phrygia, Hydruntin, Fesulan, Venetiarum, Nanceien et Tullen, Tarbien et Lapurden, Dorylaën, Annecien, Massilien, Andegaven, Cartennitan, Terulen, Zeliten, Oveten, Abulen, Miletopolitan, Cercinitan, Ebusitan, Tarraconen, Dausaren, Erythrae, Assien, Toletan, Asturicen, Civitaten, Albasiten, Compostellan, Burgen, Salmantin, S. Sebastiani, Tirasonen, Gandaven, Brugen, Namurcen, Telmissen, Conimbricen, Doaren, Melen, Tabboren, Plocen, Lomzen, Panopolitan, Ultraiecten, Westmonasterien, Albae Regalen, Southwarcen, Geneven et Friburgen, Premislien Latinorum, Sandomirien, Panitan, Sinianden, Centurien, Leopolien Latinorum, Conchen, S. Sebastiani Fluminis Ianuarii, Trajanopolitan in Phrygia, S. Rosae de Copan, S. Salvatoris in Brasilia, Guatimalen, S. Marci in Guatimala, Alten, S. Jacobi de Maria,

2

Doctrina et disciplina de coelibatu ecclesiastico conservetur imo iterum confirmetur contra opinionem quorundam, qui asserunt S. Sedem nunc alienam non esse a matrimonio clericis permittendo.

3

Coelibatus lex etiam ad Ecclesiam orientalem extendenda est.

4

Lex coelibatus definiatur ut traditio apostolica et necessitas pro sacerdotibus.

5

Inculcare oportet theologica caelibatus fundamenta potius quam rationes canonicas et historicas.

6

Si lex coelibatus servanda est, permitti nequit ut de ea ab aliquibus disputetur.

7

Fortiter condemnentur, quae noviter prodeunt contra sacerdotalem coelibatum.

Verapacen, S. Annae, Granaten, Jalapen in Guatimala, S. Vincentii, S. Michaëlis, Achollitan, Pudentianae, Alajuelen, Limonen, S. Isidori, Curubitan, Liman, Amathusius in Palaestina, Cernitzen, Tloën, Caxien, Immaculatae Conceptionis B.M.V. in Olancho, Macapen, Soldaien, Sidetan, Achyraën, Parnaiben, Reconquisten, S. Salvatoris in Brasilia, Brazzapolitan, Parakuen, Nepten, Oranen, Makenen, Niameyen, de Pointe Noire, Dakaren, Mopoien, Adm. Ap. Exarchatus Constantinopolitani, Internunt. in Aegypto, Hanciomen, Chaefomen, Naniamen, Semarangen, Sup. Gen. Ord. Recoll. S. August., Sup. Gen. Ord. Carmel. Discalc., Sup. Gen. Congr. Gall. O. S. B.

2) S. Pauli in Alberta, Sup. Gen. Ord. S. Pauli I Eremitae.
3) Eudociaten, Polyboten.
4) Zacapen.
5) Maris Platen.
6) Vicen.
7) Patavin, Anconitan.

8

Melius elucidetur cum sacerdotio nexus internus et in meliore luce ponatur lex coelibatus. Clarius et aptius praesentibus circumstantiis leges prudentiae rememorandae sunt.

9

Sacerdotibus coelibatus necessarius est propter sanctitatem officiorum, ut imitentur Iesum Christum et ut exemplar sint omnibus fidelibus.

10

C. 132 C.I.C. ita mutetur: « Clerici ritus latini in maioribus ordinibus constituti, a nuptiis arcentur et servandae castitatis obligatione, *etiam per votum personaliter* factum, ita tenentur, ut contra eandem peccantes sacrilegii quoque rei sint ».

11

Durante ritu ordinationis ad subdiaconatum, expressis verbis etiam votum castitatis emittatur.

12

Votum castitatis emittatur in ordinatione sacerdotali.

13

Ex moribus hodiernis et apostolatu novi generis et novis rationibus evangelizandi conservatio severi coelibatus difficilior evadit. Videntur sacerdotes in maiore periculo esse quam in aliis temporibus, attamen dicere oportet Deum gratiam suam ad discrimina et tentationes suorum ministrorum accomodare.

Certum est occasiones fugiendo, precando, sacramenta recipiendo, sanctificationem colendo omnes securius posse coelibatum servare. Difficile est castitatem servare iis, qui solis viribus humanis confidunt.

---

8) Insulen.
9) Divionen.
10) Cusien.
11) Fukuokaën.
12) Bononien.
13) Nicen.

Quaestio de dispensatione coelibatus fortasse proponi possit quando agitur de sacerdotibus qui rogarint et forte impetrarint reductionem ad statum laicalem.

14

Media inquirantur ac praesidia instituantur quibus sacerdotalis castitas protegatur ac fulciatur, consilia ad rem apta ineundo.

15

Clericis commendetur virtus prudentiae, speciatim in his quae castitatem spectant.

16

Remedium ponatur periculo castitatis pro sacerdotibus praesertim solis cum sola viventibus, instituendo vitam communem.

17

Sedulo remedia exquirantur ad praecavenda damna, quae e frequenti mulierum consortio oriuntur.

18

Castitas prudentiam erga mulieres postulat, ideoque sacerdotes sint prudentissimi quoad: *a*) itinera cum filiabus, in vehiculis praesertim privatis; *b*) directionem feminearum societatum; *c*) mulieres scribas iuvenes in « bureaux »; *d*) admissionem mulierum in sua propria loca, etiam ad coetum apostolatus praeparandum.

19

Episcopi omnes procedant fortiter contra sacerdotes concubinarios, ita ut, si post monitionem non resipiscant, immediate degradentur.

---

14) Sup. Gen. Theatinorum.
15) Lucionen.
16) Maceraten et Tolentin.
17) Trecen, Engolismen.
18) Bisuntin.
19) Aphnaeten.

20

Nulli mulieri, ne matri quidem parochi, in domo paroeciali pernoctare liceat, quovis tempore, quantumvis festivo.

21

Ad caelibatus legem perfectius custodiendam, in fine curriculi studiorum sacrorum alumni non ad presbyteratum sed ad summum ad diaconatum promoveantur, in quo, munera ordinis diaconalis per plures annos exercendo, sese ad castitatem perpetuo servandam idoneos probent.

22

Coelibatus lex temporaria tantummodo praevideatur (5-10nalis), nec perpetuo observanda nisi post quoddam tempus (v. g. post decennium). In quibusdam casibus dispensatio forsan esset concedenda. Melius enim minusque malum esse videtur ut quis a lege dispensetur quam ut pessimos mores gerens cum animarum discrimine, in ministerio vivere pergat. In quibusdam gravioribus casibus degradatio esset proponenda.

23

In aliquibus regionibus ubi sacerdotes absolute insufficientes sunt, quaestio sat delicata permittendi matrimonium candidatis sacerdotii vel *saltem diaconati* deberet prudenter considerari.

24

Forsitan coelibatus lex pro parochis, praesertim, iuxta generis locorumque hominum adiuncta moderanda erit.

25

Quod attinet ad sanctam legem coelibatus in nonnullis casibus possit dari aliqua dispensatio.

---

20) Aphnaeten, Cotabaten.
21) Sup. Gen. Ord. P.
22) Nuoren.
23) Cotabaten.
24) Chachapoiyasen.
25) Cymaeus.

26

Coelibatus sit ad libitum in universa Ecclesia; circa hoc inter omnes sacerdotes investigatio fiat.

27

Coelibatus maneat « lex generalis Ecclesiae », sed nuptiae permittantur clericis in quibusdam casibus et circumstantiis, v. g. sacerdotibus lapsis qui matrimonium iam attentaverunt, iis quoque qui coelibatum esse aliquid nimis difficile et intolerabile experiuntur (melius enim nubere quam uri).

28

Agatur de possibilitate promovendi ad sacerdotium uxoratos aetate provectos.

29

Tecto coelibatu fortasse promoveri possent ad presbyteratum qui apostolicis laboribus operam navantes, docti, pii atque virtutibus praediti apud Christi fideles habeantur et ad aetatem provectam pervenerint, exemplo omnibus etiam in matrimonio (cf. casus Goethe in Germania).

30

Disciplina coelibatus reformetur.

---

26) Cypren.
27) Caëtiten, Huachen, Barcusen.
28) Albinganen.
30) Zachuen, Antiochen Melch., Hemesen Melch., Tyren Melch., Heliopolitan Melch., Aleppen Melch., Beryten et Gibailen Melch., Mariamnen, Paneaden, Ptolemaiden Melch., Bostren et Auranen, Petren et Philadelphien, Laodicen Melch., Tarsen Melch., Pelusitan Melch., de Nubia, Archim. Ordinis Basiliani Aleppen Melch., Archim. Ordinis Basiliani SS. Salvatoris, Archim. Ordinis Basiliani S. Ioannis Baptistae, Sup. Gen. Societatis Missionariorum a S. Paulo.

31

Considerandum est an pastores protestantes, ad Ecclesiam catholicam conversos, ad presbyteratum admittere liceat, eorum statu matrimoniali retento.

32

An concedenda dispensatio a coelibatu pastoribus protestanticis qui forte ad catholicismum convertantur?

33

Lex coelibatus pro iis qui ordinati et uxorati iam sunt, tam inter Orientales quam inter Novatores, aptanda videtur.

34

Praxis Pii XII, qui pastoribus protestanticis Germaniae ad fidem conversis, non obstante presbyteratus ordine recepto, continuationem matrimonii concesserat, generaliter in conversione protestanticorum et anglicanorum, si presbyteratum adspirant, adhibeatur.

35

Ministris (pastoribus et episcopis) protestantibus, qui ad fidem catholicam sese convertunt et in sacram hierarchiam cooptari cupiunt, sacri ordines ne denegentur; si vero sunt idonei, ordo presbyteratus et episcopatus iisdem conferri possint, etsi vinculo matrimoniali sint ligati.

36

Disciplina coelibatus adaptetur pro clericis separatis, qui sunt uxorati, ad eorum conversionem fovendam.

---

31) Arben, Navrongen, Banguen, Intern. in Aegypto.
32) Caronen, Iquitosen.
33) Palentin, Zamoren, Namurcen, Justinianen.
34) Sup. Gen. Congr. Austr. O. S. B.
35) Sup. Gen. Ord. SS. Trin.
36) Sup. Gen. Ord. Bas. S. Ios.

37

Coelibatus ita urgeatur, ut illi, qui ad illum observandum absolute incapaces sese ostendant, ad statum saecularem remittantur, ut scandala publica et apostasiae vitentur, matrimonium quoque illis permittatur.

38

Humiliter petentibus atque sincere poenitentibus a coelibatu concedatur gratia dispensationis a coelibatu pro sacerdotibus qui, eheu, matrimonium civile attentaverint atque familias habeant, eo consilio ut possint modo christiano in matrimonio vivere, nulla tamen iisdem porrecta spe ad sacerdotii exercitium unquam redeundi.

39

Examinetur utrum expediat necne dispensationem a coelibatu concedere una cum reductione ad statum laicalem sacerdotibus, qui scandalo sint fidelibus nec ullo modo, ob naturae vitium, corrigi possint.

40

Consulatur condicioni sacerdotis, qui gratiose reducitur ad statum laicalem. Ille enim ex una parte nequit matrimonium contrahere; ex alia parte caret peculiaribus fontibus gratiarum et omnibus tutelis ad castitatem servandam.

41

Statuatur quid sentiendum de clericorum coelibatu et quae eius normae: quae ratio presbyterorum ad laicorum statum reductorum.

42

Statuatur quid exigendum, ratione coelibatus, a presbyteris sese denuo in verae gremium Ecclesiae recipientibus.

---

37) Tamimen.
38) Sidonien.
39) Marsorum, Anconitan.
40) Olbiatan.
41) Ebroicen.
42) Ebroicen.

43

Salva lege coelibatus, consulendum conscientiae tranquillitati eorum sacerdotum qui a coelibatu servando morbosa corporis complexione impediuntur.

44

Damnum patitur sanctitas sacerdotii in Ecclesia Latina, multiplicatis concessionibus reductionis ad statum laicalem.

45

Etiamsi status coelibatus pro clero Ecclesiae Universalis et traditione saeculari et Patrum praesertim Orientalium testimoniis status perfectior sine dubio sit, Concilium Oecumenicum iterare posset iura Orientalium Ecclesiarum de clero nupto, illa retinendo. Provisio forsitan opportuna daretur viros non coelibes ad diaconatum promovendi etiam in Ecclesia Orientali, dummodo ad Sacri Presbyteratus ordinem ascendere non cuperent.

46

Disciplina Ecclesiae Orientalis permittit ut una cum sacerdotibus in coelibatu constitutis habeantur sacerdotes matrimonio coniuncti. Cura nostra pastoralis nobis ostendit maximam utilitatem huius disciplinae pro nostro clero praesertim rurali. Ergo haec disciplina restauretur in Patriarchatu Alexandrino Coptorum.

47

Lex coelibatus servanda videtur etiam in regionibus orientalibus, ubi illius observantia difficilior est; attamen aliqua modificatio iuxta circumstantias et regiones non est respuenda.

48

Coelibatus onus grave et incomprehensibile videtur populis asiaticis.

---

43) Ariminen.
44) Sup. Gen. Soc. Iesu.
45) Bumburien.
46) Theban, Hermopolitan.
47) Nhatrangen.
48) Padangen.

49

Sacerdotibus Afris detur facultas ineundi matrimonium ut in Ritu Orientali, nam Afri non sunt occidentales sed orientales.

50

Relaxetur obligatio coelibatus pro clero saeculari indigeno Africano, eo quod propter illam obligationem optimae vocationes in his regionibus ab Ecclesia amittuntur.

51

Si uxoratis Africae et Asiae concederetur sacerdotium, dilatatio fidei, in missionibus, uberi modo progrederetur.

R) *De cohabitatione et conversatione cum mulieribus*

1

Sedulo remedia exquirantur ad praecavenda damna quae a frequenti mulierum consortio oriuntur.

2

In domibus clericorum cohabitare prohibeantur omnes matrimonio iuncti vel matrimonium inituri. Neque liceat clericis domi tenere et pretio alere personas propriae familiae extraneas, sive foeminas sive mares.

3

Nemini, exceptis patre et matre sacerdotis, in domo paroeciali habitare liceat.

4

In c. 133 C.I.C. desideratur lex strictior quoad cohabitationem et conversationem cum mulieribus.

---

49) Morogoroën.
50) Kroonstaden.
51) De Lourenço Marques.
1) Trecen, Engolismen.
2) Urbinaten.
3) Leopolien Latinorum.
4) Turuzitan.

5

Sacerdotibus interdicatur lectiones privatas puellis cuiusvis aetatis impertire.

6

Sacerdotes ne assistant mulieres in excursionibus.

S) *De participatione spectaculis*

1

Dentur normae certae, quae clericorum participationem spectaculis regulent.

2

Improbentur clerici qui spectacula in locis publicis frequentant.

3

In adhibendis instrumentis radiophonicis et televisivis saepe clericorum gravitas vel innocentia animae enervantur.

4

Sacerdotes intempestive oblectationes desiderant (v. g. cinema, televisione).

5*

Vetentur clerici assistere ad omnes choreas, etiamsi choreae caritatis vocentur. Ipsi vero doceant fideles eleemosynas suas dare potius secreto et humiliter, ita ut ad perfectionem sine impedimento currant et Ecclesiam aedificent.

---

5) Muranen.
6) Antequeren.
1) Burdigalen, Apamien, Engolismen, Zeliten, Caesaraugustan, Miletopolitan, Legionen, Barcinonen, Tarraconen, Dardan, Barbastren, Daulien, Leopolien Latinorum, Pergen.
2) Ciliciae Armenorum, Colonien in Armenia, Comanen in Armenia, Babylonen Armenorum, Tanitan, Pedachtoën, Constantinopolitan Armenorum, Acilisen, Kamechlien Armenorum.
3) Veneten.
4) Montis Pessulani.
5*) Dibonen.

6

Praesentia clericorum in theatris, cinematographis, aliisque domibus publicis recreationis et distractionis, itemque radiophonicorum televisionisque instrumentorum necnon propriarum autoraedarum usus regulis aptis subiiciendus est, ne clericorum laicorumque bona existimatio detrimentum capiat.

7

Perpendantur pericula spectaculorum et commoditatum.

8

Sacerdotes ne operam consocient ad folia, spectacula radiophonica, etc. peragenda sine licentia Ordinarii.

9

Censura plectantur qui visitant scenica theatra, cinetica et publica spectacula.

10

Statuantur poenae pro sacerdotibus qui assistere solent spectaculis periculosis.

11

Televisio a domibus omnium sacerdotum et religiosorum excludatur.

12

Pellicularum revisionem parochi non sacerdotibus iuvenibus sed prudentibus laicis committant.

---

6) Brigantien.
7) Mendozen, S. Caroli In Brasilia, S. Dominici, Peloten, Campi Grandis.
8) Antequeren.
9) Sup. Gen. Mission. Mill Hill.
10) Huajuapamen.
11) Pisauren.
12) Philippen.

13

Exceptis aliquibus nationibus, constat clericorum ingressum in aedes cinematographicas, theatra etc., bonae famae non scandalizare fideles, nostris temporibus.

Nonne alia legislatio generalis de his rebus valde utilis est?

14

Extendatur prohibitio can. 140 C.I.C. etiam spectaculis, quae habentur a femineo sexu in domibus religiosarum seu sororum.

T) *De spiritu paupertatis*

1

Valde urgeatur clero dioecesano, etsi non sit paupertatis voto ligatus, pro eius fervore et zeli efficacia, moderatio vere maior in bonorum acquisitione, in domorum dispositione, in deambulationum multiplicitate, in honorum atque ornatuum amore.

2

Inculcetur modestia victus clericis saecularibus. Abstineant clerici a nimia accomodatione ad hodiernam vitam saecularem.

3

Clerici, saepe neglectis ultimorum statutorum synodalium dispositionibus, frequentius ac longius quam par est itinerantur, ope vehiculorum « automobilium », attonitis plerumque fidelibus, qui eisdem stipem non raro liberalem, sed in ordine ad ministerium suum adimplendum largiuntur.

---

13) S. Ioannis Quebecen.
14) Asculan Apul. et Ceriniolen.
1) Myrinen, Treviren, Calydonien, Dagnen, Tananariven, Burdigalen, Bisuntin, Mandalayen Lataeus.
2) Hildesheien, Phytean.
3) Veneten, Clodien, Limisen, Leopolien Latinorum, Maracayen.

4

Omnis clerus a vita et moribus removeat luxum, nimiam commoditatem, inutiles expensas, sumptuosa delectamenta.

5

Leges ferantur quibus sacerdotes dioecesani adstringantur ad modum vivendi aliquo modo similem modo religiosorum, ita ut fiant « semi-religiosi » tum quoad vitam tum quoad bona ex ministerio percepta; e contra religiosi in paroeciis et missionibus laborantes magis assimilentur clero dioecesano ut suum apostolatum melius exercere valeant.

6

Omnino prohibeatur usus autobirotarum iis qui necessitatem pastoralem non habent; congruae poenae statuantur pro transgressoribus.

7

Admoneantur clerici omnes ne contaminentur et insidioso spiritu mundi et amore voluptatum commodorumque vitae, e. g. sumptuosiores emendo automobiles et in genere indulgendo in rebus luxuriosis et ludis, e. g. « Golf ».

8

Improbatur usus sic dictorum « automobili di lusso e di gran lusso ».

9

Automatorum et spectaculorum pericula clerici vitent.

10

Vitae levitas, praecipue in sacris ministrantibus, devitetur.

---

4) Nicen, Sup. Gen. Ord. de Mercede.
5) Tuguegaraoan.
6) Philippen.
7) Spokanen, Cenen, Eumenen, Rhodiapolitan.
8) Diocletianen, Gindaren.
9) Lycien, Hierapolitan in Syria, Montis Regalis in Pedemonte, Adrien, Faventin, Apuanien.
10) Sup. Gen. Ord. de Mercede.

11

Necesse est spiritum et usum paupertatis in honorem iterum adducere.

Quaedam ceremoniae ecclesiasticae praesertim funerum et matrimoniorum magnis pecuniis praestantur. Ex hoc oriuntur irae et querelae contra Ecclesiam et sacerdotes, qui pecuniae cupidi dicuntur.

12

Quomodo sacerdotes, etiam magno zelo praediti, quorum vita multo ditior apparet quam populo quem docent, spiritum communismi efficaciter oppugnare poterunt?

13

De paupertate et securitate sociali sacerdotum mens Ecclesiae patefiat.

14

Paupertatis spiritus, si non votum, imponatur.

15

In ritu diaconatus addatur promissio paupertatis canonicae, quae promissio expresse coaequari deberet cum voto paupertatis; vi huius novae promissionis, omnes sacerdotes deberent rationem reddere Episcopo semel in anno de administrandis bonis ecclesiasticis et privatis; Episcopi vero talem rationem reddere Summo Pontifici deberent.

16

Extendatur, salva plenitudine potestatis Romani Pontificis, omnibus omnino clericis, quodam beneficio fruentibus, obligatio canonis 1473 C.I.C., nulla tolerata exceptione.

---

11) Nicen.
12) Mbararaen.
13) Caesaraugustan, Celsonen, Heliosebasten, Thuggen, Leopolien Latinorum.
14) Caurien-Castrorum Caeciliorum, Abulen, Tabuden, Dausaren, Vicen.
15) Spalaten et Macarscen.
16) Potentin et Marsicen.

17

Sacerdotes ad modum divitum viventes argumenta communismo praebent.

U) *De vita ad modum laicorum reprobanda*

1

Sacerdotes ne dent nomen associationibus culturalibus, socialibus, mutualisticis, etc. laicis.

2

Ad normam can. 107 C.I.C. affirmetur abhorrere a vero conceptu sacerdotii quod presbyteri modo laicorum sese habeant et vivant commixti cum laicis, etiamsi in animo habeant motiva apostolica.

3

Collationes profanae reprobentur.

4

Frequentatio cauponarum prohibeatur, etiam sub specie apostolatus.

5

Sacerdotes exemplum praebeant urbanitatis, nec credant se populum facilius Christo lucraturos si ad modum rudium se habent nec ad invicem respectum ostendunt sibi debitum.

V) *De implicatione in negotia non stricte sacerdotalia*

1*

Munera vel paroeciae vel ipsius Curiae episcopalis ad ministeria sacerdotalia minus spectantia, committantur vel sodalibus Religionum laicalium virorum seu mulierum, vel viris laicis, ut casus ferat.

---

17) Verae Crucis, Santosen, Valdivien, Riohachaën, Reconquisten.
1) Antequeren.
2) Montis Pessulani, Barren, Sozopolitan in Haemimonto.
3) Antequeren.
4) Hephaestien.
5) Arcen.
1*) Sup. Gen. Ordinis Matris Dei.

2

Caveant clerici ne activitates nimis multiplicent cum gravi detrimento propriae sanctificationis.

3

Normae definitae desiderantur ut clerici plane a quacumque administratione recedant.

4

Sacerdotes negotiis oeconomicis ne se immisceant: abhorreant ab operibus, quae « affarismi » sapiunt, nec in actionibus sic dictis « industriali » pecuniam habeant impensam, quaerendo immoderatum foenus.

5

Magis concrete quales sint negotiationes vetitae determinentur.

6

Stricte servent sacerdotes canonicam prohibitionem relate ad negotiationem et mercaturam.

7

Qualis negotiatio prohibita est? estne prohibita religiosis negotiatio in bonum Congregationis?

8

Permittatur negotiatio, attamen in bonum indigentium invalidorumque.

9

Can. 137 C.I.C. roboretur aliqua poena canonica.

---

2) Velitern, Tudertin.
3) Miletopolitan, Dardan.
4) Velitern, Neapolitan, Adrien, Apuanien.
5) Jericoën.
6) Great-Ormen.
7) S. Caroli in Brasilia.
8) Adamanteae, Nasaiten.
9) Asculan Apul. et Ceriniolen.

10

In can. 138 C.I.C. includatur abstensio a gestione « dei cantieri-scuola », quia scatent periculis.

11

Prohibitio a fideiubendo magis urgeri expedit; non liceat nisi cum Ordinarii licentia in singulis casibus data.

12

Addatur can. 139 § 4: « tum Ordinarii loci in quo munus exerceri debet ».

13

Recenseatur vel firmetur can. 142 de mercatura.

14

Una cum constitutione Diaconorum, qui ad saecularia negotia incumberent, desideratur quod can. 142 mercaturam prohibens ad aliud quodcumque saeculare negotium extendatur.

15

Denuo interdicatur clericis mercatura.

16

Quaeritur utrum mercatura moderata permitti possit in missionibus in favorem missionis non autem Instituti, dependenter ab Ordinario.

---

10) Asculan Apul. et Ceriniolen.
11) Citharizen.
12) S. Sebastiani Fluminis Januarii.
13) Antequeren, Miletopolitan.
14) Valven et Sulmonen.
15) Nyerien.
16) Ciliciae Armenorum, Colonien in Armenia, Comanen in Armenia, Babylonen Armenorum, Tauitan, Pedachtoën, Constantinopolitan Armenorum, Acilisen, Kamechlien Armenorum.

X) *De Sacerdotum studiis*

1

Normae statuantur ad urgenda studia sacra sacerdotum post ordinationem.

2

Ministerium docendi magni fiat (etiam in Universitatibus) et ad id omnes clerici se praeparent titulis academicis sub directione Ordinarii.

3

Statuatur forma efficacior ad urgenda studia sacra in sacerdotibus post ordinationem.

4

Sacerdotes studia de scientiis sacris, ad ministeria pastoralia necessaria, colant sive privatim sive in communi per collationes ecclesiasticas.

5

Specializatio sacerdotum curetur (v. g. in praedicatione, in catechesi).

6

Post peractos seminarii annos desiderandum est, ut inveniatur ratio ad continuandam formationem doctrinalem, pastoralem et praesertim asceticam, in gremio dioeceseos seu provinciae ecclesiasticae.

7

Loco examinum de quibus in c. 130 C.I.C. per quinquennium novensiles sacerdotes frequentent eas quae dicuntur « settimane di aggiornamento ».

---

1) Civitatis Castellanae Hortan et Gallesin, Lucionen, Aquen, Annecien, Veneten, Tremithusius, Sagien, Corisopiten et Leonen, Tabuden, Kielcen.
2) Granaten.
3) Tabuden, Kielcen.
4) Burdigalen.
5) Nuscan, Urbevetan.
6) Sup. Gen. Mission. SS. Trinit.
7) Signin.

8

Sacerdotes omnes pericula subire cogantur post sacros Ordines usque ad 10 annos.

9

Examina quadriennalia sint sexennalia et habeantur 2 examina annualia.

10

Sacerdotes obligatione teneantur subendi examina usque ad certam aetatem; decennio transacto in seminarium per aliquot menses vel per annum redeant.

11

Obligatio studendi, usque ad confectam aetatem, S. Scripturam, Theologiam, Ius Canonicum, Historiam eccl. etc. omnibus sacerdotibus commendetur et, per diversa media (conferentias, bibliothecas, examina etc.), facilis reddatur et a superioribus vigilanter ac practice recognoscatur.

12

Omnes curam animarum gerentes quotannis per 8 dierum spatium, moderantibus probatis magistris, in illas pastorales quaestiones aliasve disciplinas, quas Episcopus designaverit, studiose incumbant.

13

In can. 129 C.I.C. addatur studium technicae Actionis Catholicae.

Y) *De reductione ad statum laicalem*

1

Can. 214 C.I.C. extendatur etiam ad metum ab intrinseco, ad morbidam labilitatem ethicam, aliaque capita enumerate determinanda.

---

8) Leopolien Latinorum.
9) Caesenaten.
10) Civitatis Castellanae Hortan et Gallesin, Nuoren.
11) Burdigalen.
12) Barbastren.
13) Guadalajaren.
1) Aquisgranen.

Abrogetur ratihabitio per liberum exercitium Ordinis. Dictae rationes quoque pro reductione ab auctoritate peracta valeant.

2

In discrimen vocetur, num etiam in casibus praeter can. 214 obligationes coelibatus et horarum canonicarum auferri queant, si causae gravissimae et singulares id postulare videantur vel « vis et metus » ad tramitem iuris plene probari non potuerit.

3

Discutiatur an statuenda sit aliqua norma secundum quam clericus maior liberari possit a vinculo coelibatus etiam in illis casibus in quibus alia adiuncta quam defectus libertatis (v. g. defectus substantiales ex parte intellectus vel bonum publicum Ecclesiae) hoc suadeant.

Z) *De Sacerdotibus apostatis*

1

Provideatur conscientiae sacerdotum apostatarum.

---

2) Herbipolen.

3) Essendien, Eminentianen.

1) Abulen, Dausaren, Sedunen, Osloën, Portugallen, Quiten, Peneden, Barquisimeten, Judiciforen, S. Salvatoris in Brasilia, S. Ludovici in Maragnano, Joinvillen, Muilaën, Hierosolymitan Latinorum, Antiochen Syrorum, Nacolen, Aleppen Syrorum, Damascen Syrorum, Spinen Syrorum, Babylonen Syrorum, Basren Chaldaeorum, Edessen in Osrhoëne, Larissen in Syria, Mausilien Syrorum, Neapolitan, Vallen in Lucania, Calven et Theanen, Marsorum, Cortonen, Montis Regalis in Pedemonte, Dianen, Campanien, Vicentin, Andrien, Assisien, Fodian, Platien, Baren, Brixien, Urbanien et S. Angeli in Vado, Catacen et Squillacen, Concordien, Teramen et Atrien, Caesarien in Mauretania, Mazarien, Eutymen, Soanen-Pitilianen, Aliphan, Triventin, Pisan, Anglonen-Tursien, Claritan, Bergomen, Callien et Pergulan, Mutilen, Collen, Ragusien, Aelaniticus, Gindaren, S. Luciae, Venetiarum, Macren, Vindobonen, Maroneus, S. Hippolyti, Lincien, Metellopolitan, Spiren, Sup. Gen. T. O. R.

2

Examini subiiciatur conditio illorum sacerdotum lapsorum qui conservant et vitam christianam ducendam serio promittunt.

3

Modus procedendi contra clericos magis expeditus fiat.

4

Facilius et celerius absolvantur processus saecularizationis clericorum concubinariorum a S. Sede.

5

Ad vitanda nova scandala et ad ipsorum sanationi consulendum, oportet providere infelicibus sacerdotibus et religiosis, qui lapsi sunt et recidivi in aliqua sensuali miseria, praesertim si agatur de vitiis contra naturam.

Saepe agitur de morbo congenito: tunc infelices ad peritos medicos mittantur. Saepius prudens ascesis et supernaturalia media ad istos sacerdotes et religiosos curandos sufficerent. Facilis ad laicalem statum reductio sitne fructuosa enodatio, si aliunde sit sola conclusio efficax et melior in multis casibus? Aliis sacerdotibus vel religiosis, qui in difficultate fere simili degunt, haec solutio cognita non sit noxia? Sed, coram animarum fidelium periculo gravi et pro ipsorum infortunatorum conversione, oportetne amplius instituere, methodice et in omni regione, speciales domos, praesertim religiosas, quae istos infelices reciperent et in laboribus accomodatis exercerent?

---

2) Bremersdorpen, Stanleypolitan.

3) Mechlinien.

4) Trajanopolitan in Phrygia, S. Rosae de Copan, S. Salvatoris in Brasilia, Guatimalen, S. Marci in Guatimala, Alten, S. Jacobi de Maria, Verapacen, S. Annae, Granaten, Jalapen, S. Vincentii, S. Michaëlis, Achollitan, Pudentianae, Alajuelen, Limonen, S. Isidori, Curubitan, Immaculatae Conceptionis B.V.M. in Olancho.

5) Burdigalen.

6

In c. 212 C.I.C. supprimatur par. 2 (Cfr. Coronata, l. II n. 298).

7

Episcopi omnes procedant fortiter contra sacerdotes concubinos, ita ut, si post monitionem non resipiscant, immediate degradentur.

8

Concedatur Episcopis facultas reducendi ad statum laicalem sacerdotes indignos vel rebelles.

9

Ecclesia nihil amplius concedere debeat post Decretum S. Poenitentiariae « Lex sacri coelibatus » diei 18 aprilis 1936 ne, intuitu remissionis, sacerdotes minus resistant tentationibus, ubi primum difficultates experti sint.

10

Si clerici lapsi post maiores ordines receptos in militia clericali retinentur, oritur scandalum, vel interdum gravissima peccata. Quae incommoda vitarentur si illi clerici spoliarentur suis privilegiis simulque suis obligationibus.

11

Caritas sit via redeundi pro sacerdotibus lapsis.

12

Maior videtur indulgentia admittenda erga illos sacerdotes qui in c. 2388/1 memorantur.

---

6) Valleduparen.
7) Aphnaeten.
8) Calien, Melen.
9) Acheruntin.
10) Baionen.
11) Truxillen, Peloten, Tarsen.
12) Afogaden de Ingazeira.

13

Apostatis utriusque cleri enixe indulgeatur et omnia experiantur ad eos recuperandos.

14

Gravissimis cautionibus adhibitis ac poenitentiis, consulatur lapsorum conscientiae ut recedant a peccato et non damnentur in aeternum.

15

Relaxatio disciplinae severioris tractando de sacerdotibus lapsis aut de illis qui tarde detegunt se esse ineptos ad opus sacerdotale perficiendum, suadenda est.

16

Mitigetur disciplina c. 132 § 1 coniuncti, quoad sacerdotes, cum c. 1043, cuius exceptio supprimi posset, itemque cum c. 2388 § 1, necnon cum Decreto « Lex sacri caelibatus ».

Quod si Sedi Apostolicae opportunum non videretur de huiusmodi innovatione mentionem in C. I. C. facere, saltem inter facultates habituales Ordinariorum loci haec dispensatio adnumeretur, datis, si expediret, instructionibus, etiam secretis, quoad executionem.

17

Cum coelibatus non lege divina iubeatur, nimis durum videtur quod sacerdotes lapsi per totam vitam in conscientiae angustiis versari et forsan etiam mori debent.

18

Videretur opportuna saecularizatio sacerdotum qui aberrationibus sexualibus afficiuntur ita ut ipsi non sint amplius motivum scandali.

---

13) Mediolanen, Aversan.
14) Theatin, Medelitan, Savonen, Tiburtin, Pupianen, Senogallen, Troian.
15) Portlanden.
16) Lamacen.
17) Secovien.
18) Tarvisin.

19

Facilius reducantur ad statum laicalem sacerdotes indigni.

20

Etiam in illis casibus, in quibus liquido constat sacerdotem omnino amisisse spiritum sacerdotalem, facilior sit reductio ad statum laicalem, ut melius vitentur scandala, at cum onere servandi castitatem.

21

Videtur a misericordia Ecclesiae non alienum nec imprudens indultum exceptionale et singulare, conditionibus in Concilio probe examinandis, de presbyteris absolvendis et etiam ad sacramentum Matrimonii admittendis, amissa spe ad ministerium sacrum redeundi et imposita poenitentia v. g. in religione rudes catechizandi vel infirmis in nosocomiis visitandi et ad Sacramenta disponendi etc. de Ordinarii loci mandato...

22

Studio subiiciatur convenientia seu opportunitas concedendi etiam dispensationem ab obligationibus coelibatus illis qui eas iam non valebunt observare, cum poenalibus quidem sanctionibus perpetuis et perpetratae infidelitati congruentibus, nec non aptis cum ad praecavendum periculum ne alii exemplum eorum sequantur, tum ad scandalum fidelium vitandum.

23.

Sacerdotes apostatae reducantur ad statum laicalem sine onere coelibatus.

---

19) Calabocen, Victorien Spiritus Sancti, Armenien, Valentin, Dardan, Vatarben, Panitan, Siniandem, S. Marci et Bisinianen.
20) Dalisanden in Isauria.
21) Nuscan.
22) Mediolanen.
23) Passofunden, Patosen, Esmeralden, Sanaven, Daviden, Santosen, Chillanen, Caxien, Campi Grandis, Caronen, Leontopolitan in Pamphylia, Panamen, Victorien de Conquista, Victorien Spiritus Sancti, Rivibamben, Rivi Nigri, Rio-

24

Sacerdotes concubinarii reducantur ad statum laicalem cum onere Breviarii at sine onere coelibatus. Hoc postulat:

a) maior Dei gloria ex eo quod sacerdotum sacrilegia ad mininum reducerentur;

b) vera castitas et sanctitas cleri;

c) restauratio fidei fidelium in coelibatum sacerdotum;

d) animae salvatio sacerdotum naufragantium.

25

Nonne possibilitas dispensationis super coelibatu, in casibus clare psycho-pathologicis, considerari potest?

26

Matrimonium permittatur illis ordinatis in sacris, etiam sacerdotibus, qui coelibatum servare nequeant, praevio processu iuridico reductionis ad statum laicalem, sive reductio ad statum laicalem sit imposita ut poena sive sit ab ipso clerico petita.

27

Sacerdotes lapsi possint ad ritum qui Matrimonium permittit transire.

28

Eos, qui matrimonium attentarunt civile et ex iustitia filios alere tenentur, ad statum laicalem reducere et a coelibatu dispensare praestat.

---

preten, Altaven, Tanitan, S. Philippi, De El Peten, Lamen, Rabaten, Ziguinchoren, Stanleypolitan, Cercinitan, Assien, Conimbricen, Vagen, Centurien, Polyboten, S. Andreae et Edimburgen.

24) Melen.

25) Ruremonden, Roterodamen, Groningen, Ultraiecten, Camulianen, Driziparen, Czestochovien.

26) Risinitan.

27) Esmeralden.

28) Hieracen-Locren.

29

Sacerdotes apostatae, qui matrimonium civile contraxerunt vel concubinario vivunt modo, a lege coelibatus dispensentur.

30

Ob salutem animarum, permittatur matrimonium sacerdotibus, qui civile matrimonium attentarunt aut sacrilege vivunt. Notum est Pium VII sanasse matrimonium sacerdotum, qui, perdurante revolutione gallica, apostataverant.

31

Apostatae ad statum laicalem reducantur cum sanatione in radice matrimonii civilis, ad vitandum scandalum in nova matrimonii celebratione.

32

Sacerdotibus qui defecerunt et matrimonium attemptarunt, sed nunc poenitentibus, dispensationem voti coelibatus concedere opportunum est, ut ad Ecclesiam et statum gratiae redire possint modo tamen quo disciplina ecclesiastica non relaxetur.

33

Sacerdotibus, qui pro fragilitate matrimonium civile contraxerunt, extendatur reductio ad statum laicalem, sicut post revolutionem gallicam sed cum regulis praefinitis.

34

Sacerdotibus deportatis ob crimina liceat ad statum laicalem transire, ab obligatione Breviarii coelibatusque absolutis.

---

29) Ombitan, Preslaven.
30) Tarquinien et Centumcellarum, Tranen et Barolen.
31) Calabocen.
32) Alexandrin.
33) Avenionen.
34) Eudociaten.

35

A lege coelibatus dispensentur et ut simplices fideles considerentur.

36

Dispensentur ab oneribus clericalibus dummodo se conferant in alium locum et nemo eorum filiorum ad statum clericalem recipi possit.

37

Forsan casu pro casu si inventae sint a peritis catholicis imminutiones ex hereditate concedi potest reductio sine obligationibus.

38

Dispensentur ab onere coelibatus et reducantur ad statum diaconalem.

39

Sacerdotes, qui matrimonia civilia inierunt, segregantur in monasteriis, dum post periodum poenitentiae laborare possent in alia dioecesi vel etiam in partibus dissitis.

40

Alicui Ordini vel Congregationi virorum demandetur munus ex professo curandi de sacerdotum apostatarum salute.

41

Erigatur aliquod institutum pro sacerdotibus apostatis, praesertim concubinariis, ut ad Deum redeant.

42

Curet Metropolita ut saltem in regione habeatur pia domus pro clericis lapsis, in qua regeneretur eorum spiritus sacerdotalis.

---

35) Valven et Sulmonen.
36) Scythopolitan, Montis Alti et Ripan, Goritien, Derthonen.
37) Vercellen.
38) Rossanen.
39) Sinus Viridis.
40) Leucen.
41) Philippopolitan in Arabia.
42) Thuggen.

43

More laicorum ad Sacramenta admittantur sacerdotes lapsi.

44

Sacerdotes lapsi Sacramenta recipere possint.

45

Si coniugium inierint, ad Eucharistiae sacramentum accedere valeant, remoto scandalo, sub conditione simul vivendi sicut frater et soror.

46

Domus correctionis pro delinquentibus sacerdotibus et monachis instituantur.

47

Salva lege coelibatus, sacerdotes apostatae bene dispositi, etiam si illicitas nuptias attentarunt, ad Sacramenta more laicorum suscipienda Sancta Mater Ecclesia admittere velit cum in pristinum redire non possint.

48

Sacerdotes ad statum laicalem reducti sine onere castitatis, possent post diuturnum tempus exercere Ordines inferiores, iudicio Ordinarii, numquam vero munera stricte presbyteralia ut celebrationem Missae et auditionem confessionum.

---

43) Guluen, Mopoien, Rabaten.
44) Aysenen, Poncen, Peloten, Martyropolitan, Aterraden, Paten, Uberaben, Oliveiren, Guaxupen, Septemlacunen, Divinopolitan, Pesqueiren.
45) Polycastren.
46) Driziparen.
47) Justinianen.
48) Conimbricen.

II. DE CLERICIS IN SPECIE

1. De Romano Pontifice

1

A Concilio promulgetur Constitutio pro electione Summi Pontificis.

2

Circa electionem Summi Pontificis opportunum videtur ut mens Episcoporum totius orbis catholici audiatur, forma quidem magis apta et idonea.

3

Numerus electorum Summi Pontificis amplior sit et praesertim Patriarchae Orientales non desint.

4

Concedatur Patriarchis ius eligendi Summum Pontificem.

5

Aliquo modo Archiepiscopi in Summi Pontificis electione partem habeant.

---

1) Rhodien.
2) Montis Alti et Ripan.
3) Antiochen Melch., Hemesen Melch., Tyren Melch., Heliopolitan Melch., Aleppen Melch., Beryten et Gibailen Melch., Mariamnen, Paneaden, Ptolemaiden Melch., Bostren et Auranen, Petren et Philadelphien, Laodicen Melch., Tarsen Melch., Pelusitan Melch., de Nubia, Archim. Ordinis Basiliani Alepp. Melch., Archim. Ordinis Basiliani SS. Salvatoris, Archim. Ordinis Basiliani S. Ioannis Bapt., Sup. Gen. Societatis Missionariorum a S. Paulo.
4) Theban, Cherchen, Sardian.
5) Dardan, Portugallen.

6

Electores S. Pontificis eligantur ex omnibus nationibus ubi Hierarchia constituta est.

7

Coetus illorum, qui ad eligendum Summum Pontificem ius habent, si ad paucos alios, licet cardinalitia dignitate careant, extendatur, hoc fidelibus gratissimum foret.

8

Summus Pontifex eligatur ab omnium Episcoporum legatis, v. g. adsit unus legatus pro 50, vel 70, vel 100 Episcopis.

9

Normae edantur pro tempore persecutionis vel belli.

10

In proximo Conclavi crux « electrica » adhibeatur loco fumi albi coloris ad significandam electionem Summi Pontificis.

11

Labores praesertim « electricistarum » clericis speciali modo ad hoc exercitis committantur quia sine difficultate parva microphona ubique abscondi possunt.

12

Ea quae cum morte Summi Pontificis relationem habent omnino consideranda sunt, ut abducatur morbosa illa curiositas et foeda speculatio. Machinae photographicae et « camerae televisivae » omnino arceantur, nisi alio alterove casu et sub vigilantia viri probi.

---

6) Cherchen.
7) Assisien.
8) Rivi Nigri, Riopreten, Altaven, Tanitan.
9) Caesenaten.
10) Londonen.
11) Madyten.
12) Nepten.

Perutile esset, sicut adest pro electione, decretum aliquod dari ad decernendum in hac materia.

Cur post 24 horas non clauditur corpus in capsa, ut fit cum omni mortali, etiam si permaneat insepultum per tres dies? Augeatur quidem devotio erga R. Pontificem etiam mortuum, sed tollatur omne spectaculum.

2. De Concilio Oecumenico

A) *De praeparatione Concilii*

1

Perutile est doctrinam Ecclesiae de futuro Concilio quamprimum claris et simplicibus verbis palam facere, ita ut unusquisque mentem Ecclesiae scire et argumenta sua in tempore opportuno exponere possit. Oportet falsas opiniones et omnia praeiudicia acatholicorum dispellere et rectificare ante Concilium.

2

Post primam inquisitionem Episcoporum, altera sequatur, quae spectet ad Collationes episcopales (regionales vel nationales), quoad doctrinas maximi momenti, ut Episcopi disserere possint de iis, quae usus eos docuit.

3

Praevia thematum discussio in Provinciis ecclesiasticis et in Conferentiis nationalibus Episcoporum habeatur.

4

Habeantur synodi nationales ad Concilium Oecumenicum parandum; in istis praeter Exc.mos Praelatos, locum habeat commissio cleri omnium dioeceseon. Conclusiones synodorum nationalium mitterentur ad Concilium Oecumenicum.

---

1) Lomen.
2) Veronen.
3) Thibicen.
4) Tacnen.

5

Ut actus tanti momenti optatam efficaciam obtineat, utile videtur iam ab eius praeparatione decernere seriem Conciliorum particularium aliud post aliud subsequentium per nationes aut regiones, nec non convocationem praeparare magni conventus Legatorum civitatum atque Nationum, publica officiorum vincula cum S. Sede habentium, ut de Concilii Oecumenici conclusionibus certiores fiant et invitentur ad favendum executioni.

6

Perutile videtur constituere in singulis dioecesibus sub Episcopo congregationem quamdam consultivam compositam ex sacerdotibus, religiosis et fidelibus insignibus, qui, mediante Episcopo, sensum panderent de rebus, eorum iudicio, attentione dignioribus in Concilio Generali.

7

In Conventibus et studiis, quae praeparant Concilium, opportunum videtur consulere non solum Commissiones ad hoc electas, sed omnes qui iuxta can. 223 C.I.C. ad illud vocantur. Quibus exemplaria rerum tractandarum mitti poterunt, postea etiam conclusiones et decreta concordata, ita ut Episcopi et seorsum et in suis quisque Conventibus provincialibus examinent ac examinata Romanae Commissioni mittere curent.

8

De rebus maximis schema tradatur Episcopis ut animadversiones facere possint.

9

Concilium accurate praeparandum est per Commissiones compositas ex viris vere peritis et res in sua actuali realitate conspicientibus.

---

5) Mediolanen.
6) Pessinuntin.
7) Patavin.
8) S. Dominici Novem Julii.
9) Argentinen.

10

Consiliis virorum Concilio Oecumenico praeparando coactis, nota donetur summae competentiae et universalitatis.

11

In Commissionibus vel sub-commissionibus adsint etiam membra rituum Orientalium.

12

In Commissionibus praeparatoriis Concilii Oecumenici statuantur repraesentationes per zonas geographicas, ita ut problemata regionalia melius cognoscantur.

13

In quaestionibus dogmaticis Commissiones audiant etiam theologos, qui speciali cognitione doctrinarum, principiorum, scriptorum confessionalium, legum, status religiosi, culturae et psychologiae protestantium sunt praediti.

14

In praeparatione Concilii utile videtur si adhibeatur subsidium Sociologicarum Inquisitionum quae vocantur.

15

Pro quaestionibus de rebus sociologicis et civilibus vel oeconomicis consulantur etiam laicorum catholicorum probati et eruditi experti, qui quosdam aspectus novos afferre possunt, a theologis difficulter inventos.

---

10) Mediolanen.

11) Mausilien Syrorum, Antiochen Syrorum, Nacolen, Aleppen Syrorum, Damascen, Spinen, Babylonen, Larissen in Syria, Edessen in Osrhoëne.

12) Risinitan.

13) Paderbornen, Essendien, Eminentianen.

14) Bononien.

15) Paderbornen, Essendien, Eminentianen.

16

Consilia peritorum circa quaestiones scientificas consulantur extra Concilium ita ut sessionibus Concilii adsint tantum Ecclesiastici.

17

Item Commissio internationalis laicorum catholicorum peritorum instituatur, quae Concilio consilia afferre valebit, et post conclusionem sessionum de multis argumentis testimonia praebere poterit (v. g. de familia et matrimonio, de quaestionibus socialibus et politicis).

18

Vocentur ad Concilium Oecumenicum aliqua membra Actionis Catholicae, Tertii Ordinis, etc.

19

Ante Concilium vel durante Concilio extare possent hae Commissiones:

a) Commissio studiorum de rebus technicis ac scientificis, quae examinet quo pacto progressus scientiarum et technicae maiorem Dei gloriam procurare possit.

b) Commissio migrantium, quae bono spirituali exsulum in Concilio Oecumenico procurando consulat.

c) Commissio « Oecumenica », quae de omnibus, quae ad unionem cum fratribus separatis tendunt, provideat.

20

Vota I Concilii Aequatoriensis attendantur.

B) *De patrocinio et orationibus ad felicem Concilii exitum obtinendum*

1

Ad populum christianum bene disponendum ad Concilium Oecumenicum, indicatur Iubilaeum generale, ut fideles in gratia Dei

---

16) Patavin.
17) Secovien.
18) Laginen.
19) Arcen.
20) Guayaquilen, Coptitan.
1) Veronen.

firmentur et ut inter catholicos unitas et fraternitas in omnibus vitae partibus statuantur, quae in oblivione venisse videntur.

2

Occasione Concilii, cum adsint legationes Episcoporum omnium catholici orbis, consecretur mundus totus Immaculato Cordi B. M. V. et sic concludatur quod iam factum est in omnibus dioecesibus et nationibus.

3

Quamvis Concilium sub patrocinio Sancti Pii X iam positum sit, quaeritur utrum mitti posset sub praesidio B. M. V. Matris Nostrae de Perpetuo Succursu.

4

Beatissima Virgo Maria sub invocatione de Perpetuo Succursu praecipua Oecumenici proxime convocandi Concilii Patrona nominetur.

5

Operi Concilii fideles consocientur, per simultaneam in orbe celebrationem festivitatum, in communione cum celebrationibus Romae habendis.

6

« Veni Creator » ab omnibus sacerdotibus usque ad initium Concilii Oecumenici recitetur.

7

Statuatur « collecta imperata » ad tollendum schisma.

8

Edatur supplicatio officialis pro Concilio, recitanda post Missam.

---

2) Apuanien.
3) Toletan.
4) Providentien, Harrisburben, Pittsburgen, Philadelphien Ruthen., Selen, Reginaten.
5) Aquen.
6) Mopsuesten.
7) Mopsuesten, Larissen in Syria.
8) Leonen in Nicaragua.

C) *De indole et progressu Concilii*

1

Concilium nominetur Vaticanum II.

2

Argumenta in Concilio Vaticano I iam proposita at nondum tractata denuo resumantur et ulteriori evolutioni accommodentur.

3

Orientatio characteristica Concilii Vaticani II missionaria esse debet.

4

Concilium vera problemata huius temporis aggrediatur.

5

Cum pro argumento doctrinali, tum pro argumentis disciplinae et pastoralis curae, longorum catalogorum et enuntiationum loco, edicenda essent pauca documenta praecipua cum principiis doctrinae et usus.

6

Concilium quibusdam doctrinae capitibus locum primum tribuat, quia Concilia magis doctrinalia semper maiorem in vitam Ecclesiae habuerunt influxum. Ergo, Spiritu Sancto quaestiones quasdam dogmaticas illustrante et maturante, ut puta quaestiones de Mariologia (de Virgine Mediatrice et Corredemptrice), de episcopali potestate (Concilium Vaticanum I complendo), de mutua relatione Sacrae Scripturae et Sacrae Traditionis, etc., huiusmodi quaestiones eminere quodammodo in tractationibus Concilii oportet.

---

1) Bluefielden.
2) Berolinen.
3) Pessinuntin.
4) Argentinen.
5) Iconien.
6) Sydneyen.

7

In Concilio Oecumenico quaestiones dogmaticae et disciplinares tractentur simul.

8

Futurum Concilium maxime curet quaestiones morales, asceticas, pastorales, liturgicas, ad apostolatum spectantes, potius quam dogmaticas.

9

Concilium sit temporibus nostris accomodatum, ideoque characterem socialem habeat et definitiones de re sociali proferat.

10

Concilium vere apostolicum sit, nempe verus et novus adventus apostolatus in mundo christiano. Pastoribus et fidelibus impulsum missionarium transmittat, iis etiam qui foris sunt. Praeparatio sessionum, labor dogmaticus, adaptatio legum iuris canonici, disciplinae et liturgiae ad hoc unum tendant, novis conditionibus prae oculis habitis.

11

Negotium maximum Concilii erit non certe subvertere legislationem et organizationem ecclesiasticam, sed potius vehementer omnes hortari et a Deo suppliciter impetrare ut Pastores, sacerdotes, religiosi, fideles omnes ad sanctificationem personalem tendant.

12

Potiusquam in sessionibus solemnibus vel praeparatoriis sermones doctiores multiplicentur, locus detur dialogo familiari in commissionibus minoribus, ita ut quod in aliis Conciliis privatim et aliquando clandestino modo moliebatur, fiat officiose.

---

7) Dalisanden in Isauria.
8) Apuanien.
9) Tranen et Barolen.
10) Argentinen.
11) Catacen et Squillacen.
12) Tuden.

13

Sessiones plenariae, quantum fieri poterit, abbreviandae erunt, quia tanta Episcoporum moles vix diutius a dioecesibus suis distendi quit.

14

Cum Episcopi per longum tempus abesse e suis dioecesibus non possint, accurata et ampla praeparatio requiritur.

15

Disceptationes inter Patres sint breves atque prudentissimae ut unitas inter eos eluceat.

16

Vitentur omnes materiae quae ad unionem desideratam diminuendam idoneae sint, inter quas sunt discussiones Mariologicae novissime habitae; e contrario autem illae materiae, quae coniunctionem fovent, favendae sunt.

17

Totus modus dicendi in decretis et instructionibus Concilii ita respiciat dictionem S. Scripturae et Patrum ut facilius moveat etiam fratres separatos.

18

Textus, Patribus Concilii submittendi, redigantur in lingua simplici, quae nullam aequivocationem praebeat, nec illos offendere queat quos allicere et convincere intendimus. Adhibeantur vocabula biblica vel ex antiqua traditione deprompta.

Hi textus sint explanationes luminosae, sine condemnationibus vel « anathema sit » annexis. Omnes enim a Concilio declarationes positivas expectant et non negativas: praeterea prohibitiones, etiam solemniter promulgatae, saepius non servantur et aliquando pro protestatione inoboedientiam provocant.

---

13) Moguntin.
14) Argentinen.
15) Darienen.
16) Moguntin.
17) Essendien, Eminentianen, Paderbornen.
18) Argentinen.

19

Constitutiones a Concilio promulgatae *in nomine Concilii promulgentur*, approbante Summo Pontifice, potius quam per Pontificem, approbante Concilio.

20

Maxima claritas et simplicitas necnon brevitas adhibeantur in canonibus edendis.

21

Concilium magis quam per anathemata errores damnare, positive deberet doctrinam proponere sive ut credendam sive ut connexam cum fide.

22

In Concilio suffragia individualia et secreta sint.

23

Quaedam Concilii declarationes, v. g. circa christianos mores, aut iura personae humanae, aliis ecclesiis christianis communicentur ita ut nobiscum in iis consocientur.

D) *De lingua in Concilio adhibenda*

1

In Concilio Oecumenico lingua « latina » sit « officialis », attamen si inter Patres, maxime orientales, sunt qui lingua latina commode uti non valent, sit pro ipsis servitium traductionis simultaneae.

2

Usus linguae latinae videtur opportunus in proximo Concilio.

---

19) Argentinen.
20) Sup. Gen. Ord. CC. RR. Minorum.
21) Barcinonen, Nicomedien.
22) Oruren.
23) Aquen, Myrien.
1) Dalisanden in Isauria.
2) Trifluvianen.

3

Acta et decreta Concilii Oecumenici futuri in duabus linguis, latina et graeca exarentur.

4

In Concilio linguae praecipuae permittantur in discussionibus.

5

In Commissionibus et sectionibus ad discutiendum etiam principaliores linguae modernae admittantur.

6

Unusquisque in propria lingua disserentes audiat.

7

Patres sua propria lingua nationali uti possint.

8

Omnes linguae adhibeantur, quia tantum 5% Episcoporum libere latine fandi scribendique facultate pollent.

9

Ne quis impediatur, ob imperitiam in usu linguae latinae, quominus exponat quae sentit.

10

Conclusiones et Canones Concilii latine exarati sint.

---

3) Leucaden.
4) Antsiraben, Uahiguyaen, Antiochen Syrorum, Nacolen, Aleppen Syrorum, Damascen Syrorum, Spinen Syrorum, Babylonen Syrorum, Larissen in Syria, Edessen in Osrhoëne.
5) Sup. Gen. Congr. Austr. O. S. B.
6) S. Salvatoris, Guatimalen, S. Marci in Guatimala, Alten, S. Jacobi de Maria, Verapacen, S. Annae, Granaten, Jalapen, S. Vincentii, S. Michaëlis, Trajanopolitan in Phrygia, S. Rosae de Copan, Achollitan, Curubitan, Thibicen, Pudentianae, Alajuelen, Limonen, S. Isidori.
7) Argentinen.
8) Tarmen, Salditan.
9) Bobien.
10) Oruren.

E) *De frequentia Conciliorum*

1

In hoc Concilio Oecumenico statuatur quonam tempore Concilium Oecumenicum proxime venturum habebitur, ita ut praecaveatur denuo per centum annos Concilium Oecumenicum expectandum.

2

Concilium Oecumenicum Episcoporum decimo quoque anno congregetur.

3

Concilia Oecumenica habeantur frequenter (v. g. sexto decimo quoque anno) et adsint Episcopi electi in Conferentiis Episcopalibus.

4

Concilium Oecumenicum habeatur vicesimo quinto quoque anno propter problemata quae oriuntur ex immenso progressu mundi hodierni.

5

Quinquagesimo quoque anno Concilium Oecumenicum celebretur.

6

Concilia Oecumenica saltem semel aut bis in saeculo habeantur.

F) *De officio informationis instituendo*

1*

Instituatur apud Secretarium Concilii officium v. « public relations », cuius munus sit notitias de progressu et labore Concilii

---

1) Mosynopolitan.
2) Spalaten et Macarscen, Eshowen.
3) Caesenaten.
4) Kroonstaden.
5) Tepicen, Milevitan.
6) Purvokerten.
1*) Kingstonien, Halifaxien.

edere. Caute tamen procedatur in notitiis evulgandis ne contingat uti in Concilio Vaticano I, quod circumdatum fuit rumoribus et falsis opinionibus.

2

Desideratur centrum informationis, quod durante Concilio media publicationis i. e. ephemerides, radiophoniam, pelliculam ex officio instruat, sed et alias de rebus S. Sedis et Ecclesiae secundum veritatem et fideliter referat.

G) *De participatione acatholicorum in Concilio*

1

Concilium Oecumenicum, sine convocatione et participatione Ecclesiae Orientalis dissidentis, ad pristinas, novas difficultates adiungere potest. Utile videtur ut quodam modo istae communitates dissidentes ad praeparationem Concilii participent.

2*

Diversae sectae acatholicae invitentur ad exprimenda vota, directe vel indirecte, apud Commissionem Antepraeparatoriam pro Concilio Oecumenico.

3

Ut unitati faveatur, invitentur orthodoxi orientales saltem ad praeparatorias commissiones.

4

Acatholici ne totaliter excludantur ab Oecumenico Concilio.

5

Etiam principibus et theologis christianorum dissidentium sua vota ad varias quaestiones unionem spectantes commissionibus Concilii proponere liceat.

---

2) Bassianen.
1) Chariopolitan.
2*) Camerinen.
3) Aquen.
4) Pessinuntin.
5) Secovien.

6

Repraesentantes aliarum confessionum possint tamquam « observatores » cum Concilii membris durante Concilio colloqui et suas cogitationes competentibus officiis patefacere.

7

Ante Concilium et durante Concilio, ad latus eius, instituatur « Commissio conciliaris mixta », complectens historicos, exegetas, theologos et canonistas non solum catholicos, sed etiam ad Ecclesias separatas pertinentes. Haec Commissio Concilio informationes utiles praebebit. Etiam post celebratam Synodum permanere poterit, ad communem utilitatem.

8

A S. Sede et Concilio Oecumenico concipiatur solemnis proclamatio et mittatur omnibus superioribus uniuscuiusque haereseos christianae atque cuiuslibet religionis, philosophis virisque doctis notae auctoritatis; in qua proclamatione exponatur oportet Ecclesiae a Deo-Homine commissum mandatum praedicandi Evangelium omnibus hominibus. Brevis addatur conspectus historicus sectae vel religionis in quo describatur initium sectae vel religionis earumque influxus in culturam humanam progressumque moralitatis. Indicentur dogmata, doctrinaeque morales communia et relationes inter rationem et revelationem supernaturalem. Memorata proclamatio imprimatur in ephemeridibus et periodicis et, si opportunum videatur, propagetur etiam inter fautores sectarum et religionum naturalium.

9

Fiant colloquia cum fratribus, schismate vel haeresi ab Ecclesia separatis, praeprimis per viros ecclesiasticos eiusdem nationis.

3. De S. R. E. Cardinalibus

1

Magis eluceat in Collegio Cardinalium universalitas Ecclesiae.

---

6) Secovien.
7) Argentinen.
8) Varsavien et Gnesnen.
9) Sup. Gen. Congr. Austr. O. S. B.

1) Tarraconen, Synnaden in Phrygia, Albasiten, Caesaraugustan, Leucaden.

2

Splendeat in Cardinalium coetu universalitas Ecclesiae secundum numerum catholicorum uniuscuiusque nationis.

3

Melius esset si numerus Cardinalium adhuc augeretur ut maior numerus nationum haberet suum Cardinalem.

4

Extendatur numerus Cardinalium ut omnes vel fere omnes nationes unum habeant, non augeantur tamen electores R. Pontificis.

5

Numerus Cardinalium augeatur ut unicuique nationi sit unus Cardinalis pro 5.000.000 civium.

6

Ad Ecclesiae administrationem faciliorem reddendam, optandum est ut numerus Patrum Cardinalium ad centum accedat.

7

Numerus Cardinalium augeatur usque ad 100 ita ut omnes nationes, aequali modo, in S. Collegio partem habeant.

8

Eminentissimi Cardinales conveniant non solum quando fit Conclave, sed etiam saepius, fortasse etiam statutis temporibus, ut animadversiones consiliaque inter se communicent, de statu ecclesiarum in diversis orbis regionibus referant, itaque efficacius Summum Pontificem in Ecclesia regenda adiuvent.

---

2) Gibuten, Antsiraben, Nepten, Lydenburgen, Internuntius in Aegypto.
3) Pharen, Hadrumetin.
4) Nepten.
5) Chillanen.
6) Londonen, Pembroken.
7) Spalaten et Macarscen, Christopolitan.
8) Rothomagen.

9

Omnes Cardinales quotannis in Concilium congregentur ad problemata universalis Ecclesiae discutienda.

10

Cardinales sint delegati ab Episcopis in tractandis Ecclesiae negotiis, quasi procuratores Episcoporum diversarum nationum.

11

Reformetur sic dictum « protocollon » Vaticanum praeteriens ea omnia quae hodie nihil dicunt vel sapiunt vanitatem. Quid significat: « aperire os », « le visite di calore » quas vocant, consignatio petasi (« cappello »)?

12

Leges condantur circa vestes et domos Cardinalium ut sumptus moderentur.

13

In c. 232, § 2-2° C.I.C. deleatur clausula: « ex legitimo matrimonio ».

14

Aliquae Sedes episcopales, quibus secundum traditionem dignitas cardinalatus assignatur, non amplius habent titulum ad tantum honorem.

15

Praesens dioeceseon suburbicariarum gubernatio parum est aetati nostrae accomodata. Episcopi enim, quibus creditae sunt eae dioeceses, plerumque debent abesse, quippe qui, gravissimis Romanae Curiae negotiis impigre dediti, in administratione Ecclesiae, cuius sunt Pastores, parum temporis et industriae ponere queant.

---

9) Spalaten et Macarscen.
10) Ziguinchoren.
11) Nepten.
12) Tarahumaren.
13) Marilien.
14) Hobarten.
15) Thennesien, Lauden, Tyanen.

Episcopus Auxiliaris in loco consistens videt res uti sunt sed providere non valet quia omnis decisio pertinet ad Episcopum Cardinalem, qui Romae degit, saepe aetate provectior est nec experientiam habet de directa cura animarum gubernioque dioecesis cum ex diplomatica via assumptus sit. Ex omnibus dioecesibus suburbicariis duae efformentur: «Alto Lazio» et «Basso Lazio»; Cardinales sint titulares non residentiales. Res tamen magna cum prudentia ducenda est ob « campanilismo » incolarum.

16

Cardinales Protectores ne amplius nominentur desideratur.

17

Cardinalis vere « niger » desideratur.

18

Cum dogmaticam Ecclesiae structuram R. Pontifex, Episcopi, sacerdotes, fideles constituant, oporteret ut corpus Cardinalium non esset, aut, si perduraret, nec momento nec pondere quibus nunc pollent, deinceps frueretur. Senatus Pontificis constituendus esset solummodo ex illis qui ab Episcopis uniuscuiusque Nationis aut Patriarchatus fuissent electi, quique ceterorum gererent vices.

19

Desideratur convocatio, saltem quinto quoque anno, S. Collegii Cardinalium electorum ex omnibus regionibus ut hic senatus Pontifici Romano re vera in regenda Ecclesia adsistat.

20

Consistorium non habeat amplius tot formalitates.

---

16) Assisien.
17) Konakrien, Nzerekoreen, Kankanen.
18) Valentin, Dardan.
19) Comben.
20) Caesenaten.

21

Opulentia vestium Cardinalium ad sobriam formam reducenda esset.

4. De Curia Romana

A) *De universalitate seu internationalizatione Curiae Romanae*

1

Splendeat in Curia Romana universalitas Ecclesiae.

2

Splendeat in Curia Romana universalitas Ecclesiae secundum numerum catholicorum uniuscuiusque nationis.

3

Curiae Romanae « internationalizatio » optatur. Ad hunc finem optatur in Urbe schola ubi sacerdotes iuvenes bene dotati cuiusvis nationis in officiis curialibus et diplomaticis erudiantur.

4

Roma et mundus Romanus fiant internationales: « internationalizetur » ut mundus « romanizetur ».

---

21) Synnaden in Phrygia.

1) Albasiten, Tabuden, Tarraconen, Mindonien, Santanderien, Oxomen, Ruremonden, Roterodamen, Groningen, Buscoducen, Laganitan, Misnen, Isinden, Aenien, Leucaden, Beograden, Victorien Spiritus Sancti.

2) Gibuten, Rubagaën, Taboraën, Kasamaen, Portus Ludovici, Makenen, Uahiguyaen, Lydenburgen, Cissitan, Antiochen Melch., Hemesen Melch., Tyren Melch., Heliopolitan Melch., Aleppen Melch., Beryten et Gibailen Melch., Mariamnen, Petren et Philadelphien, Laodicen Melch., Tarsen Melch., Pelusitan Melch., de Nubia, Archim. Ord. Basiliani Melch., Sup. Gen. Soc. Missionariorum a S. Paulo.

3) Indianapolitan, Brixien, Messenien, Sup. Gen. Congr. SS. Cordium, Sup. Gen. Mission. Scheut., Sup. Gen. Carmel. B.M.V. Immac.

4) Nicopolitan in Epiro, Intern. in Iran.

5

Curia Romana instruatur Cardinalibus, Episcopis et sacerdotibus vocatis ab omnibus catholicis coetibus, servata quadam proportione.

6

Dicasteria romana ita ordinentur ut data scientiarum quae dicuntur sociologia positiva, sociographia, statistica, etc. modo scientifico colligi et adhiberi possint in regimine Ecclesiae.

7

In sententiis et decretis Moderationis Centralis Ecclesiae opinio italica ne nimium praeponderet. Magis mentalitas et evolutio religiosa in aliis regionibus respicienda est.

8

Valde plures autem non immerito quaerunt Italiam plus aequo praestantem locum tenere in Romanae Curiae curis et labore. Ab istis certe desideratur Decretum aliquod vi cuius italica negotia more institutoque ceterarum nationum apud Sacra Dicasteria pertractentur. Hinc Nuntiatura apud Quirinalem et Conferentia Italorum Praesulum roborandae, aut organum ad hoc creandum quo Romanus Pontifex munus suum primatiale exercere valeat in Italia, haud secus ac per Vicariatum in Urbe Romanam dioecesim qua Episcopus potissime gubernat.

9

In Urbe adsint plures Consultores et Secretarii e diversis nationibus oriundi, quo universalis Ecclesiae fidelior imago sit in quotidianis negotiis gerendis. Res enim multae, quae aliae sunt in aliis locis, stabilem opem adiutorum, qui ex iis nationibus proveniunt, requirunt.

---

5) Caesaraugustan.
6) Sup. Gen. Ord. Carm.
7) Roterodamen, Groningen.
8) Ephesin.
9) Rothomagen.

10

Omnes nationes magis magisque advocentur in cooperationem et adiumentum pro regimine universalis Ecclesiae, speciatim in Curia Romana et Summi Pontificis legationibus.

11

In Curia Romana adsint officiales omnium nationum, ut sic melius intelligantur eorum mores, traditiones, necessitates, etc.

12

Adiutores Summi Pontificis ad Ecclesiam universalem regendam ex universa Ecclesia eligantur.

Omnes catholicae nationes in Romanae Curiae consortium magis intrent.

13

Participatio habeatur omnium gentium numero sufficienti in institutis gubernii et consilii Ecclesiae, ratione habita non tantum numeri sed etiam momenti singularum gentium et regionum.

14

In Curia Romana numerus officialium e finibus extra Italiam et Europam sitis oriundorum multiplicetur.

15

Inter officiales, sive maiores sive minores, Congregationum plures cooptentur ex variis mundi partibus, in specie ex America, Asia, Africa ne, ut non adeo raro accidit, ea quae ordinantur minus vel vix aptentur necessitati vel possibilitati quarumdam regionum.

---

10) Apollonien.
11) Sanaven, Montisvidei, Risinitan, Yucatanen, Martyropolitan, Aterraden, Paten, Uberaben, Oliveiren, Guaxupen, Septemlacunen, Divinopolitan, Verinopolitan, Chillanen, Prusien, Rivi Nigri, Riopreten, Altaven, Tanitan, Campi Grandis, Reconquisten, S. Mariae, Celerinen.
12) Myrinen, Andegaven, Carcassonen.
13) Comben, Ordinarii Indonesiae.
14) Calydonien, Londrinen.
15) Sup. Gen. Soc. Iesu.

16

Ut indoles supranationalis et universalis Curiae Romanae confirmetur, ad munera Congregationum, Tribunalium et Officiorum adimplenda clerici ex totius orbis dioecesibus (non exclusis regionibus a S. C. de Propaganda Fide dependentibus) seligantur et vocentur.

17

Admittantur sacerdotes (et laici) etiam e terris extra Europam et Americam pro servitio diplomatico Ecclesiae etiam si candidati e religiosis sumendi sunt.

B) *De Officio coordinationis instituendo apud Curiam Romanam*

1

Ecclesia necessitatem habet « administrationis coordinantis », ad viros peritos quam celerrime dirigendos in agris Domini maximo auxilio egentibus. Hoc sit munus unius S. Congregationis.

2

Primaria Officia S. R. Ecclesiae unica in negotiis regantur norma, ne de eadem re praescripta inter se dissidentia exarentur; Supremum igitur Consilium de rebus aequandis (vel aliquid simile) omnia quae a Primariis Officiis permittuntur congruenter componat.

3

Desideratur maior cooperatio inter Ecclesiam docentem et discentem ope cuiusdam instituti informationis seu consilii secundum principium tritum: quod omnes tangit ab omnibus probari debet. Et quidem eo modo, ut etiam iuniores aetate sed sapientia praediti in consilium commune advocentur.

---

16) Chamberien, Lerien.
17) Comben, Ordinarii Indonesiae.
1) Calabaren.
2) Tarquinien et Centumcellarum.
3) Ordinarii Indonesiae.

4

Creetur aliquod organum coordinationis inter Congregationes et Officia Curiae Romanae, ne singulae Congregationes vel Officia singillatim tantum procedant et in conflictu iurisdictionis inter eas subditi inter martellum et incudinem premantur, uti re vera non raro fit.

5

Necessarium videtur ut Sacrae Congregationes, Commissiones, officia et Tribunalia S. Sedis ita organice reformentur, ut minuantur conflictus et tollatur confusio circa competentiam. Oportet ut Praesides et officiales sint viri in illa re bene versati, nec ad officia promoveantur ea sola ratione quia sunt seniores.

6

Reformetur adhuc competentia singularum Congregationum.

7

Forsan cogitanda est melior distributio Curiae Romanae, magis obiectiva et inter SS. Congregationes maiorem connexionem praebens.

8

Detur singulis Congregationibus nomen secundum competentiam.

9

Inter Sacras Congregationes maior sit mutua collaboratio.

10

Competentia loci inter Congr. de Propaganda Fide et Consistorialem necessitatibus fidelium aptetur.

---

4) Sup. Gen. Soc. Iesu.
5) Calicuten, Dinajpuren.
6) Panormitan, Caesenaten.
7) Burdigalen.
8) Caesenaten.
9) Sup. Gen. Marianist.
10) Sup. Gen. Maryknoll.

11

Si forte SS. Congregationes de disciplina Sacramentorum, Rituum, Consistorialis et Concilii in duas tantum Congregationes coagmentarentur, videtur fore ut pleraque circa competentiam dubia et conflictus devitarentur uniusque mentis efficeretur iurisprudentia circa res aut vix easdem aut certe affines.

C) *De nimia « Centralizatione » Curiae Romanae*

1

Congregationes Romanae, quae necessariae sunt et officia praestant quae substitui non possunt, videntur esse nimis « *centralizatrices* ». Causae, quas sibi reservant, numerosiores sunt. Illi, quibus incumbit tractare eas, nimis distant ab iis humanitatis relationibus, cum personis quarum interest, quas inter homines oportet esse: atque sententias ferunt, per quas profunde laedunt plurimas animas.

Restringunt et limitant iura ac potestates Episcoporum. Videntur oblivisci rationem et curam animarum, de iure divino, collatam esse collegio apostolico, itemque iure divino collegium episcopale gubernare Ecclesiam.

2

Nimia centralizatio et modus auctoritarius in Sacris Congregationibus arceantur.

3

« Decentralizatio » summe optanda est in Romana Curia.

---

11) Ephesin, Sherbrooken, Nicoletan.
1) Tarbien et Lapurden.
2) Sup. Gen. Marianist., Sup. Gen. Soc. a S. Paulo.
3) Gibuten, Alivalen, Rabaten, Lydenburgen, Cissitan, Mausilien Syrorum, Callipolitan, Gibben, Tananariven, Uahiguyaen, Sehnaen Chaldeorum, Antiochen Syrorum, Nacolen, Aleppen Syrorum, Damascen Syrorum, Edessen in Osrhoëne, Spinen Syrorum, Babylonen Syrorum, Larissen in Syria, Antiochen Melch., Hemesen Melch., Tyren Melch., Heliopolitan Melch., Aleppen Melch., Beryten et Gibailen Melch., Mariamnen, Paneaden, Ptolemaiden, Bostren et Auranen, Petren et Philadelphien, Laodicen Melch., Tarsen Melch., Pelusitan Melch.,, de Nubia, Ar-

4

Discutiatur an distinctae concentrationes maiorum regionum in Ecclesia appetendae sint (Europa, America Sept., Meridionalis, Africa, Asia duplex) sive per modum distinctarum assistentiarum in Curia Romana, sive per modum conventuum Episcoporum et associationum fidelium.

5

Ne occidantur ultronei conatus zeli apostolici etiam privatorum, qui in tota historia Ecclesiae adeo fecundi fuerunt, per nimiam « centralizationem » quorumdam Praelatorum. Prudens vigilantia moderetur conamina quae a Spiritu Sancto inspirata videntur, autocratia autem ea ne suffocet.

6

Curia Romana a radice reficienda est, eaque adaptanda est ad amplitudinem et complexitatem quaestionum per « internationalizationem », « decentralizationem » et mutationem in modo eligendi eos qui in Curia laborant.

D) *De stylo Curiae Romanae*

1

Documenta Curiae Romanae exarentur lingua latina sed stylo simplici.

2

Optandum est ut in omnibus documentis Pontificiis conficiendis adhibeatur lingua latina clarior et simplex, magis intelligibilis, ad immediatam versionem in linguam vulgarem facilis.

---

chim. Ord. Basiliani Melch., Sup. Gen. Soc. Mission. a S. Paulo, Vallisoletan, Aberdonen, Ultraiecten, Sedunen, Helsinkien, Leucaden, Laganitan, Campi Grandis, Judiciforen, Abbas Primas O.S.B.

4) Essendien, Eminentianen.
5) Sup. Gen. Soc. Iesu.
6) Carcassonen.
1) Mission Scheut.
2) Daulien.

3

Mediaevales quaedam formulae, interdum nimis diplomaticae in stylo Curiae Romanae, reformentur resque aperte dicatur in plena perspicuitate.

4

Acta SS. Congregationum variis interpretationibus nullam dent ansam.

5

Stylus latinus Romanae Curiae simplicior sit, aliter versio in linguis vernaculis res sat difficilis erit.

E) *De promulgatione Decretorum Sanctae Sedis*

1

Recens praxis promulgandi decreta Apostolicae Sedis in « Osservatore Romano » sine ulla legis vacatione multas difficultates frequenter suscitat in regionibus longinquis. Redeatur igitur ad modum ordinarium c. 9 C.I.C. promulgationis decretorum in Actis Apostolicae Sedis cum vacatione trium mensium. Decreta minoris momenti per tramitem Stationis Radiophonicae Vaticanae, die et hora statutis, possent lingua latina promulgari ac statim postea lingua vernacula.

2

Acta Apostolicae Sedis saepe saepius nimis procrastinantur.

3*

Saepe, recentibus annis, leges et dispensationes generales per totum mundum in foliis diariis prodierunt, antequam in commentario officiali prodessent, v. g. Decretum « Sacram Communio-

---

3) Sup. Gen. O. F. M. Conv.
4) Signin.
5) Kabindaën, Tshumbeen, Lueboën, Luluaburgen.

1) S. Andreae et Edimburgen.
2) Sup. Gen. Mission. Scheut.
3*) Salisburien.

nem » die 19/III/1957 datum, a 25 eiusdem mensis viguit, quamvis fasciculo commentarii in quo prodiit hoc Decretum apposita sit dies 17 aprilis.

4

Sancta Sedes quovis modo animadvertat ut Ordinarii recipiant decreta, quae habent immediatam et universalem applicationem, antequam divulgentur per ephemerides et transmissiones radiophonicas saeculares, secus fit ut Ordinarius primo ab ephemeride locali nuntium accipiat.

5

Manente regula generali, qua leges ab Apostolica Sede latae in A. A. S. promulgantur, etiam obligatio promulgationis legum, decretorum et cuiuscumque generis decisionum Sacrarum Congregationum et quidem in lingua latina inducatur.

6

Optandum est ut de actibus S. Sedis locorum Ordinariis prius detur notitia quam ab ephemeridibus divulgentur.

7

In promulgatione mutationum tam in legislatione ecclesiastica quam in S. Liturgia praevideatur difficultas communicationum in Missionum locis, aliter Ordinarii eas subditis tempestive communicare nequeunt.

8

Media aptissima inveniantur quibus decreta Apostolicae Sedis ad Ordinarios in Missionibus degentes formaliter et celerius communicentur.

---

4) Portus Pirien, Sbiden.
5) Varsavien et Gnesnen.
6) Dublinen, Aberdonen, Glasguen, Groningen, Ultraiecten, Ordinarii ex Anglia.
7) Kasamaën.
8) Accraën.

9

Magis hodie necessarium videtur ut facilior eveniat in dies communicatio inter Summum Pontificem et Episcopos.

10

Citissima desideratur communicatio inter curias dioecesanas et S. Sedem. Maxima enim confusio oritur quando radio et televisio annuntiant aliquid, quod curia dioecesana nec affirmare, nec confirmare officialiter valet.

11

Notitiae dispensationum vel decretorum S. Sedis saepe ultimo momento in actis diurnis communicantur: optandum est ut Ordinariis tempore opportuno per Nuntios vel Delegatos Ap. mittantur.

12

Perutile erit invenire modum publicationis novarum legum, decretorum etc. ita ut notitia eorum ad Episcopos veniat antequam in publicationibus saecularibus legatur.

13

Praeter Acta Apostolicae Sedis in quibus publicantur acta Summorum Pontificum et Curiae Romanae, instituatur aliud commentarium officiale ad solas leges, ordinationes, et instructiones Sedis Apostolicae promulgandas.

14

Documenta ecclesiastica alicuius valoris edantur in Commentario Officiali (A. A. S.) sed alia (v. g. erectio Basilicarum Minorum), alibi.

---

9) Dardan.
10) Sup. Gen. Congr. Am. Cassin. O. S. B.
11) Milwauchien, Reginaten, Hartfortien, Helenopolitan in Palaestina, Duluthen, Tuscanien, Kansanopolitan - S. Iosephi.
12) Jolietien in Illinois, Carolinapolitan, Great-Ormen, S. Bonifacii, Bismarckien, Saginaven, Duluthen, Tuscanien, Lafayetten, Chicagien.
13) Daulien.
14) Sup. Gen. Mission. Scheut.

15

Folia trimestralia Episcopis a S. Sede mittantur.

16

A S. Sede edatur quoddam periodicum, ab A. A. S. distinctum, Episcopis et eorum immediatis cooperatoribus exclusive reservatum.

17

Omnia Apostolicae Sedis documenta, quae in populi christiani bonum publici iuris fiunt, linguis praecipuis edantur, secus vel mutila, vel suspecta ob maiorem aut minorem peritiam traductorum cognoscuntur.

F) *De Curiae Romanae officialibus*

1

Qui ex delegatione iurisdictionem exercent in Episcopos sint et ipsi dignitate episcopali insigniti.

2

Ad suprema Curiae Romanae officia viri actione pastorali et apostolica probati attollantur.

3

Curia Romana, ob suum finem, quam maxime attendere debet bono communi Ecclesiae. Ideoque valde vitandus est « il carrierismo ». Subiecta vere idonea seligantur, nulla consideratione habita iuris adquisiti per inferiores gradus: quinimmo consuetudo introducatur ut minus idonei retrocedant.

---

15) Laganitan.
16) Claudiopolitan in Honoriade.
17) Leucen.

1) Hadrianien in Hellesponto.
2) Prusien.
3) Forosempronien, Fodian.

4

Officiales praesertim maiores SS. Congregationum seligantur primario ratione peritiae in negotiis de quibus iis agendum est, non vero primario ratione meritorum aliunde acquisitorum in servitio Ecclesiae.

5

Officiales praesertim quarumdam SS. Congregationum eligantur semper per concursum, et inter puncta computetur etiam exercitium ministerii pastoralis, quod multum iuvat ad quaestiones plurimas tractandas et solvendas.

6

In Curia Romana officiales melius seligantur; mediocres removeantur; ambitio (« arrivismo »), patrocinium, « paternalismo » quem vocant, studium cognatos augendi, publicorum munerum curriculum improbentur.

7

Numquam munus tribuat ius ad ampliora et honorificentiora munera et, religiosorum more, in officiis regredi possit ut semper omnes sese ad suum munus apte congruenterque accommodare possint.

8

Personarum acceptio in Curia Romana vitetur; praesertim in promotionibus.

9

Caveatur ne propter amicitias vel protectionem maiorum Praelatorum iustitia aliquando damnum patiatur. Nec desunt aliquando Praelati vel visitatores, qui in suis officiis obeundis abutantur nomine et auctoritate Summi Pontificis.

---

4) Sup. Gen. Soc. Iesu.
5) Sup. Gen. O. F. M. Cap.
6) Intern. in Aegypto.
7) Messenien.
8) Nunt. Ap. in Guatimala.
9) Sup. Gen. O. F. M. Conv.

10

Multa « burocratia » adest; in officialibus maxima vita interior necessaria est.

11

In Curia Romana « burocratia » minuatur.

12

Multa officia non stricte sacerdotalia committantur laicis.

G) *De moris in Curia Romana circa negotia persolvenda*

1

Iterum atque iterum querimoniae audiuntur circa moras in Curia Romana habitas in pertractandis omne genus quaestionibus; item in dandis responsis.

2

Multi moram animadverterunt in quaestionibus pertractandis a Dicasteriis romanis, praecipue in causis matrimonialibus in genere et etiam in dispensationis causis super rato et non consummato.

3

Querelae frequentes audiuntur de nimia mora quam negotia patiuntur Romae, in specie (at non tantum) penes S. Rotam; quae tamen negotia, natura sua, pleraque celeriorem solutionem requirunt.

4

Salvis saecularibus et sapientissimis Curiae Romanae traditionibus, in expediendis variis negotiis adhibeantur methodi hodiernis moribus et technicis adaptatae, in quantum prudenter fieri potest.

---

10) Rossanen.
11) Chapaden, S. Ioannis a Missionibus, Rivi Nigri, Riopreten, Altaven, Tanitan, Campi Grandis, Portus Principis, Caesarien Philippi.
12) Caesenaten.
1) Aenien, Sup. Gen. Ord. Minimorum.
2) Hadrianopolitan in Haemimonto.
3) Sup. Gen. Soc. Iesu.
4) Chamberien.

5

Tribunalia et Officia omnia Curiae Romanae valde magis festinent atque accelerent negotia propria in quaestionibus resolvendis et in responsionibus tradendis; et hoc quidem eo vel magis hisce diebus, cum media transmissionis ex utraque parte adsint celerrima.

6

Augeatur numerus addictorum servitio SS. Tribunalium, ut magis expediatur exitus causarum, praesertim matrimonialium.

7

Exoptatur maior celeritas in negotiis expediendis.

8

In regionibus ab Urbe remotioribus, aliqua mora haberi potest propter distantiam in obtinendis Rescriptis a S. Sede. In Australia, ubi progressus Ecclesiae est pari gradu cum progressu civili, necesse est ut in alienandis bonis in commodum Ecclesiae decisiones promptae sint, ne progressus Ecclesiae tardetur. Valor bonorum requirens licentiam S. Sedis in Australia aequivalet L. 2500, quae summa non est extraordinaria relative ad conditiones oeconomicas in hac regione. Hinc, iuvabit augere valorem pro quo requiritur licentia Apostolica, ne saepe saepius ad Sanctam Sedem recurrendum sit.

H) *De linguis in Curia Romana adhibendis*

1

Translatio actorum a quibusdam SS. Congregationibus praescripta, nimio temporis et pecuniae sumptibus gravatur. Nonne in centro Ecclesiae universalis praeter linguam latinam, italicam et gallicam etiam linguae germanica et anglica officialiter admitti possent?

---

5) Sidonien, Hobarten.
6) Hobarten, Pelusiotan.
7) Interamnen et Narnen, Sup. Gen. Mission. Scheut, Sup. Gen. Soc. Monfort.
8) Pelusiotan.
1) Cerynien.

2

Anglica lingua admittatur ut lingua quae libere adhiberi possit in commercio litterarum cum S. Sede, praesertim in expediendis casibus matrimonialibus.

3

Curia Romana in decretis edendis peculiares cuiusque nationis conditiones respiciat. Praeterea in actis Romam transmittendis adhiberi possit et lingua germanica.

4

Facilius adhibeatur in Tribunalibus et Officiis ecclesiasticis lingua vernacula cuiuscumque regionis.

I) *De methodo Curiae Romanae reformanda*

1

Curia Romana reformetur praesertim circa activitatem administrativam.

2*

SS. Congregationes non tantum inspiciant sed concitent atque curent studia, colloquia etc.

3*

Minuatur numerus decretorum, quae potius adhortationes sint quam praescripta.

4*

Augeatur numerus consultorum Sacrarum Congregationum Romanarum e gremio Episcoporum residentialium sumptorum.

---

2) Sydneyen.
3) Vindobonen, Maroneus, Macren, S. Hippolyti, Lincien, Metellopolitan.
4) S. Mariae, Celerinen.

1) Celsonen, Orthosien in Phoenicia, Barcinonen, Flaviobrigen.
2*) Ragusien, Montis Alti et Ripan.
3*) Limonen.
4*) Aquisgranen.

5

Condatur in Congregationibus officium inquisitionis ad informationes dandas Ordinariis locorum.

6

Deliberentur viae quibus voces ecclesiarum singularum facilius et celerius SS. Congregationibus patefieri possint.

7

Apparatus informativus ecclesiasticus authenticus, qui traductiones vitiosas et interpretationes non competentes antevertat, urgenter optabilis videtur.

8

SS. Congregationes libenter favent Episcopis exteris, praesertim Americae Septentrionalis, dum rigor canonum totus servatur pro Episcopis Italiae et eorum supplicationibus pro quibusdam relaxationibus respondetur aut negative aut cum pluribus conditionibus, quae multum tenuant beneficium.

9

Sicubi opportunum Concilium duxerit aliquid pertractare de quaestione illa quae certe catholici orbis plurimi interest, de Romanae Curiae venerabili structura temporibus accomodanda, cunctorum in votis esse putatur ut nova eius ordinatio simplicibus ac perspicuis niteat lineis.

J) *De praecedentia apud Curiam Romanam*

1

Fortasse ordo praecedentiae in Curia Romana revisendus est, Patriarchis, Metropolitis, Episcopis locum maioris considerationis

---

5) Holaren.
6) Paderbornen.
7) Ultraiecten, Ruremonden, Roterodamen.
8) Tranen et Barolen.
9) Ephesin, Sherbrooken.
1) Mediolanen.

tribuendo. Haud ignota est difficultas quorumdam Orientalium Patriarcharum circa praecedentiam Cardinalium prae ipsis; item memoratur incongruentia quae Episcopos postposuit aliis Praelatis episcopali charactere carentibus in Curia Romana.

K) *De denuntiationibus anonymis*

1

Recursus contra personas ecclesiasticas et congregationes religiosas, si sunt anonimi, ne audiantur; si sunt subscripti, exigatur a subscriptoribus formalis declaratio se veritatem cognoscere et recte testari, ita ut si postea mendaces comperiantur, puniantur.

2

Desideratur declaratio expressa immo et actio poenalis repressiva, si necessaria est, contra denuntiationes nimias aliquando falsas secreto ad S. Sedem delatas, quovis titulo carentes, caritate et iustitia calcatis.

3

In quaestionibus SS. Dicasteriis delatis, antequam sententia proferatur, pluries una et altera pars audiatur, et consultorum vota seu conclusiones parti, cuius interest, praeventive communicentur ut detur unicuique possibilitas et libertas iura sua tuendi.

4

Mitigetur modus agendi et damnandi et ideo SS. Congregationes utantur praeviis monitionibus secretis, possibilitatem dent auctoribus suspicatis suam sententiam humiliter exponendi.

L) *De taxis apud Curiam Romanam persolvendis*

1*

Taxae pro facultatum concessione penitus aboleantur, earum loco taxa capitalis quotannis ab unaquaque dioecesi pro rata solvatur.

---

1) Sup. Gen. O. F. M. Cap.
2) Rabaten.
3) Sup. Gen. O. F. M. Conv.
4) Rabaten.
1*) S. Andreae et Edimburgen.

2

Taxae saepe sunt exaggeratae e. g. pro « sacramentalibus » (benedictiones, indulgentiae, etc.), quae sacerdos gratis debet dare.

3

Taxae pro dispensationibus ordinariis ansam praebent anticlericalibus murmurandi quasi dispensationes elargirentur praecise propter pecuniam.

4

Afferant omnes dioeceses mundi, pro ratione redituum, contributionem pecuniariam omnibus necessitatibus Curiae Romanae, ita ut diversa eiusdem organa modernizari et meliorari possint.

5. De SS. Congregationibus

A) *De Suprema S. Congregatione S. Officii*

1

S. Officium de facto sit verum instrumentum curae animarum; adsit in procedura S. Officii ampla possibilitas se defendendi.

2*

Ex auditu affirmatur modum procedendi S. Officii esse antiquatum, « hybridicum », et saepe ansam dare impugnandi Sanctam Ecclesiam Romanam. Incongruum videtur quod singuli Consultores huius S. Congregationis suam sententiam de omnibus quaestionibus dent. Hodierni homines aegre ferunt ut quis damnetur vel puniatur nisi postquam se defendendi vel saltem suam sententiam exponendi occasionem habeat.

---

2) Abbas Primas O. S. B.
3) Abulen, Dausaren.
4) S. Bonifacii.
1) Groningen, Roterodamen, Laganitan, Buscoducen.
2*) Calicuten.

3

Novo examini subiiciatur disciplina S. Officii.

4

Votum promitur circa processus et formulas consuetas in Suprema S. Congregatione S. Officii, non certe quoad substantiam sed quoad formam. Magna cum admiratione vulgo nimis protracta apparent, rigida aliquando probosa et extra consuetudinem.

5

Desideratur moderatio eorum quae in re doctrinali praecipiuntur: *a*) quoad novorum dogmatum definitionem; *b*) quoad doctrinarum censuram sive condemnatoriam sive prohibitivam, quae saepe molesta et inefficax evadit ad librorum evulgationem comprimendam; *c*) quoad propositionem auctoritariam doctrinarum in documentis solemnioribus. Quae omnia libertatem investigationis nimis coarctant.

6

Quoad methodum S. Officii videtur:

a) eius necessitas affirmanda est, praesertim viso periculo, ne falsas doctrinas diffundant illa Ecclesiae membra quae parum cum Ecclesia sentiunt et animo libertino sunt;

b) respectus habeatur docentium et scriptorum Ecclesiae animo fideli deditorum;

c) quoad sentire cum Ecclesia auctorum audiantur locorum Ordinarii;

d) quae manent in campo inquisitionis scientificae (in publicationibus mere scientificis) non facile prohibeantur. Timor investigatorum catholicorum ob proscriptionem publicam laborem investigationis impedit et refrenat et consequenter viri periti acatholici in scientiis dominantur et scientia ecclesiastica silet vel tardius venit;

---

3) Lauden.

4) Novarien.

5) Albasiten.

6) Basileen et Luganen.

e) si doctrina investigatoris fidelis Ecclesiae prohibetur vel ipsius opus vendi vetatur sufficiat publicatio in A. A. S. vel nuntius per Ordinarium; publicatio in « Osservatore Romano » pro toto mundo his in casibus omittatur;

f) si Episcopus « Imprimatur » dederit et opus nihilominus prohibeatur vel interdicatur ipsius venditio, tunc Ordinario rationes saltem indicentur ob quas prohibitio pronunciata sit. Deinde probari posset an proemio, vel quodam addito, periculum perceptionis erroneae apud lectores demi posset. Auctor et libri redemptio considerabili damno pecuniario vacarent;

g) de quaestione mere opportunitatis alicuius operis in respectivo territorio Ordinarius cum suo consilio iudicare deberet, deinde versio in aliam linguam prohiberi potest.

7

S. S. C. S. Officii severitas aliquantulum mitigetur, ac faciliores reddantur normae ad eos citius absolvendos qui praesertim primo peccaverunt, ita ut breviores statuantur fines ut errantes ad suas restitui possint facultates.

8

Qui de errore sive in re fidei sive in re morum suspectus Auctoritati ecclesiasticae denuntiatur, possit se defendere, auxilio advocati non excluso.

9

Reformatione indigere videntur, quae in iure respiciunt munus Supremae S. C. S. Officii circa separatos. Suadetur instituere officium distinctum pro quaestionibus oecumenicis.

B) *De S. Congregatione Concilii*

1

S. C. Concilii efficacius agat: Ipsa ne sit pondus gravans, parata tantum ad applicandas sanctiones, sed mater sollicita, omnia pru-

---

7) Nuoren.

8) Comben, Ordinarii Indonesiae.

9) Essendien, Eminentianen.

1) Alatrin.

denter praeveniens; tempora, loca et personas perscrutans, desideriis Episcoporum maiore diligentia et caritate se offerens, in rebus gravibus eos non deserens, citius controversias solvens, in causarum processu magis et magis expeditior, valida et oppotuna pro tempore et re, consilia dans.

2

Procrastinatio approbationis decretorum Conferentiarum Episcopalium habet plura incommoda.

C) *De S. Congregatione de Religiosis*

1

Sacra Congregatio de Religiosis facilius, sino ullo processu et ulteriore inquisitione, licentiam ab Ordine discedendi concedit. Ex alia parte Ordinarii locorum, quorum clerus in dies desideratur, benevole amplectuntur sacerdotes Ordinem, etiam sine gravi ratione, relinquere cupientes. Unde ne indulta exclaustrationis vel saecularizationis citius cunctis petentibus concedantur.

2*

Plerique Curiae Romanae Officiales pertinent tam ad clerum saecularem quam ad religiones vitae activae addictas, cum monachi vitam contemplativam in claustro ducant. Unde ubi de rebus monasticis agitur, SS. Congregationibus esset consulere praesertim Curias Generalitias Ordinum, quae Romae adsunt.

3

Dicasteria S. Sedis, quae de vita monastica iudicare debent non solum competentibus muniantur Officialibus, sed talibus semper, qui speciale propositum vocationis contemplativae bene exploratum habeant et attente in omnibus adiunctis considerent.

---

2) Risinitan.
1) Sup. Gen. Ord. Cist. Strict. Obs.
2*) Sup. Gen. Ord. Cist. Strict. Obs.
3) Sup. Gen. Ord. Cartus.

4

Maioris ponderis sit testimonium Episcoporum in rebus magni consilii, uti v. g. foederatio vel confoederatio Institutorum monialium; abrogatio clausurae episcopalis etc. Saepe enim neque interrogantur neque quidem certiores fiunt ita ut rescripta, statuta etc. a Superiorissa accipiantur ad eadem exsecutioni mandanda.

5

Quando cum Religiosis est quaestio, fiat semper iustitia et non taceatur res interventu Cardinalis Protectoris.

D) *De S. Congregatione de Propaganda Fide*

1

S. C. de Propaganda Fide reorganizetur.

2

Congregationes « De Propaganda Fide » et « Orientalis » uniantur: hodie invicem in praxi saepe impedimenta sibi parant.

3

Ut auferatur duplicitas iurisdictionis S. Congregatio Propagandae Fidei supprimatur vel subsistat ad invenienda et distribuenda media materialia una cum Congregatione de Negotiis Extraordinariis, ita ut omnes Episcopi S. C. Consistoriali subiiciantur. Secretaria Status ageret de omnibus cum civili potestate sine distinctione inter sectionem Negotiorum Ordinariorum et sectionem Negotiorum Extraordinariorum.

4*

Secretarii S. C. de Propaganda Fide regiones missionarias saltem semel in decennio visitent.

---

4) Novarien.
5) Nepten.
1) Hyderabaden.
2) Lauden.
3) Nepten.
4*) Alivalen.

5

Interdum SS. Congregationum Secretarii pluries in Academiis doctores renuntiati sunt, sed eis deficit sensus pastoralis necnon scientia psychologiae Afrorum, Asiaticorum.

6

S. C. de Propaganda Fide habeat sub-secretarios pro Africa, Asia.

7

Cooperatio et directio centralis efficienter elaboretur mediante aliquo concilio inter instituta religiosa (et laicorum?) moderante S. C. de Propaganda Fide, ut res communes profundius deliberentur et opera missionaria efficacius gerantur.

8

S. C. de Propaganda Fide disponere queat de certo numero sacerdotum, religiosorum (et laicorum?) qui mitti possint ad tempus in loca ubi necessarii sunt sub auctoritate S. Congregationis.

Viri valde periti in re morali, dogmatica, iuridica, etc. saepe mittantur (ad tempus) ad potiores apud infideles missiones.

10

Sacerdos aut Episcopus zelo, virtute scientiaque praeditus sit quasi mediator inter Episcopatum et S. Congregationem Propagandae Fidei, deambulando per diversa loca ad problemata cognoscenda perscrutandaque.

11

In Propagandae Fidei dicasterio adesse deberent Missionum Visitatores. Somalia Delegatum Apostolicum non videt abhinc decem annos.

---

5) Uahiguyaen.
6) Dakaren.
7) Ordinarii Indonesiae.
8) Ordinarii Indonesiae.
9) Rusicaden.
10) Rubagaën.
11) Thinisen in Numidia.

12

Tunisia revera pertinere posset S. Congregationi de Propaganda Fide.

13

In relatione quinquennali omnes Episcopi specialem mentionem faciant sive de ope quam dioecesis sibi credita aliis dioecesibus vel territoriis missionum praebuerit sive de ope quam ab aliis receperit; quia Episcopi non solum ecclesiae particularis cui, praeficiuntur, bonum spirituale specialiter procurare tenentur sed etiam aliis dioecesibus quae ea indigeant opem ferre debent.

14

S. C. de Propaganda Fide quaestiones graviores sufficienter non studet: v. g. quaestiones de Universitatibus, de Seminariis maioribus, de operibus educationis laicorum selectorum, de operibus socialibus. Pro istis operibus media sufficientia dare nolit.

E) *De S. Congregatione Rituum*

1

Immutationes inducantur in SS. Congregationes Romanas ad aequam officiorum et munerum distributionem, e. g. uni Congregationi committere causas beatificationis et canonizationis.

2

Aliqui Missionarii consultores S. C. Rituum eligantur.

F) *De S. Congregatione de Seminariis et Universitatibus*

1*

In Curia Romana instituatur S. C. Studiorum distincta a S. C. Seminariorum cuius munus esset: 1) Universitates Catholicas gu-

---

12) Carthaginen.
13) Garouen.
14) Dakaren.

1) Patavin.
2) Rabaten.
1*) Sup. Gen. O. P.

bernare; 2) studiis sacris altioribus in Ecclesia prospicere eaque animare, vigilare et promovere.

Consultores huius S. Congregationis possent esse viri eminentes per totam Ecclesiam dispersi.

2

Omnes Universitates Catholicae iuvenes catholicos recipiant praesertim Africae et ad hunc finem S. C. de Propaganda Fide adiuvet sicut iam subsidia pro formatione cleri indigenae profert.

G) *De S. Congregatione pro Ecclesia Orientali*

1

Nonnulli putant S. Congregatione pro Ecclesia Orientali melius vocari posse: « S. Congregationem pro Ritibus Orientalibus ».

2*

In S. Congregatione Orientali peculiaris habeatur Commissio ex cuiuscumque Ritus membris composita.

H) *De Secretaria Status*

1*

Cardinalis Secretarius Status nominetur Cancellarius quia nomen actuale non habet amplius significationem.

2**

Secretaria Status non tantum in centrum vergat.

3

Secretaria Status, cui adnectenda videtur forma extinctiva S. C. de Negotiis Eccl. Extraordinariis, principem obtineat locum.

---

2) Kisumuen.
1) Hierosolymitan Latinorum, Sardian.
2*) Basren Chaldaeorum.
1*) Caesenaten.
2**) Caesenaten.
3) Ephesin.

4

Similiter reorganizetur Secretariatus Status: etiam Religiosi adhibeantur ad hoc servitium cum iuribus sacerdotum saecularium.

I) *De SS. Congregationibus supprimendis*

1

S. Congregatio Fabricae S. Petri supprimatur.

2

S. Congregatio Fabricae S. Petri fiat commissio tantum.

3

S. Congregatio Caeremonialis supprimatur.

4*

S. Congregatio Caeremonialis fiat commissio tantum.

5

S. Congregatio Caeremonialis et S. Congregatio Fabricae S. Petri uti Cancellaria Ap. et Dataria Ap. ordinentur uti Officia.

6

Aliquae SS. Congregationes simpliciter aboleantur.

7

Dataria aboleatur una cum reservationibus.

---

4) Hyderabaden.
1) Sebasten in Cilicia.
2) Caesenaten.
3) Sebasten in Cilicia.
4*) Caesenaten.
5) Ephesin.
6) Intern. in Aegypto.
7) Caesenaten.

8

Munus Cancellariae tribuatur S. C. Consistoriali.

9

Munera Camerae Apostolicae absorbeantur ab Administratione S. Sedis et ab Operibus Religionis.

J) *De novis Congregationibus instituendis*

1

Unitas organica et dynamica Corporis Episcopalis in diversis gradibus: nationali, internationali (v. g. Europa Occidentali) et Universali instituatur per Secretariatum Oecumenicum, cuius erit unificare actionem coetus Episcoporum.

2

Renovetur S. Congregatio Episcoporum et Religiosorum ut solvatur problema de partitione cleri et de exemptione religiosorum.

3

Condatur aliqua institutio seu organum quoddam, cuius officium sit sacerdotes saeculares vel ad Societates status perfectionis pertinentes, aequaliter et accurate distribuere per universum orbem terrarum, ita ut omnes homines ad agnitionem veritatis venire et Sacramenta salutis recipere possint.

4

Necessaria videtur constitutio novae Congregationis ad studia sacra promovenda, cuius sit non solum damnare errores, sed etiam viam monstrare ad eos corrigendos, promovere studia sacra, promovere inquisitiones (ricerche scientifiche).

---

8) Caesenaten.
9) Caesenaten.
1) Portalegren.
2) Pessinuntin, Thessalonicen.
3) Sophenen.
4) Calicuten.

5

Nova Congregatio constituatur « de Christianae doctrinae institutione ». Non habent Sacramenta suam Congregationem?

6

Instituatur Dicasterium de Praeservatione Fidei.

7

S. Congregatio instituatur de Defendenda Fide quae et doctrinalia et practica Pastoribus proponat; membra etiam laici illustriores cuiuscumque nationis esse deberent; sectiones adesse deberent in unaquaque natione.

8

Instituatur S. Congregatio de dilatanda, sustinenda vel promovenda caritate, ut ad unum cogatur omnis activitas in re adsistentiae publicae.

9

Utile est *tres novas* SS. Congregationes instituere:

a) pro diffusione veritatis (Catechismo, buona stampa, cinema, radio, televisione ecc.);

b) pro organizationibus catholicis (A. C., Terzi Ordini, ecc.);

c) pro assistentia et activitatibus socialibus.

10

Adsit nova Sacra Congregatio de Apostolatu laicorum et de actione sociali.

11

Cito erigatur Congregatio « de Actione Catholica », quae dirigat omnes activitates apostolorum laicorum in universa Ecclesia;

---

5) Baren, Nursin, Interamnen et Narnen.
6) Nunt. Ap. in Nicaragua.
7. Laganitan.
8) Neapolitan, Adrien, Adanen.
9) Pinnen-Piscarien, Caesenaten.
10) Malacitan, Sanaven, Succursen et S. Aegidii.
11) Sidonien, Nucerin Paganorum, Fidentin, Montis Pessulani, Bobodiulassen, Nyerien, Ottavien, Intern. in Iran.

et huic novae Congregationi intime associentur sacerdotes ex singulis nationibus oriundi, qui conditiones propriae patriae presse cognoscunt.

12

Creetur Sacra Congregatio de Actione Catholica. Ad hanc Congregationem spectet dirigere, opportunas directiones et instructiones dare, et fovere bonas relationes et mutuam intelligentiam inter clericos et laicos in communi exercitio apostolatus in territoriis S. Congregationi de Propaganda Fide non obnoxiis.

13

Instituatur S. Congregatio, quae regat actionem catholicorum quoad apostolatum, societatem vitae et rem publicam administrandam.

14

In gremio vel saltem prope singulas Congregationes Romanas speciales erigantur commissiones studio eorum omnium quae apostolatui favent addictas.

15

In Curia Romana nova Congregatio seu Dicasterium constituatur, quae regimen, doctrinam, disciplinam in universa Ecclesia quoad Actionem Catholicam imponat. In diversis enim nationibus diversimode et frequenter oppositis propositis frustra laboratur et fere semper cum magnis dispendiis membrorum paroeciae.

16

Forsan tempus est opportunum instituendi novum officium in quodam dicasterio Congregationis Romanae pro directione apostolatus laicorum, et etiam Romae instituendi Consilium ex peritis sacerdotibus et laicis omnium nationum compositum.

---

12) Legaspien.
13) Platien.
14) Isinden.
15) Jaren.
16) Kansanopolitan-S. Iosephi.

17

Opus esset ut et laici repraesentati invenirentur in ipsa Ecclesiae constitutione, quod fieri posset per aliquod Dicasterium cui tale munus conveniret, quodque a laicis ipsis regeretur.

18

Nova Sacra Congregatio pro quaestionibus socialibus instituatur, cuius sit organizationes catholicas operariorum et patronorum promovere, congressus parare de re sociali etiam ordinis internationalis.

19

Condatur S. Congregatio pro Institutis Saecularibus et A. C.

20

Quia plura apostolatus incepta excedunt ambitum sive dioecesanum sive etiam nationale, sint officia internationalia sive intra sive extra ambitum Sacrarum Congregationum; talia esse deberent: officium apostolatus laicorum, Actionis Catholicae, officium caritatis, officium catechisticum, etc.

21

Pro negotiis et apostolatu internationalibus instituatur Commissio in Curia Romana et in singulis nationibus.

22

Instituatur S. Congregatio de actuositatibus catholicis in hodiernis temporibus.

23

Constituatur S. Congregatio pro America Latina vel saltem facultates Pontificiae Commissionis augeantur.

---

17) Valentin, Dardan.
18) Tarraconen, Civitatis Mariae, Intern. in Iran, Nunt. in Bolivia.
19) Civitatis Mariae.
20) Hispalen.
21) Caesaraugustan, Malacitan, Victorien.
22) Syracusan.
23) Liman, Amathusius in Palaestina, Cernitzen.

24

Congregatio Negotiis Africanorum praeposita condatur.

25

Congregatio pro Oecumenismo post Concilium Oecumenicum condatur.

26

Promoveatur et rite ordinetur opus reconciliandi dissidentes cum Ecclesia Catholica, instituendo aliquam Commissionem vel Congregationem pro protestantismo.

27

S. Congregatio, quae problemata theorico-practica conversionis vel unionis acatholicorum tractet, instituatur.

28

Commissiones institui possent pro Iudaeis, Mahometanis, Buddhistis, etc., qui difficilius ad Fidem convertuntur, ut omnibus ad unitatem Ecclesiae redeundi via pateat.

29

Nova Congregatio vel Commissio instituatur ad promovendam Mahometi asseclarum conversionem.

---

24) Tangaën.

25) Ordinarii Indonesiae, Antiochen Melch., Pelusitan Melch., de Nubia, Tarsen Melch., Laodicen Melch., Hemesen Melch., Tyren Melch., Sidonien Melch., Heliopolitan Melch., Aleppen Melch., Beryten et Gibailen Melch., Mariamnen, Paneaden, Ptolemaiden, Petren et Philadelphien, Bostren et Auranen, Arch. Ordinis Basiliani Alepp. Melch., Archim. Ordinis Basiliani SS. Salvatoris Melch., Archim. Ordinis Basiliani S. Ioannis Baptistae Melch., Sup. Gen. Societatis Missionariorum a S. Paulo.

26) Armidalen, Barcusen.

27) Holmiae, Bassianen.

28) Armidalen.

29) Barcusen.

30

Condatur Officium ad quaestionem conversionis catholicorum lapsorum et acatholicorum studendam.

31

Condatur institutum internationale ex sacerdotibus et laicis constans, immediate dependens a R. Pontifice, cuius officium sit magna huius temporis problemata studere et aptas solutiones quaerere.

32

Directio, impulsus et coordinatio ope novi Dicasterii apud S. Sedem videntur esse danda mediis sive traditionalibus sive praesertim modernis et technicis (prelum, cinema, radio, televisio...) ad veritatem catholicam, viribus omnino unitis, magis magisque diffundendam.

33

Erigatur in Urbe Officium ad informationes distribuendas de rebus catholicis.

34

Cito erigatur Officium de « Statisticis », quod singulis annis statisticas officiales Sedis Apostolicae, scientifice confectas, diligenter collaborantibus omnibus Nuntiis, Internuntiis, Delegatis Apostolicis et Ordinariis locorum, fideliter emittat quoad omnes aspectus laboris vitaeque Ecclesiae per mundum universum.

35

Omnino providendum toti Ecclesiae Officium statisticae centrale quod supponit officium nationale, et item in regione, dioecesi et paroecia; ad hoc melior requiritur redactio « registrorum » paroecialium et curialium, quibus addi debent paginae pro annuali synthesi Curiae mittenda.

---

30) Pessinuntin, Einsiedlen.
31) Maris Platen.
32) Sup. Gen. Soc. a S. Paulo.
33) Nelloren.
34) Sidonien.
35) Nuscan.

36

Centrum propagationis fidei et catholicae culturae instituatur ad instar UNESCO.

37

Condatur Centrale Officium Informationis Catholicae, quod scripta in vulgus vulganda elaboret, quae stricte et plane sive genuinam veritatem exponant sive varios errores redarguant. Sane non desunt tentamina huic necessitati laudabiliter inservientia sed limitantur sive lingua vernacula qua utuntur, sive opibus technicis et pecuniariis quibus coarctantur.

38

Constituatur Officium Communicationis Scientiaeque Publicae in Civitate Vaticana ad habendum modum uno tempore agendi et conformiter cum c. 9 C.I.C.

39

Officium Centrale Sociologiae Religiosae condatur.

40

Habeatur Officium cum Secretaria Status connexum ad promovendas relationes constantes necnon cordiales cum ephemeridibus totius mundi. Ita dependentia ephemeridum pro informationibus ab irresponsabilibus vulgo dictis « porta-voce Vaticani » vitaretur. Conferentiae pro hominibus ephemeridum regulares et frequentes esse deberent ita ut vox authentica Ecclesiae perveniat ad magnum publicum.

41

In Civitate Vaticana instauretur « Ufficio Stampa » et per folia periodice vel nacta occasione missa, reservata quidem ratione, Epi-

---

36) Intern. in Aegypto.
37) Mvekaen.
38) Manchesterien.
39) Succursen et S. Aegidii.
40) Pessinuntin.
41) Firman.

scopi certiores fiant de rebus maioris momenti, quae ad Ecclesiae vitam pertinent, ut citius et tutius cognoscant quae contra fidem et mores moliuntur vel quae fiunt pro Ecclesiae expansione.

42

Instituatur Officium qualificatum (Ufficio Stampa del Vaticano) pro celeri transmissione Episcopis notitiarum et decretorum S. Sedis.

6. De Legatis Summi Pontificis

1

In collegio Nuntiorum magis eluceat universalitas Ecclesiae.

2

Corpus diplomaticum Pontificium componatur elementis plurimarum nationum catholicarum ut eloquentius demonstretur Universalitas Ecclesiae Romanae.

3

Etiam Orientales nuntii esse possint.

---

42) Kansanopolitan-S. Iosephi.

1) Tarraconen, Albasiten, Misthien, Aenien, Antiochen Melch., Hemesen Melch., Tyren Melch., Heliopolitan Melch., Beryten et Gibailen Melch., Mariamnen, Paneaden, Ptolemaiden, Bostren et Auranen, Petren et Philadelphien, Laodicen Melch., Tarsen Melch., Pelusitan Melch., de Nubia, Archim. O. B. Aleppen Melch.. Archim. O. B. Ss. Salvatoris Melch., Archim. O. B. S. Ioannis Bapt. Melch., Sup. Gen. Societatis Miss. a S. Paulo, Intern. in Aegypto.

2) Rivi Nigri, Riopreten, Altaven, Tanaven, S. Mariae, Celerinen.

3) Antiochen Melch., Hemesen Melch., Tyren Melch., Heliopolitan Melch., Aleppen Melch., Beryten et Gibailen Melch., Mariamnen, Paneaden, Ptolemaiden, Bostren et Auranen, Petren et Philadelphien, Laodicen Melch., Tarsen Melch., Pelusitan Melch., de Nubia, Archim. O. B. Aleppen Melch., Archim. O. B. Ss. Salvatoris Melch., Archim. O. B. S. Ioannis Bapt. Melch., Sup. Gen. Societatis Miss. a S. Paulo.

4

In Legatorum electione virtus et desiderium Ecclesiae servitio se vovendi praevaleat et plublicorum munerum curriculum conficiendi desiderio iuris gentium scientia.

5

S. Sedis Legati strenue et diligentissime in cognitione proprietatum Moderatorum versari debent et iustum ac probum iudicium S. Sedi referre una cum nationis hierarchiā.

6

Declarentur iura et facultates Nuntiorum quia reapse non sunt meri Legati pontificii apud gubernium civile sed veri mediatores inter S. Sedem et Episcopos.

7

Sub auctoritate Nuntii apud omnes nationes constituatur Visitator qui munus habeat continuo videndi statum et activitatem in Dioecesibus et consilia secreta Episcopis suggerat.

8

Nuntiorum residentiae simplicitate magis emineant.

9

Ex Theologia Episcopatus eruantur relationes inter Legatos S. Pontificis et Episcopos.

10

Optandum est ut relatio quae intercedit inter S. Sedis Nuntios atque Hierarchiam localem clarius circumscribatur.

---

4) Sehnaen Chaldaeorum.
5) Leonen in Nicaragua.
6) Rivi Nigri, Riopreten, Altaven, Tanaven.
7) Montisclaren.
8) Limonen.
9) Tripolitan Maronitarum.
10) Ultraiecten.

11

Hierarchia loci saepe saepius audiatur quia non semper legati sufficienter et concrete S. Sedem certiorem faciunt.

12

Munus Delegati Apostolici in regionibus S. C. de Propaganda Fide subiectis, theoretice et practice idem sit ac munus Nuntii in regionibus S. C. Consistoriali subiectis, scilicet Delegatus non se immisceat, nisi in casibus vere extraordinariis, quaestionibus ad curam pastoralem Episcoporum spectantibus.

13

R. Pontificis Legati ne se immisceant in dioeceseon regimen.

14

Concordes relationes quas S. Sedes conservare tenetur erga Moderatores nationum, praesertim si « totalitarios », vere torporem non raro inducunt in gubernatione dioeceseon. Dedecus et etiam odium populi concitata sunt adversus legitimos pastores ob habitum permanentem prudentiae, quem ab eis postulant Nuntii existimantes esse in re veluti, quaestores iure excludendi praediti, sub titulo inter Statum et Ecclesiam propugnandae harmoniae, quae semper non est bonum absolutum.

15

In Conferentiis Episcopalibus nationalibus adsit Nuntius cum voto et potestatibus specialibus ut unio operum nationalium vere foveatur.

---

11) Aleppen Maronitarum.
12) Laganitan.
13) Sehnaen Chaldaeorum Antiochen Melch., Hemesen Melch., Tyren Melch., Heliopolitan Melch., Aleppen Melch., Beryten et Gibailen Melch., Mariamnen, Paneaden, Ptolemaiden, Bostren et Auranen, Petren et Philadelphien, Laodicen Melch., Tarsen Melch., Pelusitan Melch., de Nubia, Archim. O. B. Aleppen Melch., Archim. O. B. Ss. Salvatoris Melch., Archim. O. B. S. Ioannis Bapt. Melch., Sup. Gen. Societatis Miss. a S. Paulo.
14) S. Ioannis a Missionibus.
15) Chiquitosen, Sanaven.

16

Ut difficultates Nuntiorum cum Episcopis dimoveantur legislatio in C. I. C. de hac materia non sit vaga.

17

Nuntii semper caractere Episcopali ornentur.

18

Ex iure Romani Pontificis Legati praediti sint omnibus facultatibus quibus gaudent locorum Ordinarii.

19

Conveniens videtur Nuntiis concedere facultatem nominandi, in casibus urgentioribus, Administratorem Apostolicum, sede vacante, obligatione facta S. Sedem citius certiorem faciendi.

20

Delegati Apostolici diligenter audiantur quasi in Commissione Studii non... tamquam alumnus sacrorum alicuius nationis.

21

In Africa Septentrionali perutilis esset Nuntius vel Delegatus Ap. sin minus unus ex Archiepiscopis a S. Sede peculiares facultates obtineat ob necessitates urgentiores apostolatus sat difficilis intra Mahometi asseclas.

22

Valde utile foret Ordinariis locorum circa politicam independentiam Afrorum populorum informationes de similium quaestionum solutionibus in aliis Africae partibus habere.

---

16) Valdivien.
17) Misthien, Sanaven.
18) Hadrianopolitan in Haemimonto.
19) Hadrianopolitan in Haemimonto.
20) Dakaren.
21) Laguaten.
22) Arcis Rosebery.

23

Apostolica Delegatio de Mombasa nimis remota apparet.

24

Separata Delegatio Apostolica pro solis territoriis Africae Orientalis instituatur.

7. De Patriarchis

1

Examinetur quaestio de praeminentia Patriarcharum Ecclesiae Orientalis secundum traditione primorum Conciliorum et de praecedentia, ut dissidentes sciant se nihil perdere ex unione cum Petri Cathedra, quae praeeminentiam iurisdictionis et honoris servet.

2

Patriarchae Sedium Orientalium sese vident uti alienos a regimine totius Ecclesiae, veniunt enim etiam post Internuntios (licet hi charactere episcopali careant) et quibusdam in casibus post ipsos latini ritus Episcopos. Deinde dum fideles ritus orientalis in territorio occidentali degentes plene subduntur Episcopo latino, fideles latini intra limites Patriarchatuum orientalium degentes proprium Hierarcham latinum e contra habent. Ex his iniuriae et magnum conversionis impedimentum. Optima problematis solutio haberi potest, si Titulares Patriarchatuum Orientalium Cardinales « ex Ordine Patriarcharum » creabuntur.

3

Patriarchae Orientalium Ecclesiarum eamdem habeant dignitatem Cardinalium Ecclesiae Romanae.

---

23) Arcis Rosebery.
24) Kisumuen.
1) Nicoletan.
2) Cleopadriten, Alexandrin Coptorum.
3) Saskatoonen Ruthenorum.

4

Aliqui Patriarchae maiores Ecclesiarum Orientalium sint eo ipso Cardinales, et quidem in Ordine Episcoporum. Hoc signo fiduciae magis vincientur S. Sedi, roborabitur exercitium iurium S. Pontificis quoad eorum designationem, augebitur auctoritas S. Sedis quoad clerum et fideles Orientales.

5

Patriarchae residentiales immediate post S. Pontificem veniant, scilicet non post Cardinales, Nuntios etc.

6

Concedatur Patriarchis ius praecedentiae relate ad ipsos Legatos Romani Pontificis.

7

Patriarchae praecedentiam habeant super omnes, exclusis Legatis R. Pontificis si explicitum mandatum cum praecedentia pro particularibus actibus a S. Pontifice obtinuerint.

8

Patriarchae residentiales post Unionem secundum leges Ecclesiae Orientalis electi a S. Sede approbati sint. Opportunum videtur ut tot sint Patriarchae quot sunt ritus diversi, linguae et magnae nationes. Omnes sint Cardinales.

---

4) Sup. Gen. O. P.
5) Antiochen Melch., Hemesen Melch., Tyren Melch., Heliopolitan Melch., Aleppen Melch., Beryten et Gibailen Melch., Mariamnen, Paneaden, Ptolemaiden, Bostren et Auranen Melch., Laodicen Melch., Tarsen Melch., Pelusitan Melch., de Nubia, Archim. Ord. Basiliani Aleppen Melch., Archim. Ord. Basiliani Ss. Salvatoris Melch., Archim. Ord. Basiliani S. Ioannis Baptistae Melch., Sup. Gen. Societatis Missionariorum a S. Paulo.
6) Theban.
7) Cherchen, Cissitan, Saitan.
8) Smyrnen.

9

Post unionem Pontifex per Legatos speciales Patriarcharum territoria regulariter visitet, aegre enim ferunt Orientales (...et Occidentales) interventum Nuntiorum in negotiis ecclesiasticis.

10

Antiqua iura Patriarcharum orientalium circa iurisdictionem, praecedentiam etc. admittantur.

11

Ad directionis unitatem fovendam pro rebus magni momenti in unaquaque natione, auctoritatem patriarchalem restaurari petitur.

12

Iura Patriarcharum et Archiepiscoporum illustrentur.

13

Extendatur iurisdictio patriarchae ad omnes Episcopos et Hierarchas sui territorii cuiusque ritus sint.

14

In Ecclesia quae R. Pontifice, Episcopis, Sacerdotibus et Laicis coalescit oportet statuere locum Patriarcharum relate ad Episcopos suae regionis.

15

Patriarchae ab Episcopis eligantur.

---

9) Smyrnen.
10) Mausilien Syrorum, Antiochen Syrorum, Damascen Syrorum, Nacolen, Spinen Syrorum, Basren Chaldaeorum, Babylonen Syrorum, Edessen, Larissen in Syria, Tyren Mar., Beryten Mar., Sidonen Mar., Cahiren, Lycopolitan, Uahiguyaen, Phatanen.
11) Mimaten, S. Deodati, Veneten.
12) Tananariven.
13) Theban, Saitan.
14) Dardan.
15) Alexandrin Coptorum, Cleopadriten, Antiochen Melch., Hemesen Melch., Tyren Melch., Heliopolitan Melch., Aleppen Melch., Beryten et Gibailen

16

Patriarchatus latini: Alexandrinus, Hierosolymitanus et Antiochenus supprimantur.

17

In Novo Codice Orientalium iura et privilegia Patriarcharum imminuta sunt, hoc non favet unioni.

18

Novus Codex Orientalis iura Patriarcharum laedit; indignum est Patriarchas plures facultates a S. Congregationibus petere debere.

8. De Primate

1

In unaquaque natione constituatur Primas, a Summo Pontifice nominatus cum certis iuribus et obligationibus. Unoquoque triennio Romam conveniat et quidem eodem tempore, ita ut Summus Pontifex de situatione in mundo informari et decreta saluberrima decernere posset.

Melch., Mariamnen, Paneaden, Ptolemaiden, Bostren et Auranen, Laodicen Melch., Tarsen Melch., Pelusitan Melch., de Nubia, Archim. Ord. Bas. Aleppen Melch., Archim. Ordinis Basiliani Ss. Salvatoris Melch., Archim. Ordinis Basiliani S. Joannis Bapt. Melch., Sup. Gen. Societatis Missionariorum a S. Paulo.

16) Larissen in Syria.

17) Cleopadriten, Alexandrin Coptorum.

18) Antiochen Melch., Hemesen Melch., Tyren Melch., Heliopolitan Melch., Aleppen Melch., Beryten et Gibailen Melch., Paneaden, Mariamnen, Ptolemaiden, de Nubia, Bostren et Auranen, Laodicen Melch., Tarsen Melch., Pelusitan Melch., Archim. Or. Basiliani Aleppen Melch., Archim. Or. Basiliani Ss. Salvatoris Melch., Archim. Or. Basiliani S. Joannis Baptistae Melch., Sup. Gen. Societatis Missionariorum a S. Paulo.

1) Meloën in Isauria.

2

Restituatur aliquo modo potestas primatialis in unoquoque Statu sed ita ut istam potestatem Concilium episcoporum, forsan metropolitanorum vel episcoporum ad hoc a S. Sede nominatorum exerceat.

3

Aliquo saltem modo in Primatum electione Archiepöscopi partem habeant.

9. De Metropolitis

1

Iterum affirmata potiore principalitate Ecclesiae Romanae et Summi Pontificis, ampliores facultates concedantur Metropolitis et Primatibus in rebus disciplinaribus.

2*

Ecclesia Latina ampliores facultates Metropolitis concedat.

3*

Metropolitarum officium melius definiatur.

4

Metropolitanis archiepiscopis potestas ita amplior decernatur, ut vitari possint recursus nimis frequentes ad Curiam Romanam.

---

2) Spalaten et Macarscen.
3) Dardan.
1) Bumburien.
2*) Antiochen Melch., Hemesen Melch., Tyren Melch., Heliopolitan Melch., Aleppen Melch., Beryten et Gibailen Melch., Mariamnen-Paneaden, Ptolemaiden, Bostren et Auranen, Laodicen Melch., Tarsen Melch., Pelusitan Melch., de Nubia, Archim. Ordinis Basiliani Aleppen Melch., Archim. Ord. Bas. Ss. Salvatoris Melch., Archim. Ordinis Basiliani S. Joannis Baptistae Melch., Sup. Gen. Societatis Missionariorum a S. Paulo.
3*) S. Flori.
4) Crossen, Baiocen, Salernitan, Neritonen, Bergomen, Leopolien Latinorum, Quebecen.

5

Metropolitis amplior potestas concedatur, ut vitam pastoralem omnium suae provinciae dioeceseon ad unitatem redigant.

6

Archiepiscoporum competentia quodam modo augeatur ita ut de eorum interventibus postea missionem peragant cum S. Sede.

7

Maiores sint facultates Metropolitae ad meliorem apostolatus coordinationem.

8

Sedes metropolitanae ab oppidis in urbes transferantur ad bonum civitatum et ad decus metropolitae.

9

In designando Archiepiscopo uniuscuiusque Provinciae Episcopi comprovinciales audiendi sunt.

10

Supprimatur praeceptum quod omnia pallia, si plura Archiepiscopus habeat, sepelienda sint cum eo.

10. De Conciliis plenariis

A) *De necessitate seu opportunitate Conciliorum Nationalium*

1

Necessarium est creare inter S. Sedem et Episcopos residentiales aliquod organum ad solvenda nationis problemata vel Conferentiam Episcoporum vel Nuntium cum iurisdictione in Episcopos.

---

5) Myrinen, Antiochen parvus, Nemausen, Lugdunen.
6) Burdigalen.
7) Antofagasten.
8) Lycien.
9) Portugallen.
10) S. Sebastiani Fluminis Ianuarii.
1) Carthaginen, de Diego-Suarez.

2

Concilia nationalia instaurentur.

3

Ad unitatem ecclesiasticae vitae pro certis regionibus promovendam, celebratio conciliorum plenariorum et provincialium urgeatur.

4

Instituatur in diversis nationibus organum quoddam, auctoritate supradioecesana praeditum sive ex delegatione expressa S. Sedis vel Ordinariorum omnium nationis, periculis tamen nationalismi amotis.

5

Ad conformitatem obtinendam in rebus magni momenti, coetus episcopalis statuatur in unaquaque natione, eiusque « statuta » a S. Sede approbentur.

6

Erga hodiernas opiniones, saepe audaces et periculosas, oportet ut unitas « corporis episcopalis » alicuius nationis sit magis firma et unanimis.

7

Maior esset utilitas conferentiarum Episcopalium si earum decisiones a S. Sede approbatae, saltem modo generico cum classico « nihil obstat », ab Episcopis debeant servari auctoritate morali saltem quam habent tales Conferentiae.

8

Valde caveant Episcopi cuiuslibet nationis, quod, quoties agitur de rebus ullatenus controversis, sive respiciant fidem sive mores

2) Tabuden, Dalisanden in Isauria.
3) Aquisgranen.
4) Albasiten.
5) Docleen, Venetiarum.
6) Ruthenen.
7) Sionen.
8) Sidonien.

sive res sociales vel politicas, in unum conveniant, ut rem propositam diligenter perpendant, sapienter consultis viris in re peritis. Sin autem non mirentur, si unus alios contradicat, in scandalum omnium fidelium et in detrimentum unitatis et caritatis.

9

Legislatio generalis imminuatur ut secundum necessitates locales Episcopi in Conciliis et Synodis leges ferre possint.

10

Ad quaedam pericula vitanda (i. e. ne aliquo modo minuatur aequalitas et libertas, que sub Petro omnibus Episcopis competit: ne laici de his coetibus putent quod aliquam constituunt iurisdictionem, quae medium tenet inter Ecclesiam universalem et particularem), exoptetur ut coetus Episcopales nuntiis apostolicis vel delegatis praesideantur, nec de re morali, dogmatica et liturgica agant, sed de practicis quaestionibus. Sic clarior evadit iurisdictio, quae iure divino competit R. Pontifici et episcopo in sua dioecesi.

11

Optanda videretur constitutio in singulis nationibus coetus sacerdotum, religiosorum et laicorum, zelo animarum praeditorum, qui ad trutinam revocent rationes cur a fide multi labantur et remedia proponant efficacia contra hanc luem.

12

Constituatur coetus Episcopalis cuiuscumque nationis cum auctoritate repraesentativa vel etiam legislativa in causis bonorum communium.

---

9) Geneven et Friburgen.
10) Arcen.
11) Pessinuntin.
12) Sanaven.

13

Conferentiae Episcopales leges disciplinares adaptatas nationi condant quae vigerent post adprobationem S. Sedis; C. I. C. tantum decernat circa generaliora.

14

Conferentiae Nationales Episcoporum in quaestionibus magni momenti in dioecesibus vim iuridicam habeant.

15

Conferentiae nationales vel continentales ut CELAM instituantur in universa Ecclesia.

16

Necessitates hodierni temporis postulant iuridicam existentiam « Commissionis Episcopalis permanentis » in singulis Nationibus ad necessitates communes pastorales delineandas, ad remedia communia indicanda contra fidei pericula.

B) *De iuridica conformatione Conferentiarum Episcoporum*

1

Quod S. Sedis decreto institutum est in pluribus nationibus circa « Conferentias Episcoporum », mox a iure aptis normis constituatur.

2

Decernatur quaenam sit auctoritas et condicio conventuum Episcoporum singularum nationum.

3

Conferentiae episcopales sui iuris sint, quo responsabilitas et vis initiandi episcoporum augeretur.

---

13) Rivi Nigri, Riopreten, Altaven, Tanaven, Cucuten.
14) Caxien, Caeciritan, Amisen.
15) Metren.
16) Hierapolitan in Syria, Veronen.

1) Buscoducen, Rhemen, Bellovacen, Veneten, Londonen.
2) Colonien.
3) Meloën in Isauria.

4

Definiatur structura iuridica Conferentiarum Episcoporum v. g. quibus periodis congregandae sint, qua competentia gaudeant, de modo servando in rebus decernendis etc.

5

Coetui nationali Cardinalium et Episcoporum in tractandis negotiis disciplinaribus illius regionis, praesideat Patriarcha vel Primas, non tantum honore sed etiam delegata iurisdictione a S. Sede.

6

Oporteret aliquatenus definire ambitum et auctoritatem conventuum Metropolitanorum, aut commissionum episcopalium et organa constituere apta ad diversos apostolatus in plano nationali gerendos.

7

Praesidi conferentiarum Nationalium Episcoporum conferantur aliquae iurisdictionales facultates.

8

Munera et iura Episcopi secretarii commissionis episcopalis nationalis exponantur.

9

Definiatur episcoporum munus et facultates, quando in coetu provinciali aut nationali sunt congregati.

---

4) Chalciden in Syria, Brian, Attuden, Lauzaden, Leonen in Nicaragua, Valdivien, Medellen, S. Pauli in Brasilia, Zipaquiren, Victorien Spiritus Sancti.
5) S. Deodati, Anicien.
6) Synnaden in Phrygia, Dardan, Hispalen, Celsonen, Victorien, Culmen, Plocen, Vladislavien, Thuggen.
7) Limisen.
8) Dalisanden in Isauria, Synnaden in Phrygia.
9) Suessionen, Ruthenen, Nemausen.

10

Decreta conferentiae episcopalis nationalis obligent omnes Episcopos nationis.

11

Ad unitatem in agendo obtinendam requiritur ut una auctoritas, sive personalis, nempe Primatis, sive collegialis, nempe coetus Cardinalium et Archiepiscoporum, habeat potestatem leges edendi, limitatam quidem, sed presse definitam.

12

Ad conferentias Episcopales nationales vocentur etiam Superiores Maiores Religiosorum cum voto tamen consultivo.

13

Eiusdem nationis aut Ecclesiasticae Provinciae Ordinariorum activitatum maior concertatio obtineri potest ope Commissionum seu Comitatuum Episcopalium et relativo Secretariatu permanenti, etiam totius orbis: Comitatibus et Secretariatibus studendae ac solvendae variae quaestiones maiores demandentur, in Episcoporum Assemblea dein probandae atque uniformiter adoptandae.

14

Agatur de nationalium conventuum Ordinariorum momento relate ad conventus provinciales.

15

Efformetur aliquod Concilium, constitutum ex membris quae eliguntur a provinciis ecclesiasticis easque repraesentent; membra huiusmodi Concilii, rebus mature perpensis, competenti auctoritati vota et consilia proponant. Praefata membra, ex omnibus regionibus, quinto quoque anno saltem conveniant.

---

10) Carthaginen.
11) Antiochen parvus.
12) Rhodien, Laganitan.
13) Nuscan.
14) De Punta Arenas.
15) Ordinarii Indonesiae.

16

Unoque anno vel biennio conferentiae Episcopales delegatos Romam mittent ad quaestiones in conventu aliquo, praeside S. Pontifice, considerandas. Fructus talis consultationis erit maior comprehensio apud S. Sedem et omnes Episcopos conditionum in quibus vita et labor Universalis Ecclesiae versatur.

17

Iura Conferentiarum Nationalium praecise statuantur; centralizatio nationalis vitetur et Episcopi uniuscuiusque provinciae ecclasiasticae sufficientem libertatem habeant.

18

Requiritur quod decisiones habitae in conventibus nationalibus vel regionalibus ad instar legum sint quasi singuli Episcopi eas praescripserint.

C) *De ratione inter S. Sedem et Concilia Nationalia*

1

Obligatio statuatur agendi concordi voluntate cum Apostolica Sede cum agatur de consiliis ineundis vel captis in Episcoporum Coetibus sive provincialibus sive nationalibus.

2

Episcopalibus conventibus nationalibus semper adesse deberet Observator Pontificius.

3

Munera et iura Commissionis episcopalis nationalis relate ad Nuntium et S. Sedem clare explicentur.

---

16) Durbanian.
17) Dakaren.
18) Salernitan.

1) Daren.
2) Daren.
3) Dalisanden in Isauria.

4

In regionibus Nuntii orbatis eligantur ad triennium prorogabile non ultra alterum triennium, Praeses et Secretarius Conferentiarum episcopalium, minimo exclusa necessitate confirmationis S. Sedis.

D) *De frequentia Conciliorum Nationalium*

1

Unoquoque anno habeatur conventus nationalis Episcoporum cuiuscumque nationis.

2

Episcopi eiusdem gentis et nationis semel in anno conveniant ad conferentias episcopales habendas.

3

Episcopi eiusdem gentis et nationis alternis annis conveniant ad conferentias episcopales habendas.

4*

Coetus plenarius Episcoporum uniuscuiusque nationis habeatur tertio quoque anno.

5

A iure statuatur celebratio Conciliorum nationalium saltem decimo quoque anno.

6

Concilia plenaria frequentius, etsi semper ad nutum S. Sedis, teneantur iuxta ea, quae can. 281 statuit.

Coetus S. R. E. Cardinalium, Metropolitarum et Episcoporum, qui frequentius in multis regionibus vel nationibus habentur, certae regulae subiiciantur canonicae, quae si non exstant, conficiantur.

---

4) Thuggen.
1) Cercinitan.
2) Thignicen.
3) Saniüenen.
4*) Miletopolitan.
5) Darnitan.
6) Arcen.

E) *De Commissione Episcoporum Interrituali*

1

In regionibus ubi plures ritus catholici sunt, constituatur in capite principe nationis Commissio Episcopalis omnium rituum (latino non excepto) quae normas pro omnibus statuat.

2

Bis saltem in anno locorum Hierarchiae in eodem territorio iurisdictionem obtinentes, collatis consiliis unitatem actionis inter diversos ritus clericos foveant et, viribus unitis, communia adiuvent opera ad bonum religionis expeditius promovendum et cleri disciplinam efficacius tuendam.

F) *De Conferentiis Mundialibus Episcoporum instituendis*

1*

Discutiatur an distinctae concentrationes maiorum regionum in Ecclesia appetendae sint (Europa, America Sept., Meridionalis, Africa, Asia duplex) sive per modum distinctarum assistentiarum in Curia Romana, sive per modum conventuum Episcoporum et associationum fidelium.

2*

Vigesimo sexto quoque anno « conferentiae mundiales » Episcoporum habeantur.

3

Saltem undecimo quoque anno conferentiae episcopales habeantur « internationales-subcontinentales ».

---

1) Basren Chaldaeorum.
2) Adm. Ap. Exarch. Constantinopolitani.
1*) Essendien, Eminentianen.
2*) Purvokerten.
3) Purvokerten.

G) *De Conciliis Plenariis Africae*

1

Ordinarii locorum totius Africae regulariter conveniant ut eorum activitates magis coordinentur.

2

Pro Africae Orientalis territoriis quamprimum Concilia Provincialia et Concilium Plenarium habeantur ita ut, inter alia, maiori uniformitate in praxi pastorali bonum Ecclesiae nascentis habeatur.

3

Una cum iure generali necessarium est ius peculiare Ecclesiae Africae et consequenter organizatio regionalis Ecclesiae (ut Celam).

11. De Conciliis Provincialibus

1*

Quinto quoque anno in quacumque provincia ecclesiastica Conferentia Episcopalis habeatur.

2*

Ab episcopis solemniter requiratur ut concilia provincialia ad normam can. 283 saltem decimo anno celebrentur.

3*

Decimo quoque anno in quacumque provincia ecclesiastica Concilium provinciale habeatur.

4

Synodus provincialis celebretur adstante necessitate, non post vicesimum annum.

---

1) Kroonstaden.
2) Kisumuen.
3) Usumburaen.
1*) S. Raimundi.
2*) Arcen.
3*) S. Raimundi.
4*) Rhoinen.

5

In singulis provinciis ecclesiasticis concilium provinciale celebretur non intra determinatum temporis spatium sed ad iudicium Metropolitae cum consensu Suffraganeorum.

6

In Ecclesia gubernanda valde utilia essent Concilia regionalia frequentius coadunata. Hodie enim multae quaestiones pastorales exsurgunt, quae nec in dioecesi solvi possunt nec solutionem habere debent « pro Ecclesia Universali ».

7

Ecclesiasticae disciplinae melius caveretur si synodi provinciales vel etiam totius nationis celebrarentur.

8

Hodierna praxis de conferentiis Episcoporum suffraganeorum cum Metropolita lex canonica fiat.

9

Maior autonomia concedatur provinciis ecclesiasticis et simul synodi provinciales et dioecesanae crebro convocandae sunt.

10

Concedatur Conciliis provincialibus facultas tempora magis apta pro rogationibus vel etiam pro aliis solemnitatibus eligendi.

11

Ad conferentias regionales Episcoporum Superiores Religiosorum vocentur.

---

5) Bracharen, Telmissen.
6) Tolosan, Lycaonen, Antiochen parvus.
7) Insulae Grandis.
8) Dalisanden in Isauria, Synnaden in Phrygia, Dardan, Leopolien Latinorum, Mechlinien.
9) Leucaden.
10) Tuneten.
11) Rhodien.

12

Cooperatio dioeceseon et vicariatuum promoveatur ita ut ubique efformentur Provinciae Ecclesiasticae maioris amplitudinis; hac cooperatione nullo modo detrimentum afferatur iurisdictioni propriae cuiusque Ordinarii.

13

Provinciae ecclesiasticae nunc existentes ita extendantur ut cum « Conferentiis Episcopalibus » adaequentur et simul earum Praesidibus tribuantur officia et iura Metropolitarum nunc existentium.

14

Praecipuum organum provinciae seu regionis sit Coetus Episcoporum (« Conferenze Episcopali ») omnium, etiam Auxiliarium; Coetibus indictis, Provincia Eccl. per se ipsa dirigere debet omnes Catholicorum actiones cuiusdam regionis auctore Episcoporum coetu, ex quibus unus vel duo operam dent ut expedite ac definite in usum communem adducantur omnia quae statuta sint, sine ulla Episcoporum capitis deminutione; ad operam sic connectam perficiendam expeditos atque promptos sacerdotum manipulos institui peropportune videtur, qui, quadam ratione et alacritate, loca prout res postulet mutantes inter Ecclesiasticae provinciae fines, disciplinas varias tradant atque sacras conciones habeant.

Ex quo patet pecuniam ex communi aerario erogandam esse ad impensam sustinendam pro cuiusque dioecesis laboribus.

12. De Episcopis

A) *De nominatione Episcoporum*

1

Agatur de libertate Ecclesiae in nominatione Episcoporum.

---

12) Ordinarii Indonesiae.

13) Aesin.

14) Lorymien.

1) Tabuden.

2

Uniformitas in Episcopis eligendis in quacumque natione statuatur.

3

Solemniter inculcandum est, quidquid fuit in praxi primorum saeculorum, ad Successorem S. Petri unice et exclusive ius pertinere nominandi ac instituendi novos Episcopos.

4

Privilegia quibusdam nationum rectoribus concessa per gradus auferantur ut integra Ecclesiae libertas servetur, praesertim in Episcoporum electione.

5

Aliquo saltem modo Episcopi in Archieposcoporum electione partem habeant.

6

Episcopi eligantur ab Episcopis sub ductu Patriarchae.

7

In prima propositione ad Episcopatum promovendorum in unaquaque provincia Episcopi actu existentes optimi consiliarii esse poterunt. Ad hoc et similia munera ecclesiasticae provinciae videntur ad pristinae disciplinae modum ac momentum reducendae immo forsan provehendae.

---

2) Synnaden in Phrygia, Dardan.
3) Mandetrien.
4) Synnaden in Phrygia.
5) Dardan.
6) Alexandrin Coptorum, Cleopadriten, Antiochen Melch., Hemesen Melch. Tyren Melch., Heliopolitan Melch., Aleppen Melch., Beryten et Gibailen Melch. Mariamnen, Paneaden, Ptolemaiden, Bostren et Auranen, Petren et Philadelphien, Laodicen Melch., Tarsen Melch., Pelusitan Melch., de Nubia, Archim. Ordinis Basiliani Aleppen Melch., Archim. Ordinis Basiliani Ss. Salvatoris Melch. Archim. Ordinis Basiliani S. Ioannis Bapt. Melch., Sup. Gen. Missionariorum a S. Paulo.
7) Portugallen.

8

Episcopus designetur electione per canonicos ecclesiae cathedralis facta ex tribus candidatis propositis, quos Sacra Congregatio Consistorialis delegerat propria informatione antecessa.

9

Videatur num melius sit si omnes Ordinarii locorum, sive Episcopi sive Praelati minoris gradus, eligantur in munus suum per modum electionis ab utroque clero.

10

Electio Episcoporum aliquo modo fiat per clerum et populum; tamen, quantum fieri potest, machinationes excludantur et semper funesta Status immixtio vitetur.

11

Aliquo saltem modo Clerus in Episcoporum electione partem capiat.

12

Agatur de aliquo Presbyterorum interventu in electione Episcoporum.

13

Episcopi eligantur per clerum et populum, tantum «institutio» reservatur S. Sedi.

14

Iuxta veterem consuetudinem, sacerdotes dioeceseos vocem habeant cum res agitur de Episcopo eligendo.

---

8) Sup. Gen. Congr. Austr. O. S. B.
9) Sbiden.
10) Sedunen.
11) Dardan, Portugallen.
12) Portugallen, Celsonen.
13) Gibuten.
14) Sidonien.

15

In electione Episcoporum audiantur et delegati tam cleri quam laicorum dioeceseos.

16

Methodus a S. Sede adprobata circa praesentationem candidatorum ad Episcopatum pro ditione Canadensi, U. S. A., aliisque nationibus ubi Concordatum deest, fiat lex C. I. C.

17

Optimum sane est sacerdotes et Episcopos Afros creari sed quantum fieri potest in aliam nationem et tribum mittantur neque sacerdotes et Episcopi non africani omnino desint. Haec enim praxis attentis indole ac ingenio populorum Africae duo haud spernenda pericula Ecclesiam africanam vitare potest: periculum scilicet Ecclesias minoris gradus hic illic instituendi et periculum Ecclesiarum Nationalium.

18

Episcopi indigeni sint eiusden nationis non eiusdem dioeceseos.

19

Episcopus eligatur e clero dioecesano cui praeesse debet; modus quo S. Sedes transferre solet Episcopos in Brasilia ex una dioecesi in aliam longinquam et omnino differentem sub aspectu pastorali, aliquam apparentiam prae se fert burocratiae et diminutio videtur Episcopatus.

20

Cum persecutio saevit in aliqua natione nec libera communicatio cum Sede Apostolica possibilis fit nonne indultum concedi

---

15) Sup. Gen. Congr. Bav. O. S. B.
16. Londonen.
17) Aruaen, Muilaën.
18) Guluen.
19) Judiciforen.
20) Loiden.

poterit hierarchiae vel capitulis ut sedibus vacantibus provideant eligendo sacerdotes vere dignos ?

21

Consecratio episcopalis facta ab episcopo haeretico, schismatico vel apostata, a Sede Apostolica expresse declaretur invalida in casu defectus successionis Apostolicae vel debitae intentionis vel essentialis elementi in materia et forma.

22

Episcopus consecrans et Episcopus consecratus, si defuit electio vel confirmatio ab Apostolica Sede, excommunicatione specialissimo modo reservata plectantur.

B) *De requisitis in nominandis*

1

In futuris Episcopis eligendis sedulo attendatur non tantum, et non primarie, ad sollertiam seu capacitatem administrativam, sed etiam ad idoneitatem tum scholasticam tum pastoralem; nam, absque his attributis, in gradu singulari possessis, non valebunt, hisce praesertim diebus, gregem Domini debito modo pascere.

2

Nemo ad Episcopatum eligatur nisi saltem per decem annos in paroeciale ministerium incubuerit.

3

Ad c. 331 addatur: « et cum laude sui Ordinarii in officiis paroecialibus vel in aliquo munere pastorali ».

---

21) Posnanien.
22) Culiacanen.
1) Sidonien, Laganitan.
2) Sedunen.
3) Lappen.

4

Cum candidati ad Episcopatum praesentantur, curandum de eorum animo adversus socialismum, laicismum, neo-modernismum, etc.

5

Ut quis ad Episcopatum idoneus habeatur debet esse annos natus quadraginta.

6

Si quando ad amovendum ab officio suo ecclesiasticum virum, eundem promovere oportebit, nemo audeat a S. Sede, pro amovendo, Episcopatum expetere: ne forte indebitum praemium unius multorum fiat diuturna mortificatio, ipso promoto non excepto....

7

Proh dolor! in Episcoporum electionibus quandoque studium intervenit cognatos fovendi, principium « promoveatur ut amoveatur », consuetudo, antipathia etc. et non sufficienter sana doctrina, vitae sanctitas, prudentia etc.

8

In Ecclesia hodierna duae Episcoporum categoriae adsunt: sc. illi quorum iurisdictio est territorialis (Episcopi dioecesani) et illi, quorum iurisdictio est personalis, e. g. Episcopi militares, Episcopi collegiales.

Maior sit numerus Episcoporum cum iurisdictione personali. Oportet enim maiora religiosa instituta habeant Episcopum personalem, qui in coetibus nationalibus istorum institutorum partes agat.

9

Cum duae quintae partes sacerdotum sint religiosi, cumque vi can. 608 § 1, religiosi ministerium ad consulendum populi necessi-

---

4) Camposin.

5) Hadrianopolitan in Haemimonto, Sup. Gen. Ord. Bas. S. Jos.

6) Nuscan.

7) Dakaren.

8) Sup. Gen. Congt. Helveto-Amer. O. S. B.

9) Sup. Gen. Congr. Am. Cassin. O. S. B.

tati praestare teneantur, religiosi maiorem in hierarchia ecclesiastica repraesentationem habeant, non necessario quoad iurisdictionem, sed saltem « ut audiatur et altera pars ».

10

Ne amplius vigeat principium « Episcopus manet religiosus ».

11

Nemo etiam inter Religiosos ad Episcopatum evehatur quin prius audiatur, ultima utique decisione ad S. Sedem pertinente.

C) *De Episcopi iurisdictione*

1

Determinetur in Concilio iurisdictio Episcoporum; nam non raro hisce diebus invenitur, etiam inter catholicos Ecclesiae fidelissimos, voluntas circumscribendi in re sociali auctoritatem episcopalem ad res quae pertinent tantummodo ad fidem et mores. Etsi recentibus annis a S. Sede emanatae sint plures declarationes illuminatae, adhuc dubia occurrere possunt non solum ex parte laicorum sed etiam in mente Episcoporum.

2

Elucidetur et defendatur Episcopi dioecesani auctoritas, cum saepe inter laicos et aliquando inter sacerdotes tendentia inveniatur talem auctoritatem minuendi ex quodam falsi democratismi spiritu.

3

Vis auctoritatis Episcoporum et salutaris quo gaudent influxus ex immediata ad R. Pontificem subiectione extenuetur ex constitutione permanentis coetus Episcoporum cuiuscumque nationis; similiter dicatur de auctoritate R. Pontificis.

---

10) Gibuten.
11) Muilaën.
1) Portus Pirien.
2) Cairnen.
3) Camposin.

4

Episcopi auctoritas ordinaria forsan augeri posset ut comprehenderet quasdam facultates nunc ab Ap. Sede delegatas, quae ad dioecesim regendam sunt necessariae.

5

Can. 341 § 2 ita immutetur: « Curent Episcopi extra Europam degentes, ut singulis decenniis Urbem petant ».

6

In can. 349 § 1, 1° verba « in can. 239 § 1, 7°-12, necnon n. 2 etiam quod spectat ad casus Ordinarii loci reservatos » immutentur ita « in can. 239 § 1, 1°, 2°, 7°, 12° ».

7

In can. 430 § 2 deleantur verba « excepta collatione beneficiorum aut officiorum ecclesiasticorum ».

8

Egemus maioris disciplinae in clero ac populo necnon exercitii magis paterni simul ac solliciti potestatis episcopalis.

9

Extendatur ad Episcopos privilegium audiendi ubique terrarum confessiones.

10

Definiatur status iuridicus Ordinariorum Orientalium praecipue relate ad locorum Ordinarios.

---

4) Cairnen.
5) Rhoinen.
6) Rhoinen.
7) Rhoinen.
8) Abyden, Ioinvillen.
9) Chiquitosen, Achyraën, S. Antoni de Balsas.
10) S. Pauli in Brasilia, Chalciden in Syria, Brian, Attuden, Lauzaden.

11

Non facile potestas ordinaria Episcoporum limitetur concessionibus religiosis factis inconsulto Ordinario.

12

Coetus interdioecesanus clericorum (vulgo 'equipo') videtur minuere auctoritatem Episcopalem.

13

Episcopi scire debent quod clerici valde cupiunt participes fieri in statuendis praeceptis quae directe quodammodo illos attingant vel graviter futurum Dioeceseos affectent.

14

Non habeant sacerdotes vel religiosi facultates quas Episcopus non habet.

15

Normae dentur circa relationes inter auctoritatem ecclesiasticam maxime dioecesanam et civiles Potestates.

16

Addantur ad C. I. C. specialia praescripta de loci ordinariis, parochis et aliis sacerdotibus ex patria expulsis, quibus declarentur horum iurisdictiones, e. g. an valeat et quomodo iurisdictio Episcopi vi hostili e suo territorio expulsi erga dioecesanos et sacerdotes proprios etiam in territoriis novis, ubi quasi domicilia adepti sunt, quomodo vigeat unitas dioecesium et clericorum cum proprio Episcopo, quomodo tractandum sit ius residentiae clericorum vi expulsorum et alia huiusmodi.

---

11) Rivi Nigri, Riopreten, Altaven, Tanaven.
12) Jericoën.
13) Sidetan.
14) Monterreyen, Yucatanen.
15) S. Pauli in Brasilia, Chalciden in Syria, Brian, Attuden, Lauzaden.
16) Gedanen.

17

Agatur de iurisdictione Ordinarii loci relate ad catholicos orientales in locis ubi non adest Ordinarius orientalis.

D) *De inamovibilitate Episcoporum*

1

Aboleatur inamovibilitas Episcoporum.

2

Episcopis senectute aut infirma valetudine laborantibus citius meliusque provideatur ne dioeceses detrimentum patiantur.

3

Omnes curae animarum addicti (Archiepiscopi, Episcopi, Parochi) ultra statutos aetatis limites teneantur ab omni officio recedere, congrua pensione accepta.

4

Utile erit si Concilium consulat difficili conditioni Episcoporum, qui aegritudine laborant. Si enim illi dioecesim relinquunt, sese deminutos esse in sua dignitate putant; alia ex parte praecaria et difficilis est Coadiutorum et Auxiliarium conditio, quatenus actionem pastoralem difficulter explicare possunt.

5

Episcopi seniores amoveantur a sedibus suis post rationabile spatium v. g. 20 annorum. Hoc spatium variare debet secundum Episcopi valetudinem, aetatem, aptitudinem. Loco seniorum Episcopi iuniores magis idonei constituantur.

---

17) Dallasen-Arcis Worthen.
1) Sebasten in Cilicia, Viglevanen, Caesarien in Mauretania, Lauden.
2) Marsorum.
3) Montis Regalis, Lucen, Fodian, Thennesien.
4) S. Agathae Gothorum.
5) Jaffnen.

6

Opportunum est limitare Episcoporum administrationem ad certum numerum annorum.

7

Lege statuatur renuntiatio Episcoporum ob senectutem vel invaliditatem.

8

Religiosi Ordinarii locorum post renuntiationem possint redire ad proprium Institutum, ad libitum.

9

Post 70 annos aetatis ex iure Episcopus relinquat dioecesim.

10

Caecitas, surditas, paralisis etc. videntur ex iure causae sufficientes ad muneris espiscopalis renuntiationem vel remotionem.

11

Decernatur ut Episcopi qui ad septuagesimum quintum aetatis annum pervenerint, et etiam ante hoc tempus si morbo vel festinata senectute praepediti, renuntiatione facta, officium deponant.

E) *De Episcopis Titularibus*

1

Aliquid dicatur de Episcopis titularibus et eorum pertinentia ad collegium successorum Apostolorum.

---

6) S. Ioannis de Cuyo.
7) Verissen, Serenen, Sanaven, Antofagasten, Chillanen, Caxien, S. Philippi, Rhoinen, Sebastopolitan in Abasgia.
8) Rhoinen.
9) Mossoren.
10) Hadrianopolitan in Haemimonto.
11) Sabinen et Mandelen, Acheruntin.
1) Martyropolitan, Aterraden, Paten, Uberaben, Oliveiren, Guaxupen, Septemlacunen, Divinopolitan, Verinopolitan, Ostracinen.

2

Affirmetur Episcopos titulares constituere simul cum residentialibus collegium episcoporum, qui, iure divino, collegii apostolici locum tenet, etsi in actu nullam exercent in sua dioecesi iurisdictionem.

3

Episcopi titulares aboleantur.

4

Episcopis titularibus concedantur privilegia de quibus in can. 239 § 1, 1°, 5°, 6°.

F) *De Episcopis Coadiutoribus*

1

Coadiutores, cum vel sine futura successione, vitentur ne diarchia videatur adesse.

2*

In c. 353 paragraphus prima deleatur, secunda autem ita sonet: « Quilibet Coadiutor, ut canonicam sui officii possessionem capiat, debet litteras apostolicas Episcopo et Capitulo ostendere ad normam c. 334 § 3 et postea, ipso facto evadit Vicarius Generalis ».

3*

Occasione designationis alicuius Episcopi Coadiutoris vel Auxiliaris facultates stricte determinandae sunt; semper tamen Coadiutor et Auxiliaris facultatibus Vicarii Generalis praediti sint.

4*

Coadiutores et Auxiliares statuantur a iure Vicarii Generales et, mortuo Episcopo, Administratores Apostolici.

---

2) Arcen.
3) Ziguinchoren.
4) Melen.
1) Salernitan.
2*) Marilien.
3*) Hadrianopolitan in Haemimonto.
4*) Tirasonen.

G) *De Episcopis Auxiliaribus*

1

Episcopi Auxiliares una cum Ordinario in administratione dioeceseos intervenire debent, id praesertim apud magnas dioeceses, ne episcopale decus a quolibet sacerdote etsi vicario, neglegatur neve ipse Episcopus impediatur quominus quidquam dioecesanae rei augendae conferat; digna autem merces Episcopis Auxiliaribus tribuatur pro suo ipsorum decore necnon pro necessariis impensis.

2

Episcopi Auxiliares auctoritate pastorali ditentur sub dependentia Episcopi residentialis. Hoc praesertim in magnis urbibus, quarum divisio extremas difficultates parit et in regionibus quarum unitas indistincta administrationi imponitur.

3

In nominatione Auxiliaris vel Coadiutoris praecise determinentur facultates.

4

Numerus Episcoporum Auxiliarium augeatur.

5

Magis determinentur normae statum Episcopi auxiliaris spectantes, augmentato numero eorum qui ita designantur et munere parochi quo habitualiter in nonnullis adiunctis funguntur.

6

Episcopis Auxiliaribus aliquod munus conferatur intra Dioecesim et eius facultates indicentur in Bulla nominationis.

---

1) Lorymien.
2) Lugdunen.
3) Caesenaten.
4) Nunt. Ap. in Haiti.
5) Syenitan.
6) Laren.

7

Episcopi Auxiliares efficaci labore funguntur si labor gubernationis dividitur « ex aequo » cum Episcopis titularibus (Ordinariis?)

H) *De titulis et vestibus Episcoporum*

1

Titulus nobilis: « Excellentia » aboleatur.

2

Episcoporum anuli osculum extra caeremonias aboleatur.

3

Ornamenta Episcoporum et praelatorum multum minuantur.

4

Episcopo habitus sit unicus, nempe semper deferatur talaris nigri coloris.

5

Talaris Episcoporum extra caeremonias sacras ad simpliciorem formam reducatur.

6

Episcopi se abstineant ab usu vestium magni pretii.

7*

Episcopi saeculares et religiosi habeant habitum eiusdem coloris.

8

Habitus episcopalis simplificetur.

---

7) Sup. Gen. Fr. Tert. O. R. S. Fr. Capul. a B. V. M.
1) Parakuen.
2) Parakuen.
3) Rabaten.
4) Alivalen.
5) Chachapoyasen.
6) Lappen, Synnaden in Phrygia, Daulien.
7*) Zacapen, Ambaten, Rhoinen.
8) S. Caroli Ancudiae, Caxien, Reconquisten, Synnaden in Phrygia.

9

Semel in Episcopatu electi, religiosi vestibus violaceis utantur unà cum coloribus Ordinis a quo delecti sint.

10

Episcopi sese abstineant a magno fastu.

11

Episcopi sese abstineant ab usu gemmarum magni pretii.

12

Usus anuli, pileoli, crucis, etc. reservetur tantummodo functionibus liturgicis.

13

Condantur leges circa vestes et domos Cardinalium, Episcoporum et aliorum Praelatorum ut sumptus moderentur.

14

Aedes episcopales spiritu evangelico moderentur.

15

Vehicula episcopalia spiritu evangelico moderentur et nonnisi ministerii vel necessitatis causa adhibeantur.

I) *De Titulo « Ordinarius »*

1

Superiores Maiores Religiosorum vocentur tantum nomine Superiorum Maiorum.

---

9) Marilien.
10) Santosen.
11) Lappen.
12) Sanaven.
13) Tarahumaren.
14) Cercinitan.
15) Cercinitan.
1) Baren.

2

Generales et Provinciales Ordinum et Congregationum religiosarum tantum vocentur « Delegati » S. Sedis ad regimen internum religiosorum institutorum.

3

In C. I. C. distinctio inter ordinarium loci et ordinarium in genere non est accurata, cum ambo nomina saepissime in C. I. C. usurpentur.

13. De Rationibus Inter S. Sedem et Episcopos Determinandis

1

Comunicatio magis intima et benevola ideoque minus protocollaris inter Episcopos et Summum Pontificem ac inter Episcopos et Congregationes Romanas etc. desideratur.

2*

Desideratur imminutio quaedam in exercitio iurisdictionis S. Pontificis et Curiae Romanae quae quidem ultra quod iustum est producitur ob rationes historicas iam superatas et Episcopos meros mandatarios considerat cum detrimento iurisdictionis eorum ordinariae ex iure divino provenientis.

3*

Maiora a Summo Pontifice delegentur unicuique Episcopo residentiali, ita ut Summo Pontifici tantum summa reserventur.

4

Ad pauciores reducantur casus, in quibus facultates a SS. Congregationibus peti debeant. Si petuntur optatur, ut quam citius impetrari

---

2) Pinnen-Piscarien.
3) Scopien.
1) Curitiben.
2*) Ultraiecten, Ruremonden, Rotedamen, Galvien et Duacen, Albasiten.
3*) Friburgen.
4) Nuoren.

possint, vel responsum negativum festinanter detur. Episcopis facultates omnes iure proprio dentur quae quandoque ex privilegio cuidam sacerdoti vel religioso vel sacerdotum coetui tribuuntur.

5

Maior in dies exoptatur activa participatio omnium Ecclesiae membrorum in vita et ductu eiusdem, servato quidem ordine constitutionis monarchicae iuris divini. Sic desideratur:

a) maior opinionum libertas;
b) consultationes numerosiores;
c) maior participatio in laboribus.

6

Administratio Ecclesiae dividatur secundum culturam et psychologiam populorum, ut sequitur: *a*) Regio Europae Occidentalis; *b*) Regio Americae Septemtrionalis; *c*) Regio Slavorum; *d*) Regio Indorum; *e*) Regio Semitarum; *f*) Regio Sinarum et Iapanorum; *g*) Regio Africae Centralis; *h*) Regio Americae Australis. Hoc modo possibile et facilius apparet solutio practica quaestionum, praesertim liturgicarum ad mentem et culturam cuiusque populi.

7

Statuantur consilia nonnulla perpetua Episcoporum peritorum ex tota Ecclesia eligendorum quae una cum S. Pontifice et Curiae Cardinalibus munere legislativo pro tota Ecclesia fungi possint. Congregationes autem Romanae potestatem tunc consiliariam tantum atque executivam retinerent.

8

Quotiescumque eduntur pro Ecclesia universali decreta, instructiones, motu-proprio, etc. opportunum est curare ut haec sint revera universalia, nempe respondeant exigentiis omnium nationum et possint ubique applicari. Ad hoc utiles sunt praeviae consultationes Nuntiorum et Delegatorum Apostolicorum.

---

5) Reconquisten.
6) Berenicen.
7) Ultraiecten.
8) Stauropolitan.

9

Definiantur iura Episcoporum residentialium comparate tum cum Curia Romana eiusque SS. Congregationibus tum cum Nuntiis Apostolicis.

10

Illustretur qualiter commercia inter Episcopos et Curiam Romanam sint habenda.

11

Indagetur possibilitas levandi oneris gravissimi Curiae Romanae impositi per institutionem Sub-Curiarum in variis regionibus, quae ob suam proximitatem peculiares difficultates vitae religiosae et civilis in suis locis melius cognoscerent, facilius ac promptius responsa et decisiones edicere possent. Tales « Sub-Curiae » limitari deberent et per relationes regulariter ad Curiam Romanam missas bene regerentur.

12

Valde optandum est ut officia secundaria quarumdam Congregationum e. g. S. C. De Religiosis, S. C. De Seminariis et Universitatibus, S. C. de disciplina Sacramentorum in nationibus diversis mundi constituantur ad res quotidianas persolvendas.

13

Privatim et prudenter Episcopi vel saltem Conferentiae Episcoporum certiores fiant de rebus maioris momenti quae vitam religiosam attingant.

14

« Commissiones » nationales erigantur Episcopis et theologis constantes, quae pericula praesentiant, damnosas theses quam primum denuntient et de librorum prohibitione aut emendatione sub auctoritate S. Sedis curam habeant.

---

9) Fodian, Aesernien et Venafren, Lancianen et Ortonen, Faventin, Aquilan, Arianen, Concordien, Soanen-Pitilianen, Salisburgen, Bellovacen, Salfordien.

10) Colonien.

11) Indianapolitan.

12) S. Clodoaldi.

13) Montis Alti et Ripan.

14) Constantinian.

15

Extra SS. Congregationes habeatur « organum consultivum permanens », quasi « parvum Concilium permanens », constans ex Episcopis, ex sacerdotibus, ex laicis totius mundi, quod semel in anno decertaret de magnis Ecclesiae quaestionibus.

16

Unaquaeque S. Congregatio sit in relatione accurata, pro rebus magni momenti, cum aliquo consilio Episcoporum ad quod pertinet, in unaquaque natione, eadem cognitio. Sic: 1) melior informatio atque strictior nexus institueretur; 2) collegialis participatio Episcoporum ad gubernium S. Ecclesiae magis significaretur, salva evidenter auctoritate universali et immediata Summi Pontificis sine aliorum consensu.

17

SS. Congregationes, quotiescumque agatur de redigendis decretis disciplinaribus, audiant Conferentias Episcopales.

18

Multae facultates quin ius divinum laedatur a Dicasteriis superioribus i. e. Romanis ad Curias inferiores i. e. dioecesanas transferri poterunt.

19

Si ampliores concederentur Episcopis facultates, vitarentur quaedam inconstanter facta a Romanis Congregationibus. Accidit enim ut de iisdem postulatis et de iisdem rebus et causis, Romae responsa omnino dissimilia, vel etiam opposita dentur.

20

Cum Episcopus residentialis sit caput et dux apostolatus in sua dioecesi, meliori in luce ponatur et vinculum et immunitas potestatis episcopalis quoad dicasteria S. R. Ecclesiae.

---

15) Intern. in Aegypto.
16) Burdigalen.
17) Rivi Nigri, Riopreten, Altaven, Tanitan.
18) Moguntin.
19) S. Deodati.
20) Insulen, Lugdunen.

21

Amplius definiatur ius Episcoporum residentialium. Ipsi enim, in regenda sua dioecesi, propria auctoritate nonnumquam carent, quia saepius ad talem vel talem Congregationem Romanam recurrere tenentur, sive ad dispensationem vel minimam interdum concedendam, sive ad ineundum consilium quod opportunum existimant.

22

Episcoporum facultates non sunt paulatim minuendae, sed firmandae et augendae; SS. Congregationes in multis rebus deberent tantum normas generales assignare: (v. g. sit potestas episcopo facultates concedendi monialibus; gubernandi in propria dioecesi domus Congregationum, quae ibi habeant domum principem, etiam post decretum laudis).

23

Pro rebus quae sint merae exsecutionis tam saepe recurrere ne cogantur Episcopi ad indulta a S. Sede impetranda: quo labore dum obruuntur Congregationes Romanae, ab officiis maioris momenti in bonum Ecclesiae praepediuntur.

24

Novae facultates Episcopis concedantur, quarum usus fiat consulto organo, in qualibet dioecesi constituendo.

25

Normae disciplinares sint generales, ut Episcopi errores et abusus propria sententia plectant in conciliis provincialibus et synodis.

26

Ne sint Episcopi tantum exsecutores decretorum Curiae Romanae.

---

21) Docleen, Parisien.
22) Bisuntin.
23) Sup. Gen. Soc. Iesu.
24) Firman.
25) Patavin.
26) Rabaten, Civitatis Reginae, Gibuten, Uahiguyaen, Intern. in Iran.

27

Consulitur vinculum intimius statuendum inter labores qui a S. C. S. Officii peraguntur et Episcopis diversarum nationum. S. Officium frequentius transmittat forma positiva Episcopis indicationes rerum quibus S. Sedes praeoccupatur, quin interventiones eius ad decreta negativae indolis limitentur.

28

Submissio Episcoporum ad S. Sedem ne sit verbalis tantum.

29

In omnibus solemnitatibus, etiam in iis quae coram S. Pontifice Romae habentur, salva praecedentia, ut par est, Episcopi ne sistant inferiori modo relate ad S. R. Ecclesiae Purpuratos, etenim frequenter Eminentissimi Cardinales capite cooperto sedent, dum Episcopi nudo capite stant.

30

Instituatur visitatio generalis et periodica, saltem decimo quoque anno, ab officiali S. Congregationis Consistorialis peragenda in unaquaque dioecesi. Quae recognitio S. Sedem aptius edocebit statum Ecclesiarum et difficultates. Praeterea officialis inspector consilia et rationes praebere potest.

31

Ab Urbe visitatores dioeceseon frequenter exeant ut veracitatem informationum quas periodice Episcopi ad S. Sedem mittunt comprobent.

32

Dioecesium visitatores permanentes statuantur.

---

27) Lugdunen.
28) Nunt. Ap. in Guatimala.
29) Marilien.
30) Aesin.
31) Limisen.
32) Hadrianopolitan in Haemimonto.

33

Visitatores Apostolici pro omnibus dioecesibus instituantur, non tantum pro datis casibus sed ut edoceantur ab Episcopo de actuositate, necessitate, de factionibus politicis et de regione conciliari.

34

Habeatur visitator permanens pro singulis regionibus saltem, qui consilium dare possit locorum Ordinariis et eorum mentem cognoscere.

35

Quinto quoque anno fiat visitatio apostolica uniuscuiusque dioeceseos, ut de expletione muneris episcopalis omni sub respectu constet.

36

Saltem omni quinquennio instituatur a Delegatis specialibus S. Sedis, vel a Delegatis in Congressibus Episcoporum uniuscuiusque ecclesiasticae Provinciae selectis, visitatio canonica eparchiarum, Ordinariorum eorumque Cancellariorum tam in spiritualibus quam in temporalibus, necnon totius cleri in dioecesi laborantis Ordinariorum ipsiusque cleri et fidelium.

14. De Maiore Potestate Episcopis Concedenda

1

Aliquid de vita Episcoporum statuatur, quo spiritus illius Apostolorum verbi magis in Ecclesia vigeat: « Non est aequum nos derelinquere verbum Dei et ministrare mensis » (Act. VI, 2). Etenim hodie fere ubique Episcopi negotiis administrationis nimis gravantur, ita ut vita eorum typum, ut ita dicam, burocraticum exhibeat.

---

33) Hieracen-Locren.
34) Dioclean.
35) Sidonien.
36) Sup. Gen. Ord. Bas. S. Ios.
1) Viglevanen, Faventin, Arboren, Callien et Pergulan, Ragusien, Collen, Gallipolitan, Valven et Sulmonen, Montis Alti et Ripan, Hadrianien in Hellesponto, Sebasten in Cilicia, Triventin, Ly-

2

Amplior potestas relinquatur Episcopatui in singulis nationibus, praesertim maioribus. Haec dispositio iuvabit ad seblevandum dicasteria S. Sedis et erit signum fiduciae ex eius parte illius. Hoc fieri poterit:

a) iura quaedam ampliora tribuendo Metropolitis et Primatibus quoad casus in quibus Tribunalia eorum possunt sententias proferre in rebus non maioribus.

b) maiores facultates tribuendo quoad dispensationes a legibus ecclesiasticis in negotiis quoque non maioribus.

c) Primates in singulis nationibus poterunt constitui ut fiduciarii nati S. Sedis pro consilio et informatione circa negotia bonum Ecclesiae spectantia in illa natione.

3

Ordinariis locorum ampliores concedantur facultates dispensandi a legibus universalibus Ecclesiae, necnon quaedam aliae facultates, nunc Apostolicae Sedi reservatae.

4

Ampliores facultates tribuantur Ordinariis speciatim in causis in quibus S. Sedes generatim vel semper petitas concedit, votis Ordinarii auditis.

5

Num opportunum sit normas bene determinatas statuere quibus Episcopi, urgente pergravi necessitate, Ecclesiae iuribus atque fini

---

cien, Tergestin, Nucerin et Todinen, Vicentin, Recineten, Interamnen et Narnien, Mutilen, Vapicen, Irenopolitan in Cilicia, Moguntin, Rottenburgen, Ordinarii ex Anglia, Geneven et Friburgen, Flaviobrigen, Menevien, Doaren, Lomzen, Siedlcen, Sibenicen, Dublinen, S. Mariae, Celerinen, S. Raimundi, Copiapen, Villaricen, Smyrnen, Alivalen, Kroonstaden, Sup. Gen. Soc. a S. Paulo, Caesarien Philippi, Hermopolitan minor.

2) Sup. Gen. O. P.

3) Amalphitan, Nursin, Theatin, Anconitan, Apuanien, Cuneen.

4) Perusin, Civitatis Castelli, Galvestonien-Houstonien, S. Ioannis Quebecen, S. Pauli de Minnesota, S. Clodoaldi.

5) Pittsburgen.

principali absque difficultate cavere possint. Ecclesia multis in locis persecutionem patitur, persecutores saepe tendunt ut dioeceses alicuius regionis a Sede Apostolica separentur. In talibus circumstantiis Episcopi maxime iuvarentur normis definitivis et claris pro casu necessitatis extremae.

6

Ne decernatur in Concilio quod faveat illi tendentiae ad « centralizationem » quae his recentibus annis magis ac magis in regimine Ecclesiae apparet e contra reddatur non solum Episcopis sed cuilibet in auctoritate posito, debita libertas qua, sua quisque usus discretione, muneribus propriis fungatur.

7

Decentralizatio desideratur quam maxime.

8

Optandum est ut Episcopis facultates perpetuae pro quibusdam rebus conferantur.

9

Agatur de potestate Episcoporum residentialium iuxta temporis exigentias.

10

Diversae facultates assumendae sunt in iure communi.

11

Facultates Ordinariis communiter per rescriptum ad breve tempus vel pro numero casuum datae sine his limitibus dentur.

---

6) Sup. Gen. Congr. Anglicae O. S. B.
7) Einsiedlen.
8) Colonien.
9) Caurien - Castrorum Caeciliorum, Tabuden, Celsonen, Segobricen, Vicen, Calaguritan et Calceaten, Mandetrien Albaregalen, Daonien.
10) S. Galli.
11) Essendien, Eminentianen, Colonien.

12

Iura divina Episcoporum melius in praxim reducantur ita ut administratio ecclesiastica nimis arcta et « centralistica » faciliter fiat et diversis locis melius adaptata.

13

Episcopis ne opus sit, ut ad S. Sedem recurrant de rebus, quae ubi factae sunt, resolvi possunt. Quod immoderate negotia in unum coguntur periculum est ne moras saepe afferat et responsa non absolute congruentia unicuique rei tractandae.

14

Quaedam « autonomia » (décentralisation administrative ») utilis esset ad facilius celeriusque solvendas quaestiones diversas, quae ad Episcopos deferuntur. Interesset enim ut firmaretur auctoritas Episcoporum in suis dioecesibus.

15

Ordinariis locorum facultas concedatur per se ipsos dirimendi quaestiones, quae spectant regimen habituale dioecesis, quin recurratur ad S. Sedem.

16

Episcopis expeditiores dentur facultates in re administrativa.

17

Episcopi maiore auctoritate polleant in dirimendis quaestionibus parvi momenti.

18

Episcopis facultas habitualis prorogandi Rescripta Sanctae Sedis, perdurantibus iisdem causis tribuatur.

---

12) Busiritan, Berolinen, Calydonien, Apollonien, Meloën in Isauria, Secovien.
13) Rothomagen.
14) Augustodunen, S. Deodati, Antiochen parvus.
15) Trecen.
16) Amalphitan, Anconitan, Victorien Venetorum.
17) Anglonen-Tursien, Ariminen, Othieren, Hieracen- Locren.
18) Aversan.

19

Episcopi a SS. Congregationibus, cum non videantur observari secundum suae dignitatis praestantiam, magis colendi sunt;

maioribus facultatibus ditentur ita ut super impedimentis consanguinitatis tertii gradus et affinitatis secundi gradus linea collateralis dispensare valeant, certos actus administrativos, emptiones, venditiones, permutationesque attinentes ac S. Sedi reservatos, conficere possint et nonnulla negotia odiosa v. g. si remotioni vel translationi parochorum consulendum sit, libere expediant.

20

Annua relatio de negotiis peractis ac de facultatibus concessis S. Congregationi mittantur.

21

Hodierna indulta convertantur in leges.

22

Requiratur praeventivum « nihil obstat » pro concessione plurimarum facultatum in favorem Religiosorum, Curialium, Adsistentium quorundam coetuum.

23

Augeantur facultates ex iure communi Episcopis concessae.

24

Episcopis tribuatur facultas concedendi indulta, quae a S. Sede semper conceduntur, salva expressa conditione ut de concessis in quinquennalibus relationibus S. Sedi fideliter ratio reddatur.

25

Firma manente subiectione S. Sedi, maior sit Episcopi potestas ordinaria in regimine dioecesis, praesertim in re administrativa et disciplinari.

---

19) Aversan.
20) Salernitan.
21) Fesulan.
22) Papien.
23) Lucerin, Lungren, Signin.
24) Lugdunen.
25) Amalphitan, Nursin, Theatin, Anconitan, Papien, Cremonen,

26

Maior autonomia administrativa ecclesiasticis provinciis concedatur in quaestionibus minoris momenti (v. g. dispensatio pro religiosis laicis abluendi purificatoria, reconfermatio confessariorum religiosarum, dispensationes quaedam matrimoniales, etc.).

27

Iam ab aliquot annis quaedam instituta, collegia, societates (ex. gr. Regalità – Mondo Migliore etc.) Spiritualium Exercitationes atque Institutionum Cursus pro Episcopis praeparant. Id minime laudandum: Episcopi enim in Apostolicae Sedis dicione esse tantum, nec ulla ab aliorum auctoritate praecepta, consilia, instituta de rebus spiritualibus repetere debent. Sic se habentibus rebus, discrimen profecto inter Episcopos fiet, seu inter praesentes atque absentes, quorum illi maiore aestimatione, hi minore habeantur: quod mihi ipsi ex re vera atque usu constat.

28

Ordinarii locorum maiores facultates habeant propter difficile commercium cum S. Sede.

A) *Facultates quinquennales*

1

Ex iure et habitualiter facultates tribuantur Episcopis residentialibus, quae « ad quinquennium » tantum a S. Congregatione Consistoriali nunc conceduntur.

Feretran, Bugellen, Algaren, Myndien, Campanien, Pistorien, Potentin et Marsicen, Teramen et Atrien, Apuanien.

26) Sup. Gen. Ord. Bas. S. Jos.

27) Lorymien.

28) Jadren, Flavien.

1) Dianen, Ventimilien, Aesin, Pisan Cartennitan, Darnitan, Basileen et Luganen, Luxemburgen, Brugen, Isinden, Namurcen, Varsavien et Gnesnen, Leopolien Latinorum, Celsonen, Civitaten, Sucren, Medellen, Zipaquiren, Citharizen, Rivi Nigri, Riopreten, Altaven, Tanitan, Barquisimeten, Afogaden de Ingazeira, Tepicen, Milevitan.

2

Quae in facultatibus quinquennalibus mandantur, in ordinarium et commune ius Episcoporum recipiantur.

3

Magnopere expedit facultates quinquennales fieri et latiores et liberiores.

4

Facultates sic dictae « Formulae maioris » magis extendantur quoad subiectum activum.

5

Quaedam facultates quinquennales in potestatem ordinariam Episcoporum recipiantur.

6

Facultates quinquennales extendantur cum obligatione reddendi annuam relationem de dispensationibus concessis.

7

Possit Episcopus delegare facultates quinquennales.

8

In C. I. C. inserantur facultates quinquennales.

9

Facultates quinquennales pro Ordinariis et Facultates Apostolicae pro missionariis saltem magna pro parte in ius commune inserantur.

---

2) Sup. Gen. Congr. Austr. O. S. B.
3) Bostonien, Turuzitan.
4) A. Antonii de Balsas.
5) Treviren, Dagnen, Passavien, Berolinen, Calydonien, Misnen, Secovien.
6) Harlemen.
7) Turuzitan.
8) Daren.
9) Comben, Ordinarii Indonesiae.

B) *Relationes quinquennales*

1

Minuatur numerus relationum quae ad varias Sacras Congregationes mitti debent.

2

Relationes quinquennales pro Congregationibus Religiosis iuris dioecesani praescriptae et ad S. Congregationem de Religiosis transmittendae earumque quaestionaria abbrevientur et ad simpliciorem modum redigantur.

3

Ad multos labores et sumptus vitandos, aboleantur omnes relationes vel quaestiones circulares vel indagationes statisticae, quae praesertim nuper ab officiis Romanae Curiae expetebantur, et tantum remaneat relatio quinquennalis.

4

Visitationes ad limina efficaciores sint; adsit etiam visitatio ad S. Officium et ad S. C. de Seminariis.

5

Omnia indulta concedantur Episcopis ad quinquennium, tempore visitationis ad limina.

6

Episcopi in relationibus quinquennalibus referant de constitutione et activitate commissionis dioecesanae pro defensione et propagatione fidei.

---

1) Meneven.
2) Aulonitan.
3) Colonien.
4) Dakaren.
5) Portus Gratiae-Granfallen.
6) Pessinuntin.

C) *Facultates dispensandi*

1

Locorum Ordinariorum facultates dispensandi amplientur.

2

Concedatur facultas dispensandi a generalibus Ecclesiae legibus.

3

Ordinariis infra Romanum Pontificem detur facultas dispensandi a generalibus Ecclesiae legibus in casibus particularibus.

4

Episcopi gaudeant amplioribus facultatibus ad dispensadum super lege ecclesiastica. Facultates, quae ex gratia elargiuntur, in ipsa lege inscribantur.

5

Concedatur Ordinariis locorum amplior facultas quoad interpretationem et applicationem legum ecclesiasticarum sive C. I. C. sive aliarum.

6

Valde optandum est ut maiores facultates dispensandi etc. Episcopo dioecesis concedantur, cum debita cura de usu facultatum concessarum a Congregationibus Romanis facta.

7

Legislatio generalis simplificetur ut plus spatii legislationi Episcopali vel Concilii Provincialis condicioni rerum magis aptata fiat.

---

1) Meloën in Isauria, Eystetten, Herbipolen, Sup. Gen. Congr. Austr. O. S. B.
2) Senen.
3) Clavaren.
4) Rhemen, Suessionen, Bellovacen, S. Deodati, Aquen, Docleen.
5) S. Pauli in Brasilia, Chalciden in Syria, Attuden, Brian, Lauzaden.
6) S. Clodoaldi.
7) Geneven et Friburgen, Ruremonden, Roterodamen, Groningen.

8

Congruum esse videtur ut singuli Episcopi leges universalis Ecclesiae in sua dioecesi exequantur pro regionum, temporum morumque diversitate utque illarum legum dispensationes concedere valeant, cum non ad Ecclesiae partem regendam Episcopi sint delegati, verum pro suo quisque territorio potestatis legislativae regiminisque Ecclesiae universalis sint participes.

9

Augeantur facultates Ordinariorum circa dispensationes et licentias minoris momenti, e. g. dispensatio super irregularitate ex defectu natalium, facultas conferendi ordines sacros extra tempora, vel permittendi sacerdotibus aegrotantibus celebrationem Missae in domo privata vel caecutientibus usum formulae missae de Beata M. V. vel pro defunctis omnibus diebus etc.

10

Ius canonicum in sua praesenti codificatione, respicit exclusive vitam occidentalem: in missionibus necessaria sunt innumerabilia indulta ad se expediendum a forma eius rigida. Oporteret statuere quaedam principia, longo usu experta, et committere Episcopis negotium aedificandi super haec principia institutiones necessitatibus localibus et modernis aptatas.

11

Contra resolutionem Commissionis Interpretationis C.I.C. (26/6/1949) facultas dispensandi in legibus communibus Ordinariis concessa a can. 81 ne restringatur quoad vota privata S. Sedi reservata, nam plerique regulares ex privilegio ab iis dispensare possunt et voventes in angustiis esse possunt.

12

In negotiis communibus et in dispensationibus quae nunc S. Sedes concedere solet, maiori autonomia donentur Ordinarii, Romam de more, missis taxationibus et actis.

---

8) Ultraiecten.
9) Passavien, Eystetten.
10) Troaden.
11) Santanderien.
12) Isclan.

D) *Disciplina poenitentialis*

1

Episcopi facultatem habeant poenitentiae sacramentum ubique terrarum omnibus christifidelibus cuiuscumque ritus ministrandi.

2

Possit Ordinarius per se vel per alium absolvere ab omni peccato.

3

Facultas concedendi iurisdictionem pro confessionibus extra dioecesim sacerdotibus itinerantibus.

4

Concedatur facultas absolvendi a nonnullis censuris.

5

Facultates Episcoporum augeantur quoad peccata reservata.

6

Concedatur Ordinariis locorum amplior facultas decidendi circa ea quae respiciunt confessionem christianorum orientalium separatorum.

7

Ius habeant Episcopi ubique terrarum confessiones etiam religiosorum et religiosarum audiendi.

---

1) Barbastren, Misthien, Thuggen, Coelianen, Giufitan, Maseruen, Caesenaten, Alexandrin, Senogallien, Maceraten et Tolentin.
2) Brigantien, Amisen.
3) Lauden, Derthonen.
4) Goritien.
5) Meloën in Isauria.
6) Gratianopolitan.
7) S. Bonifacii.

E) *Ius matrimoniale*

1

Episcopis concedantur ampliores facultates dispensandi ab impedimentis matrimonialibus.

2

Ordinarii locorum ditentur iure ordinario potestate dispensandi super universis impedimentis, super quibus Sedes Apostolica dispensare solet.

3

Ordinariis locorum concedatur facultas dispensandi ab impedimentis gradus minoris.

4

Concedatur Episcopis facultas dispensandi ex iure communi impedimenta matrimonialia, quae nunc dispensant per facultates quinquennales.

5

Facultas tribuatur Episcopis dispensandi, iure ordinario, ab omnibus impedimentis iuris ecclesiastici, excluso presbyteratu.

6

Episcopi residentiales facultatibus polleant, quinquennio renovandis; dispensandi super impedimentis consanguinitatis in 2° gradu collateralis aequalis et affinitatis, excepta affinitate in linea recta.

---

1) Ptolemaiden in Lybia, Anconitan, Papien, Cassanen, Marsorum, Tranen er Barolen, Dianen, Balneoregien, Potentin et Marsicen, Asculan Apul. et Ceriniolen, Mutinen, Concordien, Taurinen, Dinien, Tutelen, Avenionen, Nemausen, Apamien, Rhemen, Suessionen, Bellovacen, Docleen, Monoecen, Petrocoricen, Engolismen, S. Andreae et Edimburgen, Nepten, Arben, Dualaën.

2) Herbipolen, Gaudisien, Basileen et Luganen.

3) Chitrien, Compostellan, Lucen in Hispania, Acheruntin, Suessan, Polycastren, Lauden, Verulan et Frusinaten, Tridentin, Salerninitan, Goritien, Derthonen.

4) Risinitan, Maracayen.

5) Cucuten, Campinen, de Ponta Grossa, Casalen.

6) Preslaven.

7

Si impedimentum usque ad tertium gradum in linea collaterali auferri non expeditat, detur locorum Ordinariis facultas dispensandi ab impedimentis consanguineitatis in secundo et tertio gradu, iterumque a vinculo affinitatis in linea collaterali.

8

Concedatur Ordinariis facultas dispensandi a tertio gradu consanguineitatis.

9

Si non abrogetur impedimentum consanguineitatis in 3° gradu lineae collateralis, saltem facultas sit Ordinariis ab illo dispensandi ex ipso iure.

10

In mortis periculo Ordinarii dispensare possint ab impedimento affinitatis in linea recta.

11

Facultas dispensandi a forma canonica celebrationis matrimonii tribuatur non tantum Patriarchis sed etiam ipsis Episcopis.

12

Augeatur potestas Episcoporum quoad matrimonia mixta et sanationem in radice.

13

Episcopis concedatur facultas generaliter delegandi ad matrimoniorum assistentiam sacerdotes cuidam paroeciae aliquo modo addictos, quin sint vicarii cooperatores.

14

Ordinarius loci facultate polleat delegandi ad universitatem negotiorum circa assistentiam matrimoniis celebrandis.

---

7) Brittinorien.
8) Terulen, Leopolien Latinorum.
9) Taurinen, Feretran.
10) Calien.
11) Tripolitan Maronitarum.
12) Berolinen.
13) B. M. V. Maris Stellae.
14) S. Mariae Ormen.

15

Possit Episcopus licentiam dare ineundi civiliter matrimonium ante matrimonium catholicum in casu sponsorum, qui, propter prohibitionem civilem nuptiarum inter genera diversa, non possunt nubere, ut sponsi privilegiis civilibus gaudeant et parochus innocens transgressionis contra legem civilem maneat si factum diversitatis generis parocho notum est sed ignotum auctoritatibus civilibus.

16

Episcopi et Conferentiae Episcopales possint expedientia media determinare accomodata singulis regionibus in investigationibus praematrimonialibus.

17

Taxae quae S. Sedi debentur ob concessas dispensationes substituantur solutione fixae annuae summae pecuniae, a dioecesano aerario sumendae.

18

Considerandum est utrum conveniat ut S. Sedes Ordinariis facultatem det concedendi Privilegium Fidei.

19

Concedatur Ordinariis facultas solvendi matrimonii vinculum in favorem fidei.

20

Matrimonium inter baptizatum et non baptizatum definiatur vinculum naturale, potiusquam supernaturale et concedatur Ordinariis facultas dissolvendi vinculum naturale in favorem fidei, ut citius habeatur solutio in talibus casibus requisita.

---

15) Balanen.
16) Amisen, Risinitan.
17) Daren.
18) Grandormen.
19) Ruremonden, Roterodamen, Groningen.
20) Bellevillen, Bruklynien, Austinien, Evansvicen.

21

Concedatur Ordinariis facultas dispensandi ab interpellationibus in Privilegio Paulino quando pars infidelis iam aliud matrimonium attentavit, ut reducatur tempus ad solutionem requisitum.

22

Episcopi possint declarare nullitatem matrimonii initi cum dispensatione ab impedimento disparitatis cultus, si pars infidelis promissiones adimplere absolute nolit.

23

Episcopi possint iudicare de validitate matrimoniorum ab infidelibus inter se initorum.

24

Ordinariis in locis missionum degentibus facultas concedatur, servatis servandis, dispensandi super impedimento ligaminis « in favorem fidei », quod privilegium Petrinum vocant, sine recursu ad S. Sedem, quod requirit longum tempus et multas causat difficultates. Quando una pars in haeresi baptizata et persona pagana per divortium separantur, saepe saepius accidit ut pars haeretica catholicam Ecclesiam ingredi cupiat et ad alias convolare nuptias cum persona catholica. In hoc casu ad privilegium Petrinum recurrendum est, sed quando responsio S. Sedis venit, personae de quibus agitur iam alium adiverunt locum et eos invenire impossibile evadit.

25

Amplietur Episcoporum potestas circa processus matrimoniales.

26

Ordinarii facultate ordinaria processum instruant super rato et non consummato, servatis regulis S. Congregationis de Disciplina Sacra-

---

21) Austinien, Bellevillen.

22) Katiolaën, Gagnoaën, Buaken, Daloaën, Abidjanen.

23) Katiolaën, Gagnoaën, Buaken, Daloaën, Abidjanen.

24) Coelianen.

25) Bredan, Clysmaten, S. Galli.

26) Preslaven.

mentorum usque ad sententiam definitivam, quae, una cum voto Episcopi ad eamdem S. Congregationem mittatur, ita ut, processu rite reviso, Praefectus S. Congrregationis ad Beatissimum Patrem petat gratiam dispensationis.

27

Committatur Episcopo processus informativus de inconsummatione matrimonii.

28

Facultas concedatur Ordinario dispensandi super rato.

29

In casibus evidentioribus, facultas sit Episcopis declarandi nullitatem matrimonii.

F) *Sacramentum ordinis*

1

Opportunum videtur ipso iure concedere Ordinariis locorum ampliores dispensandi facultates super irregularitatibus ac impedimentis sacrorum ordinum, praesertim minoris momenti e. g. aetatis.

2

Facultas Episcopis concedatur dispensandi ab impedimento aetatis canonicae in conferendis ordinibus sacris maioribus.

3

Concedatur facultas dispensandi super defectu aetatis canonicae ad Presbyteratum usque ad 12 menses.

4

Libertas concedatur Episcopis in acceptatione alumnorum sacrorum qui exeunt ex aliis Seminariis, etiam religiosorum.

---

27) Basileen et Luganen.
28) Ruremonden, Roterodamen, Groningen.
29) Viedmen.
1) S. Andreae et Edimburgen.
2) Apollonien, Risinitan.
3) Suessan.
4) S. Mariae, Celerinen, Risinitan, S. Rosae de Osos, Sanaven, Huajuapamen,

5

Ordinariis loci detur facultas dispensandi super omnia impedimenta quae iure ecclesiastico obstant sacris ordinibus.

6

Episcopus possit dispensare ab impedimento illegittimitatis pro acceptatione in Seminario.

7

Non restringatur facile potestas ordinaria Episcoporum, ut accidit v. g. in decreto « Solemne habet » S. C. Seminariorum 12/7/1957.

8

Episcopi non gaudent facultate dispensandi ab aetate, ut ordinarii religiosorum pro suis subditis.

9

Ampliores facultates tribuantur Episcopo acceptandi in seminarium maius sive alumnos ex aliena dioecesi sive postulantes et novitios alicuius congregationis religiosae.

10

Facultas tribuatur Episcopo dispensandi alumnos sacrorum ab interstitiis ad ordines suscipiendos.

G) *Index librorum prohibitorum*

1

Amplior facultas detur Ordinariis permittendi lectionem librorum prohibitorum.

2

Ordinarii locorum tam sacerdotibus quam fidelibus licentiam dare possint libros prohibitos legendi.

---

5) Dallasen-Arcis Worthen.
6) Risinitan.
7) Rivi Nigri, Riopreten, Altaven, Tanitan.
8) Plocen.
9) Basileen et Luganen.
10) Novarien.
1) Zamoren.
2) Czestochovien.

3

Concedatur facultas permittendi librorum prohibitorum lectionem.

4

Episcopis facultas concedatur: *a*) habitualiter dispensandi a lectura librorum in Indicem relatorum item ac pro singulis casibus facultatem subdelegandi.

H) *Provisio beneficiorum*

1

Ordinarii facultates augeantur pro erectione, divisione, suppressione paroeciarum sine obligatione Capituli consensus vel consilii.

2

Ordinarii, servatis conditionibus a iure statutis, paroecias dividere possint quoties salus animarum id postulet.

3*

Episcopis facultas committatur conferendi beneficia capitularia praeter dignitates, etiam post expletum semestre a vacatione.

4*

Conferendi omnia beneficia, praeter dignitates Ecclesiae Cathedralis.

5

Amplietur potestas Episcoporum in provisione beneficiorum.

---

3) Goritien.
4) Novarien.
1) Burdigalen.
2) Hagulstaden-Novocastren.
3*) Tranen et Barolen.
4*) Casalen.
5) Ptolemaiden in Lybia, Papien, Lucen, Clodien, Myndien, Campanien, Aquinaten Soran Pontiscurvi, Albae Pompeien, Assisien, Nepesin et Sutrin, Baren, Bosanen, Pinnen et Piscarien.

6

Confirmanda Episcoporum potestas in collatione beneficiorum, canonicatuum etc.

7

Ordinariis facultas concedatur beneficiorum reditus in sua dioecesi peraequandi vel saltem avocandi reditus ultra praefinitum limitem, ut pro operibus dioeceseon vel ad pauperiores sacerdotes adiuvandos erogentur.

8

Ordinariis concedantur facultates:

b) reducendi, ob redituum deminutionem et expensarum augmentum, onera Missarum, beneficia gravantium;

c) imponendi, in commodum dioeceseos, pensiones quibuslibet beneficiis, in ipso collationis actu exprimendas, salva congrua portione beneficiarii;

d) maiores facultates in remotione parochorum.

I) *Bona ecclesiastica*

1

Maior libertas relinquatur Episcopo circa vitam oeconomicam dioeceseos ne timor excessivarum responsabilitatum assumendarum vel transgrediendi limites iuridicos coerceat vel etiam suffocet omnem activitatem.

2

Ordinariis ampliores facultates ad alienandas res ecclesiasticas concedantur.

---

6) Augustan.
7) Muran.
8) Casalen.
1) Neo - Eboracen, Naupacten.
2) Fesulan, Burdigalen, Hagulstaden-Novocastren, Clysmaten, Bredan, S. Galli, Santanderien, Meliten, Trallian in Asia, Cliftonien, Roterodamen, Ruremonden, Groningen, Ultraiceten, Mechlinien, Camulianen.

3

Amplior fiat Episcoporum potestas quoad bonorum ecclesiasticorum propriae dioecesis administrationem.

4

Can. 534 reformetur.

5

Opus est elevare summam pro qua necessarium est recurrere ad S. Sedem in alienationibus.

6

Summa ultra quam ad S. Sedem reccurrere debet Ordinarius computetur in auri chilogrammatibus.

7

Cum dollarium et cuiuscumque alterius monetae vis et mutatio peculiares difficultates inducere possint, opportunum videtur quod S. Sedes normam fixam inveniat in c. 1532 pro tota Ecclesia stabiliendam, ut modo uniformi solvantur ea quae in cann. 534 et 1497 statuuntur.

8

Ne imponatur recursus ad S. Sedem nisi de rebus pretiosis vel maioris pecuniae quam 2.000.000 franc. belgicorum.

9

Episcopis facultas tribuatur permittendi pecuniae mutuationem saltem ad 30.000 francos aurei valoris.

---

3) Lauden, Verulan et Frusinaten, Tridentin, Salernitan, Derthonen, Nicosien, Virodunen, Petrocoricen, Treviren, Dagnen, Essendien, Eminentianen, Meloën in Isauria, Vindobonen, Maroneus, Macren, S. Hippolyti, Lincien, Metellopolitan, Cucuten, Risinitan Neo - Eboracen.

4) Arben.

5) Huachen, S. Fidei in Argentina, Succursen et S. Aegidii, Risinitan, Medellen, Jericoën, Rivi Nigri, Riopreten, Altaven, Tanitan, Amisen.

6) Caxien.

7) Vaccarien, Riopreten, Altaven, Tanitan, Rivi Nigri.

8) Namurcen, Brugen.

9) Aquen.

10

Liceat Ordinariis, proprio marte, procedere cum agitur de alienandis summis non superantibus 20.000 dollaros U.S.A., quia moneta colombiana valorem acquisitivum prorsus amisit. Excludantur semper res pretiosae.

11

Permittatur Episcopis residentialibus alienatio bonorum ecclesiasticorum usque ad summam $ 50.000.00 (quinquaginta millia dollaria) cum consensu Consultorum, et summam $ 25.000.00 (viginti quinque millia dollaria) pro suo arbitrio et conscientia.

12

Ordinarii licentiam ad alienandas res ecclesiasticas concedere possint, etiam si agatur de rebus quae valorem excedunt triginta milia libellarum dummodo *a*) causa urgens habeatur; *b*) Ordinarius S. Sedem de alienatione ita peracta edoceat.

13

Maior concedatur Episcopis facultas sumendi pecunias mutuas.

14

Ordinario loci liceat alienare res ecclesiasticas, pretiosissimis solis exceptis, consultis consultoribus dioecesanis.

15

Augeatur libertas Episcoporum in erogandis bonis pro pauperibus et causis piis.

16

Episcopus potestate sua ordinaria semper agere possit in reductione, moderatione, commutatione ultimarum voluntatum.

---

10) Popayanen.
11) Lafayetten.
12) Hagulstaden et Novocastren.
13) Yarmuthen.
14) Lansingen.
15) Nepten.
16) Aquisgranen, Secovien.

17

Summa pro qua S. Sedis licentia impetranda est in alienationibus rei ecclesiasticae ad 1.000.000 elevetur ne praesules in ditione brasiliensi cogantur toties quoties ad S. Sedem recurrere.

18

Illustrentur Episcoporum iura circa administrationem bonorum temporalium in missionum locis.

J) S. *Liturgia*

1

Episcopis dentur intra certos limites maiores facultates in liturgiae celebratione.

2

Episcopis permittatur maior cura et facultas in rebus liturgicis nostris temporibus et animis magis et aptius accommodandis.

3

In materiis secundariis S. Liturgiae, quaedam Episcopis facultates concedantur, attamen iuxta indicationes S. C. Rituum.

4

Sub vigilantia quidem Sedis Apostolicae, Episcopis praesertim in Missionibus maior autonomia concedenda est in re liturgica et canonica.

5

In novis missionibus ampliores facultates concedantur Episcopis quoad dispensationes a legibus liturgicis.

17) Marilien.
18) Usumburaën, Nairobien.
1) Brixinen, Ultraiecten, Ruremonden, Roterodamen, Groningen, Geneven et Friburgen, Monasterien.
2) Sup. Gen. Ord. Bas. S. Jos.
3) Burdigalen.
4) Sup. Gen. Presbyt. a SS. Stigm.
5) Cinnaeus, Fianaratsoaën.

6

Sana decentralizatio regiminis, praesertim in re disciplinari et liturgica, concedatur.

7

Fines usus linguae vernaculae statuere in potestate sit Episcoporum.

8

Si quod in C. I. C. vel in praxi Curiae Romanae deprehendatur, quod re vera vel etiam oculis acatholicorum doctrinam catholicam de Episcopatu obscurare possit, in trutina ponatur, ex gr. inhabilitas eorum relate ad approbationem litaniarum.

9

Ordinariis locorum, comitatu de re liturgica assistente, plus quam antea facultas detur ritualis caeremonias conditionibus locorum adaptandi.

10

Ordinariis locorum detur facultas, respectu habito ad consuetudines suorum fidelium, redigendi benedictionum formulas, salva obligatione S. Sedi eas submittendi.

11

Quid dicendum si occasione magnarum festivitatum Ordinariis cuiuscumque regionis daretur facultas aliquid introducendi ad modum liturgiae dominicae Palmarum?

12

Possit Episcopus parocho concedere ut, sine stola, sine exequiis et extra ecclesiam, oret ad requiem sempiternam peccatorum publicorum quando aliter minister acatholicus talem defunctum sepultura christiana afficiet.

---

6) Montis Regalis in Pedemonte.
7) Ordinarii Indonesiae.
8) Monasterien.
9) Ordinarii Indonesiae.
10) Onitshaën.
11) Guluen.
12) Balanen.

13

Episcopi transferre possint Commemorationem omnium Fidelium Defunctorum in diem dominicam sequentem.

14

Possit Episcopus concedere facultatem quater litandi in diebus festis.

15

Episcopis generali modo et ordinarie facultas concedatur permittendi binationem et trinationem.

16

Trinationem Episcopi permittere possint.

17

Episcopis concedatur facultas permittendi per modum actus trinationem.

18

Concedatur facultas permittendi trinationem diebus festis.

19

Ordinarii gaudeant facultate permittendi sacerdotibus trinationem in diebus dominicis et festivis.

---

13) Kikuiten.
14) Caxien.
15) Neo-Eboracen, Aquen.
16) S. Mariae, Celerinen, Succursen et S. Aegidii.
17) Acheruntin.
18) Urbinaten, Auximan et Cingulan, Cerrarum, Ventimilien, Vartanen, Patavin, Ptolemaiden in Lybia, Anconitan, Suessan, Polycastren, S. Severi, Bobien, Asculan Apul. et Ceriniolen, Melphien, Verulan et Frusinaten, Salernitan, Goritien, Sandomirien, Panitan, Posnanien, Cliftonien, Culiacanen, de Ponta Grossa, Popayanen, Chillanen, Rivi Nigri, Riopreten, Altaven, Tanitan, Amisen, Caronen.
19) Portlanden in Oregon, Saginaven, Novae Aureliae, Lafayetten, Junellen, Lansingen, Bakerien.

20

Concedantur etiam facultates: tres Missas celebrandi eodem die de praecepto et duas eodem die non de praecepto.

21

Episcopis tribuatur facultas ordinaria permittendi binationem diebus ferialibus et trinationem diebus dominicis.

22

Ordinarii locorum etiam in diebus ferialibus trinationem permittere possint.

23

Episcopis facultas committatur permittendi trinam vel binam Missae celebrationem etiam in diebus ferialibus.

24

Binationem Episcopi permittere possint.

25

Ordinarii locorum etiam in diebus ferialibus binationem permittere possint.

26

Facultas sit Episcopo permittendi iterationem Missae in diebus profestis sacerdotibus vere egentibus qui iam culpabiliter faciunt.

---

20) Segusien, Livien.
21) Treviren, Dagnen, Vindobonen, Maroneus, Macren, S. Hippolyti, Lincien, Metellopolitan.
22) Leopolien Latinorum.
23) Tranen et Barolen, Asculan Apul. et Ceriniolen, Baren.
24) S. Mariae, Celerinen, Succursen et S. Aegidii.
25) Suessan, Sarsinaten, Polycastren, S. Severi, Bobien, Asculan Apul. et Ceriniolen, Melphien, Assien, Malacitan, Tirasonen, Leopolien Latinorum, Febianen, Derrien, Edmundstonen, Yarmuthen, Thibaritan, Pembroken, S. Annae Pocatieren, Bakerien, Xylopolitan, Lafayetten.
26) Metren.

27

Possit Ordinarius concedere binationem in diebus ferialibus, quotiescumque illam convenientem iudicaverit ad stimulum pietatis fidelium.

28

Episcopi binationem permittere possint in die prima maii.

29

Episcopis concedatur facultas permittendi habitualiter iterationem S. Missae diebus festis suppressis atque diebus peculiaris devotionis et festorum quae cum populi concursu celebrantur.

30

Concedatur generalis facultas Episcopis Seminario binationes destinandi.

31

Episcopis facultas concedatur, pro sua conscientia, Missam nocturnam permittendi.

32

Tribuatur Ordinariis locorum facultas permittendi Missae celebrationem post mediam noctem occasione sacrarum missionum, exercitiorum.

33

Episcopis concedatur facultas celebrandi vel permittendi celebrationem S. Missae media nocte, post unam horam supplicationum, occasione conventuum, Misssionum etc.

---

27) Cucuten, Victorien Spiritus Sancti, Popayanen, Neocarthaginen, Barranquillen, Ss. Incarnationis et Paranen Superioris, Mexican, Viten, Risinitan, Martyropolitan, Aterraden, Paten, Uberaben, Oliveiren, Guaxupen, Septemlacunen, Divinopolitan, Verinopolitan, Chillanen, Rivi Nigri, Riopreten, Altaven, Tanitan, Caronen, Mossoren.
28) Kikuiten.
29) Acheruntin.
30) Umzimkulen.
31) Urbinaten.
32) Tirasonen.
33) Acheruntin.

34

Ex iure possint Episcopi concedere ecclesiis paroecialibus et non paroecialibus celebrationem Missae in nocte ultima anni.

35

Omnibus Ordinariis facultas concedatur missas serotinas permittendi omnibus diebus hebdomadae.

36

Sit Episcopis potestas permittendi celebrationem missae vespertinae in occasione exsequiarum aut nuptiarum.

37

Ex iure etiam concedere possint Episcopi celebrationem Missae in nocte Nativitatis Domini in Ecclesiis non paroecialibus.

38

Possit Episcopus concedere celebrationem Missae sine acolythis.

39

Ne cogatur Ordinarius ad S. Sedem recurrere pro concessione celebrationis Missarum extra locum sacrum.

40

Ordinario concedatur facultas permittendi concelebrationem ratione magni concursus sacerdotum.

41

Facultas tribuatur Ordinariis permittendi usum linguae vernaculae usque ad Canonem et a Pater usque ad finem Missae.

---

34) Huajuapamen.
35) Burdigalen.
36) Montis Pessulani.
37) Huajuapamen.
38) Montisvidei.
39) Cliftonien.
40) Friburgen.
41) Circesien.

42

Facultas tribuatur Episcopis permittendi, statutis diebus, celebrationem Missae lingua vulgari.

43

Possit Episcopus pro sua prudentia permittere distributionem S. Communionis qualibet hora.

44

Ordinariis locorum detur facultas, de consilio peritorum, ritus secundarios Missae accomodandi.

45

Independenter ab inscriptione quibusdam Adsociationibus, Episcopo detur facultas permittendi celebrationem privatam Missae votivae Iesu Christi Summi et Aeterni Sacerdotis prima feria V cuiusvis mensis, Ss. Cordis Iesu feria VI, Immaculati Cordis Mariae primo sabbato, intra limites concessionis pro Missis celebratis in ecclesiis in quibus exercitia peculiaria mane peraguntur.

46

Possit Episcopus concedere usum altaris portatilis.

47

Possint Episcopi permittere, servatis servandis, celebrationem Missae domi sacerdotibus aetate provectis, vel aliqua infirmitate laborantibus.

48

Amplientur facultates Episcoporum pro concessione oratorii privati sacerdotibus infirmis.

---

42) Aveiren.
43) Rivi Nigri, Riopreten, Altaven, Tanitan.
44) Ordinarii Indonesiae.
45) Acheruntin.
46) S. Bonifacii, Cuschen, Montisvidei, Neo-Eboracen.
47) Tutelen.
48) Gaudisien.

49

Addatur can. 822: « Ordinarii valent sacerdotibus suis subditis coecutientibus concedere ut Missam celebrent B. M. V. vel defunctorum et aliis sacerdotibus infirmis, adhibitis cautelis, ut Missam celebrent sedentes ».

50

Facultates Ordinarii loci ita amplificentur ut sequentes facultates dare queat: celebrandi Missam super mare; sedendi dum Missam celebrant sacerdotibus caecutientibus concessis, substituendi Rosarium B. M. V. pro canonicis horis recitandis; Episcopus possit concedere privilegium oratorii privati his infirmis sacerdotibus qui domo exire non possunt, non autem personis vel familiis privatis.

51

Concedatur facultas pro altaribus gestatoriis.

52

Facultas dispensandi a tempore feriato.

53

Ordinario loci facultas sit permittendi baptismum domi etiam extra casum necessitatis.

54

Possit Episcopus uti, sine indulto, « Ritu et Formula breviori Consecrationis Altarium Portatilium ».

55

Ordinarii vel Conferentia Episcopalis seligant materiam illuminationis liturgicae secundum regionis possibilitatem.

---

49) Cusien.
50) Lansingen.
51) Asculan Apul. et Ceriniolen.
52) Goritien.
53) Holaren.
54) Turuzitan.
55) Risinitan, Popayanen.

56

Concedatur maior libertas Episcopis in seligenda materia pro mantilibus liturgicis.

57

Possit Episcopus concedere usum antimensium.

58

Episcopis concedatur facultas conferendi Ordines extra tempora, sed diebus dominicis, festis duplicibus praecepti et festis suppressis.

59

Concedatur Episcopo facultas statuendi dies ordinationis quae pro dioecesi sunt favorabiliores.

60

Concedatur facultas conferendi ordines sacros etiam extra dies iure statutos.

61

Concedatur facultas ordinandi alumnos sacros in diebus particularibus iure communi prohibitis.

62

Concedatur Ordinarii facultas delegandi sacerdotes pro Confirmatione.

63

Optatur pro Ordinariis facultas delegandi potestatem conferendi confirmationem (Vicariis) substitutis parochorum pro pueris vel adultis in periculo mortis.

---

56) Risinitan.
57) Montisvidei, Cuschen.
58) Acheruntin.
59) Basileen et Luganen.
60) Livien.
61) Novarien.
62) Neocarthaginen, Barranquillen.
63) Montis Laurei.

64

Quoad Missas fundatas amplior sit reducendi facultas apud Ordinarium.

65

Episcopis auctoritas concedatur ad exstinctionem aut coniunctionem legatorum Missarum parvi valoris.

66

Facultas concedatur Episcopis reducendi onera Missarum – similis Tridentin. Syn. Sess. XXIV cap. IV.

67

Episcopis concedatur facultas concedendi indultum oratorii privati cum licentia celebrandi Missam et asservandi Sanctissimum.

68

Adhibitis debitis cautelis, concedatur Episcopis facultas uti oratoriis mobilibus, una cum privilegio SS. Sacramentum toto tempore conservandi.

69

Asservandi Eucharistiam in ecclesiis et oratoriis tali iure carentibus.

70

Ex iure concedere possint Episcopi asservationem Eucharistiae in Ecclesiis non paroecialibus.

71

Clare dicatur ius esse Episcopis servandi Eucharistiam in proprio sacello.

---

64) Pampilonen, Trallian in Asia, Meliten.
65) Philippopolitan in Arabia.
66) Ferentin.
67) B. M. V. Maris Stellae, Apollonien, Vindobonen, Maroneus, Macren, S. Hippolyti, Lincien, Metellopolitan.
68) Ogogiaen.
69) Livien.
70) Huajuapamen.
71) Tirasonen, Dalisanden in Isauria, S. Georgii Terrae Novae, S. Joannis Quebecen, Nepten.

72

Pro Episcopis optatur privilegium a iure concedendum servandi in proprio oratorio S. Eucharistiam.

73

Episcopis concedatur facultas concedendi ecclesiis, oratoriis publicis et semipublicis licentiam asservandi Ss. Eucharistiam.

74

Ordinarii locorum possint concedere, in singulis casibus, facultatem erigendi Viam Crucis cum omnibus indulgentiis.

75

Concedatur Ordinariis facultas « Viam Crucis erigendi » cum omnibus indulgentiis cumque potestate delegandi.

76

Episcopis tribuatur facultas erigendi etiam per delegatum Stationes Viae Crucis in omnibus ecclesiis.

77

Facultas erigendi Vias Crucis et concedendi determinatis ecclesiis lucrationem indulgentiae sic dictae « portiunculae » a iure Ordinario loci tribuenda est.

78

Episcopis concedatur facultas ordinaria benedicendi et ditandi indulgentiis Viam Crucis.

---

72) Acheruntin.
73) Acheruntin.
74) De Ponta Grossa, Popayanen, Neocarthaginen, Barranquillen, Montisvidei, Huajuapamen, Garzonen.
75) Lafayetten, Londonen, Great-Ormen, S. Mariae, Celerinen.
76) Barbastren, Tirasonen, S. Andreae et Edimburgen, Kildarien.
77) Misnen.
78) Treviren, Dagnen, Herbipolen.

79

Liceat Episcopis benedictionem papalem, de qua in can. 914 C. I. C., impertiri intra Missam Pontificalem, post Homiliam, quia populus, Missa absoluta, cito discedit.

80

Multiplicentur solemnitates in quibus liceat Episcopis benedictionem papalem impertiri.

81

Episcopis concedatur facultas Apostolicam Benedictionem impertiendi cum indulgentia plenaria quoties ipsi in proprio territorio solemni ac pontificali ritu sacrum peragunt.

82

Ordinarii locorum habeant amplam facultatem dispensandi subditos a Breviario partialiter aut totaliter, vel etiam commutandi cum aliis precibus.

83

Ex iure communi fas sit Episcopo dispensare ab officio divino, quia de adversa valetudine suorum sacerdotum melius certior esse potest Episcopus.

84

Episcopis tribuatur facultas a Breviarii recitatione dispensandi qui per 5 horas iter faciunt.

85

Episcopis tribuatur facultas dispensandi a Breviarii recitatione sacerdotes qui per 8 horas ministerio sacerdotali vacent.

---

79) Urbinaten.
80) Leopolien Latinorum.
81) Maseruen.
82) Holaren.
83) Mexican, Viten.
84) Jatahien.
85) Jatahien.

86

Pro Episcopis optatur privilegium a iure concedendum anticipandi post horam XII Matutinum cum Laudibus diei sequentis.

87

Facultas sit Episcopis leges condere circa ieiunium et abstinentiam.

88

Extendatur ad plures casus (festi nationalis, etc.) facultas dispensandi a lege ieiunii et abstinentiae.

89

Ordinariis locorum facultas tribuatur transferendi abstinentiam feriae sextae in aliam diem infra hebdomadam quoties animarum utilitas id postulet.

90

Privilegia canonica et omnes dispensationes a lege ieiunii et abstinentiae a S. Sede concessae publicentur tantum ab Ordinariis loci post autenticas notitias acceptas, ad confusionem et dubium evitandum apud fideles. (Publicatio in ephemeridibus vel per radiophonium valde incerta est).

91

Ampliores facultates concedantur Ordinariis cum potestate subdelegandi ut benedictiones ad indulgentias lucrandas in favorem fidelium fiant immediate concessae et non mediantibus variis Ordinibus religiosis.

92

Avocata potestate qua Ordines et Congregationes Religiosae gaudent in largiendis indulgentiis, in erigendis institutis ecclesia-

---

86) Acheruntin.
87) Hamiltonen, Kingstonien.
88) Aquen.
89) Hierosolymitan.
90) Cincinnaten, Duluthen, Tuscanien, S. Bonifacii.
91) S. Pauli de Minnesota, S. Clodoaldi.
92) Camulianen.

sticis, in benedicendis iis quae ad cultum pertinent, limitata adhuc his rebus potestas Episcoporum augeatur.

93

Liceat Episcopis benedicere Rosaria, Imagines et Crucifixos etc. signo tantum Crucis.

94

Episcopis concedatur facultas benedicendi in sua dioecesi unico signo crucis coronas, Cruces, crucifixos aliaque huius generis indulgentiis eadem ditando.

95

Possit Episcopus concedere potestatem benedicendi unico signo crucis coronas omnibus cum indulgentiis.

96

Facultas detur coronis rosarii indulgentias simplici signo crucis impertiendi ab Ordinario cum potestate delegandi suos sacerdotes.

97

Permittatur Episcopis residentialibus et titularibus facultas concedendi indulgentias et benedictiones usque nunc Ordinibus Religiosis reservatas.

98

Episcopis residentialibus concedatur facultas benedicendi Rosaria, Crucifixos, aliaque obiecta cultui fidelium destinata.

99

Permutetur can. 349 § 2 n. 2 ut sequitur: « concedendi indulgentias 7 annorum et 7 quadr. ».

---

93) Urbinaten.
94) Acheruntin.
95) Rhoinen.
96) Emelien.
97) Lafayetten, Gaspesien.
98) Leopolien Latinorum.
99) Lafayetten.

100

Episcopi concedere possint christifidelibus qui anulum Episcopi deosculantur indulgentiam ampliorem ac illam quae simplici piae invocationi adnectitur.

101

Episcopi subdelegare possint facultatem imponendi scapulare.

102

Tangendi vasa sacra ex parte monialium etc. quae facultates nunc singulis vicibus a Sancta Sede impetranda manent, concedatur.

15. De potestate episcoporum quoad religiosos

A) *De revisione privilegii exemptionis*

1

Instituatur revisio exemptionis religiosorum.

---

100) Maseruen.
101) S. Mariae, Celerinen.
102) Livien.
1) Vallen in Lucania, Neapolitan, Philippopolitan in Arabia, Pistorien, Fodian, Viglevanen, Germenen in Galatia, Faventin, Mutinen, Concordien, Caesarien in Mauretania, S. Severini-Treien, Thennesien, Brundusin, Neocastren, Gravinen et Montis Pelusii, Massan, Caven et Sarnen, Ferrarien, Lorymien, Pisan, Ferentin, Anglonen-Tursien, Perusin, Calaritan, Civitatis Castelli, Nuoren, Othieren, Comaclen, Faliscodunen, Pacten, Crotonen, Urbevetan, Medelitan, Neten, Sarsinaten, Fulginaten, Forosempronien, Brixien, Asculan in Piceno, Beneventan, Venetiarum, Cremen, S. Severi, Bovinen, Gallipolitan, Rossanen, Sipontin-Pinorelien, Valven et Sulmonen, Caesarien in Bithynia, Eugubin, Melphien, Tridentin, Ragusien, Vercellen, Thessalonicen, Messenien, Messanen, Rheginen, Nucerin Paganorum, Nicosien, Troian, Salernitan, Goritien, Philippen, Hadrianien in Hellesponto, Bononien, Andrien, Siten, Placentin, Parmen, Serren in Macedonia, Fidentin, Carpen, Regien in Aemilia, Vivarien, Monoecen, Nanceien et Tullen, Tolosan, Theudalen, Andegaven, Berolinen, Misnen, Zernen, Ibarren, Pastopolitan, S. Iosephi in Uraquaria, Lamen, Laodicen, Civitatis Reginae, Huelven, Zamoren, Vincen, Elphinen.

2

Illustretur religiosorum ac religiosarum relatio tum theologica, tum canonica, erga Episcopum et clerum dioecesanum.

3

Iura religiosorum clericorum in vita ecclesiastica utiliter considerentur.

4

Accuratissime stabiliantur relationes inter S. Hierarchiam et communitates religiosas, sive virorum, sive praesertim monialium ac sororum: quaenam sint iura Ordinariorum hanc circa rem, ne detrimentum afferatur religiosae observantiae.

5

Tractetur de relationibus inter religiones clericales et loci Ordinarium; utrum in quaestionibus dirimendis bonum dioeceseos, i. e. Ecclesiae, an Ordinis vel Congregationis praevalere oporteat.

6

Dentur principia et normae quoad relationem inter Episcopos et Ordines atque Congregationes religiosas, praesertim quod attinet ad participationem religiosorum ad apostolatum dioecesanum et Actionem Catholicam.

Praeclaras animadversiones ad rem facit Em.mus Card. Marianopolitanus, qui, innixus principiis theologicis atque iuris publici ecclesiastici normis, expostulat efficaciorem cooperationem religiosorum actioni apostolicae dioecesis, maiorem eorumdem unionem cum Episcopo, qui est caput, pastor, doctor atque pater Ecclesiae dioecesanae. Iuvat integrum perlegere textum litterarum ab Em.mo Card. Leger Commissioni Concilii transmissarum.

---

2) Hyderabaden.

3) Sup. Gen. Congr. «of the Atonement».

4) Sup. Gen. Congr. Missionis, Sup. Gen. Mission. a Consolata.

5) Bredan.

6) Londonen, Sherbrooken, Nicoletan, Marianopolitan, Campivallen, Cyrenen, S. Bonifacii, S. Ioannis Quebecen.

7

Optandum est ut relationes inter Ordinarium et Congregationes religiosas quoad opus apostolicum (v. g. scholae) attinet, strictius definiantur.

8

Religiosorum opera uti Tertii Ordines, Piae Uniones, Congregationes Mariales etc. coordinanda erunt cum apostolatu S. Hierarchiae.

9

Optatur dilucida determinatio iurium Ordinarii Episcopi erga domus religiosas tam virorum quam feminarum, tam de iure pontificio quam de iure dioecesano, tam exemptorum quam non exemptorum.

10

Consideretur utrum in materiis temporalibus religiosi exempti debeant plus restringi sub potestate locorum Ordinariorum.

11

Definiatur positio iuridica Conferentiarum nationalium et internationalium religiosorum, praesertim relate ad Episcopos.

12

Cum exemptio Ordinum Regularium aliquando obstare possit necessitati communiter et concorditer in vinea Domini adlaborandi Patres Concilii altissimum spiritum sacerdotalis et religiosae oboedientiae erga S. Pontificem invocent et exigant ut omnes clerici viribus unitis ad Regni Dei adventum promovendum sese impendant.

---

7) Cataquen.
8) Del. Ap. Africae Oriental. et Occid. Brittanicae.
9) Montis Laurei.
10) Manchesterien.
11) S. Pauli in Brasilia, Chalciden in Syria, Brian, Attuden, Lauzaden.
12) Portus Elizabethen, Adm. Ap. Exarch. Constantinopolitani.

13

Pressius definiatur relatio Episcoporum erga Religiosos exemptos: periculum enim est ne in oblivionem abeat iurisdictio ordinaria et immediata Summi Pontificis in singulos fideles ut necessitatibus partium Ecclesiae magis derelictarum atque evangelizandis terris infidelium, si usu incaute restringatur eadem exemptio, S. Sedes minus expedite providere possit.

14

Relationes inter Episcopum et religiosos viros et mulieres in dioecesi laborantes explicari poterunt ita ut tales religiosi auctoritatem Episcopi etiam in praxi recognoscant, sese considerantes ut Episcopi coadiutores et adiutores in omnibus quae salutem animarum respiciunt.

15

In multis dioecesibus oriuntur difficultates inter Episcopum et Congregationes (vel Ordines) Religiosorum vel Religiosarum, quae in territorio laborant, e. g. in paroeciis, in scholis, in domibus caritatis, etc., praesertim quando religiosi ad Congregationes (vel Ordines) clericorum pertinent. Sic habetur imperium in imperio. Quare valde desiderabile videtur, ut Concilium vias et regulas determinet, quibus religiosi, cum in aliqua dioecesi laborant, consulere Episcopum semper teneantur, in rebus scil. quae ad eorum opera pertinent quaeque ipsam eorum vitam religiosam minime reapse spectant, eodem modo ac sacerdotes cleri saecularis qui apud dioecesim semper manent.

16

Religiosorum exemptio prudenter reformetur, quia uti nunc est magis nocet quam iuvat eorum disciplina, praesertim in Religionibus quae « Provincialem » unoquoque triennio renovant, cum difficile sit iis cum vigore praeesse, a quibus votum mendicatur.

---

13) Sup. Gen. Soc. S. Francisci Salesii, Sup. Gen. Soc. Iesu.

14) Cairnen, Hobarten, Sorsogonen, Pergen.

15) Salien.

16) Cassanen.

17

Actuositas Religionum clericalium et multo magis Societatum laicalium utriusque sexus, videtur magis ordinanda et componenda, salvis utique iuribus vitae religiosae, in bonum paroeciae, ne huic desint vires ad vitam spiritualem fidelium alendam atque fovendam.

18

Negotia inter Episcopos et religiosos dirimenda non S. Congregationi Religiosorum sed potius S. C. Concilii tribuantur; aut melius novae Congregationi sicut olim S. Congregationi Episcoporum et Regularium.

19

Praecavenda videntur quaedam gravia incommoda exemptionis.

20

Religiosi ne constituant Ecclesiam in Ecclesia.

21

Controversiae inter Religiosos, Religiosas, Sodalitia et Confraternitates ex una parte et Episcopum dioecesanum ex altera, dirimendae sunt a S. C. Consistoriali et a Commissione S. R. E. Cardinalium ut in tuto ponatur respectus Hierarchiae debitus.

B) *De privilegio exemptionis servando*

1

Privilegium exemptionis Religiosorum ne immutetur, cum valeant rationes quibus S. Trid. Synodus ad concedendum permota fuit.

---

17) Sup. Gen. Soc. S. Francisci Salesii, Sup. Gen. Ord. Matris Dei.
18) Gaspesien.
19) Quebecen, Portus Gratiae-Granfallen.
20) Gibuten, Nepten.
21) Panormitan.
1) Sup. Gen. Soc. S. Francisci Salesii, Thignicen, Sup. Gen. T.O.R.

2

Exemptio est necessaria praesertim quia apta ad unitatem totius Ecclesiae fovendam tamen: *a*) Episcopo detur facultas visitandi omnes domos, invigilare administrationi, uti religiosis si id postulat animarum necessitudo, inspicere quae in religiosorum studentatibus explicantur, *approbare* tantum confessores religiosos. Insuper Religiosi vitae activae convenire deberent ad collationes de quibus in can. 131 et omnes monere Episcopum de facultatibus specialibus.

3

Ad plenius servandum in Ecclesia exercitium vitae contemplativae, retinendum videtur, saltem pro ordinibus ipsi contemplationi dicatis, privilegium exemptionis.

4

Opportunum est declarare monachos a vitae ratione propria, sc. intraclaustrali, detrahendos non esse, iuxta spiritum fundatorum eos vivere et opera eorum apostolica praecipue intra claustrum, salvis iustis exceptionibus, devolvi debere, Ecclesiae eos servire debere suo proprio modo, ad administrationem paroeciarum, excepta forsan in ecclesia monasterii existente, vocandos non esse, immo qui in paroeciis vel similibus officiis extra claustra data opera commorantur, discreta ratione, revocandos esse.

5

Clericales Congregationes iuris pontificii exemptae sint ab Ordinario loci.

6

Maxime inculcanda est cooperatio sincera regularium in adiutorium Episcoporum et parochorum et ad multimoda munera, quae cum cura animarum connectuntur, absolvenda. Attamen ne

---

2) Interamnen et Narnien.
3) Sup. Gen. Congr. Gall. O. S. B.
4) Sup. Gen. S. Ord. Cist.
5) Sup. Gen. Congr. Spiritus Sancti.
6) Sup. Gen. O. F. M.

religiosae vitae et disciplinae vigor extenuetur, videtur omnino necessarium ut exemptionis iura et privilegia adhuc vigentia in suo robore permaneant:

a) ad sartam tectamque custodiendam in domibus et in provinciis regularitatem vitae communis quae difficilius sustineri posset in casu contrario.

b) ad possibilem reddendam bonam institutionem iuniorum sodalium et adspirantium, iuxta indolem et spiritum uniuscuiusque Instituti.

c) Ne imminuantur contributa religiosorum ad scientiarum, praesertim sacrarum, profectum.

d) ut actuositas missionaria inter fideles et infideles, cui potissimum operam navant religiosi, florere pergat et augeatur.

7

Etiamsi maxime exoptatur intima collaboratio Ordinum cum hierarchia in re pastorali, defendenda est exemptio religiosorum in ipsum bonum curae pastoralis.

8

Urgeatur cooperatio inter utrumque clerum sed exemptio omnino retinenda est, sine ipsa enim non potest concipi vita religiosa.

C) *De privilegio exemptionis minuendo in favorem potestatis episcoporum*

1

Dogmatice et canonice enuncietur quaenam debeat intervenire relatio (subordinationis) inter Religiosos et hierarchiam ecclesiasticam.

2

Institutum exemptionis religiosorum radicitus reformandum est quia religiosi nati sunt in adiutorium non in impedimentum Sacrae

---

7) Abbas Primas O. S. B.
8) Taian.
1) Agennen.
2) Signin, Lucerin.

Hierarchiae. Competentia Superioris debet esse salva *tantum* in his quae spectant ad vitam mere religiosam et ad translationem subditorum.

3

Ordinarii auctoritas augeatur quod attinet ad Ordines vel Congregationes clericales etiam exemptas.

4

Religiosorum exemptio ad minimum reducatur et Episcopis maior potestas conferatur.

5

Exemptio non supprimatur sed mitigetur.

6

Exemptio religiosorum reducatur.

---

3) Sciiamchiamen, Dinajpuren, Ordinarii Indonesiae, Palaien, Tellicherrien, Goan.
4) Monopolitan, Muranen, Ecclesien.
5) Pimliamen.
6) Cucuten, Manizalen, Calien, Huachen, Succursen et S. Aegidii, Parnaiben, Judiciforen, Maris Platen, Camagueyen, Victorien Spiritus Sancti, Immac. Conceptionis B.M.V. in Olancho, Sonsonen, Civitatis Bolivaren, Mossoren, Armenien, Xapecoën, De El Petén, Tucumanen, Antequeren, Portus Maldonadi, S. Philippi, Tanitan, Altaven, Riopreten, Rivibamben, Caxien, Arassuahyen, Chillanen, Cochabamben, Colimen, Matagalpen, Iquiquen, S. Caroli Ancudiae, Yucatanen, Abziritan, Quiten, Osornen, Guadalajaren, S. Joannis a Missionibus, Risinitan, Antofagasten, Petropolitan, Metren, Curubitan, S. Isidori, Limonen, Alajuelen, Pudentianae, Achollitan, Trajanopolitan in Phrygia, S. Michaëlis, S. Vincentii, Jalapen, Granaten, S. Annae, Verapacen, S. Iacobi de Maria, Alten, S. Marci in Guatimala, Guatimalen, S. Salvatoris, S. Rosae de Copan, Viten, Mexican, Corduben in Argentina, Serenen, Copiapen, Phasan, Melen, Sanaven, Conchen, Zacapen, Tampicen, Zacatecen, Edenen in Oshroëne, Ancyran, Sebasten in Armenia, Ancusen, Nicomedien, Castabalen, Oxomen, Majoricen, Granaten, Vallisoletan, Auren, Vicen, Hispalen, Caurien-Castrorum Conciliorum, Legionen, Synnaden in Phrygia, Jacen, Valentin, Giennen, Caesaraugustan, Oveten, Cercinitan, Orthosien in Phoenicia, Dalisanden in Isauria, Barcino-

7

Facultates Ordinum exemptorum minuantur.

8

Exemptio religiosorum reducatur et coordinatio statuatur ad mentem Pii XII (Cfr. Congressus Internationalis Religiosorum, 8/XII/1950 in « Documentation Catholique » 1950, p. 1671).

9

Ad maiorem cum activitatibus cleri saecularis concordiam efficiendam, exemptio Ordinum religiosorum aliquatenus coarctetur. Tum clerus saecularis tum religiosus Ordinarii loci decretis, pro bono communi editis, subsint. Cum non raro Congregationes religiosae Ordinesque amborum sexuum rebus peculiaribus satis abundant, libenter taxam ad sustendanda opera apostolatus et seminaria accipiunt.

10

Limitetur exemptionis Religiosorum privilegium, ita ut illi praestent spirituale ministerium dioecesibus, prout Ordinarii postulant secundum exigentias populi christiani.

---

nen, Tarraconen, Dausaren, Tuden, Erythrae, Malacitan, Flaviobrigen, Toletan, Clunien, Civitaten, Albasiten, Burgen, Placentin in Hispania, Dromoren, Aveiren, Plocen, Letopolitan, Kielcen, Sinianden, Leucaden, Vatarben, Eudociaten, Ordinarii ex Anglia, Beograden, Sibenicen, Mandetrien, Flavien, Scopien, Philippopolitan in Thracia, Spalaten et Macarscen, Jadren, Isinden, Ultraiecten, Leopolien Latinorum, Jotan, Polyboten, Centurien, Thuggen, Trocmadian, Sandomirien, Czestochovien, Tanagraeus, Helenopolitan in Bithynia, Premislien Latinorum, Panopolitan, Daonien.

7) Oruren.

8) Posaden.

9) Pergen, Agathonician.

10) Panormitan, Nolan, Acheruntin, Neritonen, Nursin, Papien, Cremonen, Tiberien, Reatin, Calven et Theanen, Caronen, Clodien, Terracinen, Privernen, Setin, Marsorum, Aesin, Mantuan, Hierapolitan in Syria, Ilcinen, Iconien, Dianen, Nocerin et Todinen, Balneoregien, Tricaricen, Aquinaten Soran Pontiscurvi, Adrien, Boianen-Campobassen, Assisien, Dre-

11

Modificentur et limitentur facultates religiosorum ita ut sint magis sub Ordinario et minus exempti.

12

Exemptio ad paucos solum stricteque determinatos ordines et congregationes restringenda est.

13

Ita coordinetur Religiosorum disciplina ut in unaquaque dioecesi, salva canonica exemptione, maiori elasticitate polleat unus sacerdotalis ordo.

14

Sacerdotum religiosorum actio apostolica voluntati Episcopi subiiciatur.

15

Maior coordinatio apostolatus religiosorum sub auctoritate Episcoporum desideratur.

---

panen, Platien, Pergamen, Lancianen Ortonen, Baren, Cariaten, Pinnen-Piscarien, Catacen et Squillacen, Liburnen, Apuanien, Arboren, Brixien, Auximan et Cingulan, Mazarien, Eutymen, Soanen-Pitilianen, Caietan, Ariminen, Ptolemaiden in Lybia, Savonen, Comen, Montis Alti et Ripan, Biturgen.

11) S. Pauli de Minnesota, Harrisburgen, Kansanopolitan - S. Iosephi, Helenen, Marquetten, Spokanen, S. Georgii-Terrae Novae, Portus Gratiae-Granfallen.

12) Siedlcen.

13) Isclan.

14) Bisuntin.

15) Caracen, Platen, Tanaitan, Mexican, Viten, Thibicen, Angelorum, S. Pauli in Brasilia, Chalciden in Syria, Brian, Attuden, Lauzaden, S. Ioannis a Missionibus, Guadalajaren, Osornen, Salten in Uruguay, Lappen, S. Caroli Ancudiae, Matagalpen, Capitis Haitiani, Cochabamben, Zipaquiren, Monterreyen, Chillanen, Prusien, Rivibamben, Rivi Nigri, Riopreten, Altaven, Tanitan, S. Philippi, Portus Maldonadi, Antequeren, Tucumanen, De El Petén, Xapecoën, Armenien, Mossoren, Maturinen, Campi Grandis, Imae Telluris et Pointapitren, Civitatis Bolivaren, Sonsonen, Macapen, Civitatis Juarezen, Nazaren in Brasilia, Huarien, Belemen de Parà, Pereiran, S. Mariae, Cele-

16

Religiosorum ab Episcopis dependentia non ita intelligenda, ut impediat Congregationes et Instituta saecularia quominus actionem suam ad plures dioeceses extendant, ubi influxus eorum sit necessarius.

17

Vel omnia media movenda sunt ut clerus saecularis numero augeatur non deficiente eius praestantia doctrinali et morali, vel systema administrativum Ecclesiae mutandum erit, ita ut principales partes in regimine dioeceseon et in provisione paroeciarum religiosis tradantur.

18

Necessaria sit Ordinarii loci iurisdictio pro religiosis ad exercendos ordines, etiam in suis ecclesiis.

19

Maior iurisdictio circa clausuram papalem religiosorum concedatur Episcopis.

20

In ordinatione Religiosi promittant oboedientiam etiam Ordinario loci.

21

Incongruum videtur ut votum oboedientiae religiosos eximat ab oboedientia Episcopis qua omnes catholici tenentur.

---

rinen, Culiacanen, Margen, S. Salvatoris in Brasilia, Auratopolitan, Victorien de Conquista, Ancusen, Tarsen, Caesarien Philippi, Varsavien et Gnesnen, Driziparen, Ruremonden, Roterodamen, Groningen, Brugen, Namurcen, Rhodien, Athenien, Huelven, Majoricen, Dardan, Tuamen, Laonien, Ilerden, Abulen, Miletopolitan, Celsonen, Seguntin, Segobricen, Dystien, Pampilonen, Oriolen, Santanderien, Victorien, Almerien, Darnitan, Galvien et Duacen, Corcagien et Rossen, Armachan.

16) Tarbien et Lapurden.
17) Scopien.
18) Brigantien.
19) S. Pauli in Brasilia, Chalciden in Syria, Brian, Attuden, Lauzaden.
20) Brigantien.
21) Majoricen, Mitylenen.

22

Immittantur religiosi et religiosae in vitam pastoralem totius Ecclesiae per exemptionis suppressionem in quantum hoc necessarium evadat.

23

Episcoporum potestas advocandi religiosos ad curam animarum augeatur.

24

Concedatur Ordinariis ius cogendi religiosos ad apostolatum, audito Superiore et salvo recursu ad S. Sedem.

25

Praelatorum ius semper praevaleat, salva Superiorum Religiosorum facultate recurrendi ad Apostolicam Sedem.

26

Provideatur legibus, quomodo religiosi Ordinarios locorum adiuvent in cura animarum.

27

Iura Episcoporum extendantur relate ad Ordines, Congregationes, Instituta saecularia, quae curam animarum vel opera caritatis in respectivis dioecesibus exercent.

28

Episcopi, praesertim in iis quae ad curam pertinent animarum, magis influere possint in dispositiones Superiorum maiorum vel hi saltem teneantur audire Episcoporum vota.

---

22) Portalegren.
23) Basileen et Luganen.
24) Rabaten.
25) Poglen.
26) Paderbornen, Vindobonen, Maroneus, Macren, S. Hippolyti, Lincien, Metellopolitan, Cartennitan.
27) Monasterien, Calydonien.
28) Salisburgen.

29

Ampliores facultates Episcopis concedantur ad sublationem vel commutationem domorum religiosorum, v. g. non impletis condicionibus vel mandatis aut ex essentialibus curae animarum necessitatibus.

30

Religiosi in cura animarum operantes ab Episcopis dioecesanis dependeant eorumque mandatis obtemperent.

31

Intensior sit religiosorum participatio apostolatui. Ordines praeparent etiam quosdam religiosos ad activitates apostolatus in paroeciis ruralibus (praedicare, administrare sacramenta, etc.) et sumant paroeciarum curam ab Episcopis illis commissam.

32

Episcopis facultates tribuantur munera committendi sacerdotibus religiosis etiam monachis.

33

Firmiter determinetur religiosos ab unica auctoritate dioecesana in ministerio pastorali et in actione apostolica pendere.

34

Definiatur religiosorum et religiosarum participatio ad activitates pastorales dioecesis.

35

Cum in sua dioecesi Episcopus sit dux et caput apostolatus, meliori in luce ponantur et vinculum et immunitas potestatis episcopalis quoad Ordines Religiosorum exemptorum.

---

29) Aquisgranen, Treviren, Dagnen.
30) Thuburnicen, Calydonien, Secovien.
31) Docleen, Dorylaën.
32) Pictavien.
33) Burdigalen.
34) Constantien, Tarbien et Lapurden, Albien, Avenionen.
35) Insulen.

36

Episcopus *ius* habeat petendi a Superiore domus clericalis in dioecesi existentis, ut unus (et alter in domibus ubi plures sunt) religiosus, talis manendo, applicetur totus in servitium dioeceseos, dum necessitas et utilitas exigit: hoc fit hodie plus minusve in Missionibus;

Concilium ponat fixos limites in acquisitione, possessione, usu divitiarum penes religiosos et religiosas; simplicitas in omnibus: in domibus, vestibus, mediis itinerum, supellectili etc.

Paupertas effectiva in iis qui et quae votum voverunt, apparere debet et revera adesse;

scandalum magnum quod domus religiosarum et religiosorum aliquando immoderatis commodis abundent, et dioeceses careant mediis pro operibus ad iuvenum educationem, ad charitatem fovendam, ad Seminaria, actionem catholicam, proelum catholicum, novas paroecias et alia similia opera fovenda ad bonum fidelium; Ecclesia potest summo iure, haec bona exigere et distribuere, vel taxas imponere aut quid simile pro animarum bono.

37

Religiosi, si collegia habent in principalibus civitatibus, tres aut plures sacerdotes dent Episcopo pro dissitis paroeciis sine parocho.

38

Religiosi ab Episcopo sacerdotium accipiunt, Episcopo pareant sicut in Missionibus. Episcopus autem assumat Religiosos etiam in Curia, ut fit Romae. Hoc modo dualismus vitetur.

39

Imponatur religiosis utriusque sexus, secundum regulas eorum Institutorum, labor apostolicus in regionibus in quibus sacerdotes desunt.

---

36) Civitatis Castellanae Hortan et Gallesin.

37) Guaranen, Sanaven, Civitatis Juarezen.

38) Esmeralden.

39) Armachan, Baren in Pisidia.

40

Reformetur can. 608 ita ut, rogante Episcopo, religiosi teneantur adire paroecias ad fidelium confessiones audiendas, etc.

41

Extra claustra magis ac magis religiosi Episcopis subiciantur; templa publica etiam si Religiosi non habeant animarum curam in omnibus pendeant a lege dioecesana.

42

In ministeriis erga non exemptos religiosi omni privilegio careant.

43

Facultas qua religiosi possunt constituere determinatas associationes religiosas debet vel aboleri vel ordinari ita ut iurisdictio Ordinarii integra et efficax maneat.

44

Ita reformetur can. 617 § 1 « Si in regularium aliorumve religiosorum domibus eorumque ecclesiis abusus irrepserint, et Superior monitus providere neglexerit Ordinarius loci tenetur rem ad Sedem Apostolicam deferre. In casibus vero urgentioribus aut si recursus ad S. Sedem difficilis sit, statim ipse providere debet salvo iure recurrendi ad S. Sedem, ast in devolutivo tantum ».

45

Privilegio exemptionis religiosorum integro manente, administratio ecclesiastica in paroeciis et missionibus exemptis religiosis concreditis simplicior et clarior reddatur pro bono pacis fidelium, religiosorum et Ordinariorum.

---

40) Matriten.
41) Maceraten et Tolentin.
42) Tirasonen.
43) Burgen.
44) Trocmadian, Jotan.
45) Sophenen.

46

Videtur ius vigilantiae Episcoporum melius et efficacius exerceri si, in *Relatione Quinquennali,* Ordinarii non solum notant nomina Congregationum ac numerum professorum et novitiorum, sed etiam accuratim et singillatim significent Institutorum Religiosorum, in dioecesi peragentium, modum sese gerendi in re apostolica et pastorali, in moribus publicis, in concionibus, conferentiis, scriptis et periodicis.

47

Dependentia exemptorum religiosorum ab Episcopo, rei pastoralis duce, ad apostolatum quod spectat et prout animarum cura exigit, nullo modo nocet venerationi quam Episcopi fovere debent erga eorum religiosam vitam, propriam spiritualitatem et relationes, quas cum Superioribus suis habent. Constituti in Gallia congressus inter Episcopos et provinciales Superiores maiorum Ordinum valde animos paraverunt ad practice hanc doctrinam exercendam.

48

Foederationes religiosorum cum actuali gradu exemptionis sunt periculosae; decisiones conferentiarum episcopalium nationalium istae foederationes forsan non servabunt.

49

Cur sunt hodie in Ecclesia Instituta, quae nolunt Episcopis ostendere proprias constitutiones?

50

Episcopi de constitutione Institutorum saecularium rite edoceantur ne quasi furto operam navent.

---

46) Burdigalen.
47) Cameracen.
48) Sionen, Dardan.
49) Nepten.
50) Namurcen.

51

In aliquibus paroeciis Religiosi inutiles sunt immo et damnosi; in his casibus Ecclesia deberet tales domus religiosas claudere et religiosos mittere in terras missionis vel clero egentes.

52

Amplificetur potestas Episcoporum visitandi et dirigendi Congregationes religiosas etiam iuris pontificii, praesertim laicales.

53

Augeatur potestas Episcoporum in vigilantia super Congregationes et communitates, quae iuris episcopalis sunt.

54

Exemptio Religiosorum reducatur etiam relate ad nominationem superiorum.

55

In domibus religiosis, nullis exceptis, comitiis eligendi Superiores minores vel maiores praesit Ordinarius loci aut eius delegatus cum duobus sacerdotibus dioecesanis scrutatoribus.

56

Auctoritas Episcopi uti Apostolorum successoris limitaturne auctoritate superioris maioris societatis religiosae cui adscribitur?

57

In causis inter Superiores Generales et Episcopos pertractandis efficaciorem Episcopis auctoritatem concredere oportet.

---

51) Tuamen, Majoricen.
52) Panopolitan, Helenopolitan in Bithynia, Tanagraeus, Namurcen, Luxemburgen, Jadren, Flavien, Sibenicen, Pharen, Hadrumetin.
53) Augustan.
54) Phasan.
55) Desmoinen.
56) Mombasaën et Zanzibaren.
57) Curityben.

58

Nisi censura ab Ordinario loci facienda praecesserit, ne edantur etiam a religiosis, nullis exceptis, nuntia in actis diurnis, etiam catholicis, ad stipendia Missarum cogenda.

59

Religiosi licentiam Ordinarii requirant ad stipem sollicitandam etiam per modum litterarum (uti vulgo dicunt: «by mail») idemque pro venditione a religiosis rerum religiosarum («religious articles»).

60

Nulli Congregationi vel Ordini religiosorum eleemosynas colligere liceat, nisi aut Status permittat aut necessitas postulet, et Ordinarii consensus accedat ac servetur forma ab eodem praescripta, non obstantibus privilegiis quibuscumque contrariis.

Requiratur permissio Ordinarii loci pro omnibus religionibus clericalibus ad habendam ecclesiam vel oratorium publicum etc. (can. 497 par. 2).

Religiosus, renuntiatus Cardinalis aut Episcopus sive residentialis sive titularis aut etiam parochus vel vicarius, maneat etc. (can. 627 par. 1).

Eximatur tamen a potestate Superiorum et, vi voti oboedientiae, Romano Pontifici vel Ordinario loci, si sit parochus vel vicarius, maneat obnoxius (Can. 627 par. 2. Haec mutatio can. 627 secumfert modificationem can. 629, 630 et 631).

61

Facultates ampliores concedere decet ut Ordinarii locorum valeant ipsi concedere dispensationes pro religiosis quas S. C. de Religiosis libentissime dare solet.

---

58) Desmoinen.
59) Lafayetten.
60) Asponitan.
61) S. Andreae et Edimburgen, Geneven et Friburgen.

62

Ordinarii habeant facultatem dispensandi vota religiosorum in casibus urgentioribus, salvo recursu in suspensivo ad S. Congregationem Religiosorum.

63

Facultas sit Episcopis nominandi confessarios religiosorum et religiosarum ad quinquennium.

64

Nullus Episcopus religiosos dimissos e sua religione in clerum saecularem admittat sine S. Sedis permissione.

D) *De Privilegio Exemptionis ad vitam internam reducendo*

1

Exemptio religiosorum valeat tantum pro vita interna singularum Congregationum.

2

Inter septa omnino exemptio defendenda est ita ut religiosi frui possint unitate in extensione et rationalitate in multitudine; ea omnia extra septa et circa curam fidelium sub ductu Episcoporum esse deberent.

3

Privilegium exemptionis valeat tantum intra saepes domorum.

4

Religiosorum exemptio ad septa monasterii constringatur.

5

Exemptio religiosorum reducatur ad res mere internas.

---

62) Medellen.
63) Portus Gratiae-Granfallen.
64) De El Oro.
1) Beiren, Balecien, Guluen, Capitis Viridis, D. Ap. in Africa Australi, Inter. Ap. in Iran.
2) Januen, Vicentin, Mediolanen.
3) Tarbien et Lapurden.
4) Tirasonen, Daren.
5) 'Carcassonen.

6

Religiosi etiam exempti stricte teneantur catechesim pueris tradere; privilegium exemptionis Religiosorum ad minimum reducatur, ita ut adhiberi possint sive pro adsistentia infirmorum, sive pro sacra praedicatione, ad nutum Ordinarii, firmo privilegio exemptionis circa vitam communem et statuta communitatis.

7

Religiosorum ac Religiosarum cooperatio ad catecheticam puerorum institutionem obligatoria sit.

8

Reducatur exemptio Religiosorum quoad administrationem beneficiorum in dioecesi.

9

Augeatur praesertim apud Religiosos competentia Episcopi, etiam quoad temporalia.

10

Ratio quotannis Ordinario loci reddatur etiam a Superiore de quo in can. 630 § 4 super administratione eleemosynarum pro Ecclesia aedificanda vel exornanda.

11

Agatur de iure Ordinarii loci tributum imponendi ecclesiis etiam Religiosorum quovis modo exemptorum in favorem sacerdotum aegrotorum vel emeritorum.

12

Ordinarii, quin Religiosorum actis administrativis directe interveniant, tempestive praemoneantur de praecipuis Religiosorum rebus agendis ad quamdam mutuam conspirationem et operam.

---

6) Clavaren, Papien.
7) Birthen.
8) Tampicen.
9) Spiren, Treviren, Dagnen, Secovien.
10) Thuggen.
11) Thuggen.
12) Segusien, Papien.

E) *De privilegio exemptionis abolendo*

1

Exemptio Religiosorum aboleatur sic et simpliciter.

2

Sic et simpliciter aboleatur exemptionis privilegium Religiosorum quoad munus pastorale.

3

Religiosorum exemptio vel abrogetur vel in suis privilegiis suspendatur ubi et quando Religiosi in paroeciis, in missionibus et in aliis muneribus, ipsis ab Episcopis concreditis, laborant.

4

Exemptio Religiosorum laicalium omnino aboleatur; exemptio vero Religiosorum clericalium ita temperetur, ut illorum ab Ordinario in operibus ministerii exercendis dependentia magis explicite determinetur.

5

Abolenda vel cogenda est exemptio Religiosorum in ministerio pastorali externo ita ut subditi sint singulis parochis in quorum territorio vivunt.

F) *De privilegio exemptionis in Missionibus*

1*

Relationes inter Ordinarios locorum et Superiores Religiosos in terris Missionum reformatione indigent.

---

1) Uxentin.
2) Montis Regalis, Feretran, Cuneen, Syracusan, Firman, Patavin, Lycien, Thelesin, Tergestin, Arianien, Tarquinien et Centumcellarum.
3) Sciiamenen.
4) Sydneyen.
5) Amerin.
1*) Magnesien ad Meandrum, Thinisen in Numidia, Onitshaën, Tripolitan, Meruen, Nyundoen, Del. Ap. Africae Orient. et Occid. Brittanicae.

2

Melius determinentur Episcoporum iura relate ad Congregationes quibus Missiones demandatae sunt. Instructio (8.1.1929) S. Congregationis de Propaganda Fide lacunis non caret, nonnulli Superiores Religiosorum Maiores censere videntur Episcopos prius sibi deinde S. Sedi subiectos esse.

3

In missionibus concreditis unicae Congregationi duplex auctoritas ecclesiastica nempe ac regularis ab una eademque persona exercenda est.

4

In praxi Superiores Maiores Congregationum Missionariorum etiam nunc facultatibus praediti sunt, quibus auctoritas Ordinarii in administratione suae dioeceseos valde impeditur. Ita missionarios revocare possunt « ad nutum » Ordinario nullimode consulto nullisque eidem datis rationibus. Oportet ut Superiores Maiores cum Ordinariis loci pactum ineant quo durante missionarii alicui dioecesi adscripti revocari nequeant nisi ex gravi causa et consensu Ordinarii.

5

Ius mittendi Religiosos ad exercitia spiritualia tradenda extra Missionem pertinet ad Episcopum vel ad Superiorem?

6

Quis iudicat de vacationibus missionariorum, Episcopus vel Superior religiosus?

7

Non superfluum esset denuo studere quaestioni duplicis auctoritatis (religiosae et ecclesiasticae), quae interdum magnarum difficultatum causa est pro Vicario Apostolico.

---

2) Nairobien, Mvanzaën.
3) Tingitan.
4) Mbararaën.
5) Nairobien.
6) Nairobien.
7) Menelaiten.

8

In missionibus una eademque persona sit et Praefectus Apostolicus et Superior Religiosus.

9

Praxis concredendi paroecias familiae religiosae non est valde commendabilis. Hoc systema est saepe causa discordiarum et non parvi detrimenti pro Ecclesia in missionum terris.

10

In Missionum terris Ordines et Congregationes Religiosae ne acquirant Instituta, quae necessitatibus fidelium territorii prospiciunt, tamquam res proprias.

Pro colligendis vero stipibus necessariis pro operibus Congregationis res immobiles adquirant, quae reditus afferant.

11

In Praelaturis nullius, ubi non adest clerus saecularis, minuatur dependentia Praelati, moralis saltem, a Superioribus Religiosis.

G) *De Episcoporum iure in Religiosorum Domus, Collegia et Seminaria*

1

Domus Religiosorum inspectioni Episcoporum subiciantur.

2

Religiosorum collegia (exclusis tamen seminariis) necnon opera ab ipsis Religiosis exercita subsint inspectioni Ordinarii loci.

3

Ordinarius loci per se vel per alium quinto quoque anno visitare debeat singulas domos religiosorum, nullis exemptis, non solum in

---

8) S. Michaëlis de Sucumbios.
9) Jaffnen.
10) Jaffnen.
11) Chapaden, Caxien.

1) Papien, S. Marci et Bisinianen.
2) Tarvisin.
3) Desmoinen.

iis quae pertinent ad ecclesiam, sacrarium, sed etiam in aliis quae ad internam disciplinam spectant.

4

Episcopis demandetur vigilantia in instituta etiam regularium ad praeparationem futurorum sacerdotum.

5

Praescripta can. 1357 § 2 et § 3 de visitatione seminariorum ad omnes religiosos extendantur.

6

Clarificatio desideratur circa obligationem Ordinarii, quod attinnet ad scholas seu collegia quae alumnis Religiosorum educandis destinata sunt.

7

Videtur necessarium affirmare quod Episcopi omnes habent intentionem fundatam in iure respectu Religiosorum quoad omnia quae expresse non continentur in exemptione; ergo si collegia Religiosorum sunt collegia Ecclesiae, ad norman can. 1375 non subducuntur a visitatione Episcoporum.

8

Religiosorum alumni per annum pastorali studio vacare debent sub Ordinarii loci ductu, quia in posterum ministerium pastorale sub Episcopi auctoritate exercere debent.

9

Saltem in Hispania episcopalis commissio pro educatione nequit efficaci interventione et libertate gaudere ad abusus coercendos qui saepe lamentabili conditione, in collegiis Religiosorum prodierunt.

---

4) Fesulan.
5) Thuggen.
6) Salopien, Plymuthen, Leopolien Latinorum.
7) Sionen, Aurien, Barbastren.
8) Nazaren in Brasilia.
9) Huelven.

10

Introducatur obligatio intimandi Curiis dioecesanis omnes ordinationes superiorum maiorum Religiosorum quae domibus in dioecesi existentibus mittuntur.

11

Religiosorum instituta nova, quorum pullulatio et multiplicatio dispersionem virium et idearum confusionem non raro provocat, prohibeantur.

12

Religiosorum exemptio reducatur quoad scholas, collegia, Universitates a Religiosis recta.

13

Maior potestas concedatur Episcopis in Seminariis maioribus Ordinibus Religiosorum concreditis.

14

Ne obligetur Ordinarius loci mittere ad superiores Religiosos litteras testimoniales pro iis qui ad vitam religiosam aspirant, ratione tantum originis, quin in dioecesi sex mensibus, post completum decimum quartum annum, vixerint.

15

Videtur necessarius esse consensus Ordinarii, in scriptis datus, pro omnibus et singulis ecclesiis et oratoriis publicis aedificandis, etiam domibus religiosorum pertinentibus.

H) *De Iure Episcopi in Congregationes Religiosarum*

1

Reformentur Regulae congregationum religiosarum mulierum ut directioni et iurisdictioni Ordinarii loci magis obstrictae sint.

---

10) Trocmadian, Jotan.
11) Livien.
12) Melen, Antequeren.
13) Caesarien in Bithynia.
14) Rhoinen.
15) Pergen.
1) Hartfortien.

2

Instituta religiosa sororum maxime indigent subiectione ab Episcopo dioecesano.

3

Iurisdictio Ordinariorum quoad Religiosarum Congregationum opera magis directiva sit.

4

Ius maiorem tribuat auctoritatem loci Ordinario in externo regimine monialium, ubi praesertim visitatio canonica raro vel numquam fit.

5

Bonum Congregationum Religiosarum quae iuris pontificii sunt, vigilantiam et maiorem Ordinarii loci auctoritatem exigit.

6

Super Praesides Confederationum Monialium nuper constitutarum latius iurisdictio Episcoporum sanciatur.

7

In unaquaque natione Episcoporum coetui ius sit determinare et mutare monialium regulas quae contra loci consuetudines vel leges higienicas videntur.

8

Religiosas quod attinet, nulla admittatur exemptio, salvis earum Constitutionibus.

9

Nonnumquam Ordinarii locorum in Instituta dioecesana, speciatim feminea, ita dominantur quasi ista imprimis sint in manibus

---

2) Lydenburgen, Balecien.
3) Hyderabaden, Changanacheren, Macaonen.
4) Jesseltonen.
5) Nazaren in Brasilia, Huancayen.
6) Senogallien.
7) Kyoten.
8) Panormitan.
9) Sup. Gen. Congr. SS. Redempt.

eorum instrumenta facilis operositatis; quin satis attendantur ad exigentias status perfectionis, ad disciplinam regularem et animi recollectionem.

10

Ampliores facultates concedantur Episcopis pro religiosarum saecularizatione et dispensatione a votis.

11

Auctoritas Episcoporum residentialium augeatur respectu clausurae monialium.

12

Licentia dispensandi quoad clausuram mulierum religiosarum Ordinariis locorum extendatur.

13

Episcopus dare possit veniam sanctimonialibus egrediendi e monasterio: *a*) ad sanitatem in valetudinario curandum; *b*) ut a medico, radiorum "X„ ope, inspiciantur; *c*) ut medico dentium vel oculario aliisque curentur; *d*) ut aegrotam comitentur.

14

Ordinarii locorum praediti sint facultatibus permittendi breves monialium exitus e clausura iis in adiunctis quae in instructione « Inter caetera » memorantur.

15

Ordinarii locorum maiorem auctoritatem nencnon iurisdictionem teneant in concedendis dispensationibus a votis Religiosarum simplicibus, etiam ab illis votis iuris pontificalis.

---

10) S. Mariae, Celerinen.
11) Assisien.
12) Vindobonen, Maroneus, Macren, Lincien, Metellopolitan.
13) Barbastren, Westmonasterien, Hagulstaden et Novocastren.
14) Citharizen.
15) Cincinnaten.

16

Augeantur facultates Episcoporum quoad Congregationes iuris dioecesani: nempe Episcopus possit dispensare Sorores Religiosas a votis simplicibus perpetuis; licentia Ordinarii loci sufficiat in alienandis bonis vel contrahendis debitis et obligationibus, etsi eorum valor superet summam decem millium libellarum.

17

Concedatur Episcopis facultas dispensandi religiosas mulieres in Institutis iuris dioecesani a votis temporariis; earum novitiatum transferendi.

I) *De Paroeciis Religiosis concreditis*

1

Melius definire oportet relationes inter parochos et religiosos.

2

Activitas in ecclesiis non paroecialibus etiam religiosorum melius componenda cum activitate paroeciae.

3

Paroecia sit *centrum* totius actionis pastoralis, quatenus nulla actio pastoralis ignorare debeat paroeciam, ne regularium quidem.

4

Omnes Ecclesiae ab Ordinario loci dependeant, ordo functionum approbetur a parocho et in casu conflictus ab Episcopo.

5

Modo accuratiore definienda est natura paroeciarum, quae regularibus committuntur, exclusa unione pleno iure.

---

16) Rottenburgen.
17) Novarien.
1) Riohachaën, Laetitiae, Nuntius Ap. in Haiti.
2) Tarvisin.
3) Baren, Catacen et Squillacen.
4) Caesenaten.
5) Goritien.

6

Semper ad tempus paroeciae Religiosis sint concreditae.

7

Opportunum videtur paroecias non amplius concedendas esse Religiosis sub illa conditione quae « ad nutum S. Sedis » vocari solet; ad protegenda Religiosorum iura, qua parochi, statuta C. I. C. sufficientia sunt.

8

In paroeciis domui religiosae adnexis, parochus sit etiam istius domus Superior.

9

Omnes paroeciae sint dioecesanae et tantum concedantur Religiosis cum clerus dioecesanus sufficiens non habeatur.

10

In locis ubi paroeciae magnae sunt, assumantur, si adsint ecclesiae Religiosorum ad illud munus, ut bonum animarum postulat.

11

Collegia, nisi circumstantiae aliud suadeant, alumnos ad ecclesiam paroecialem mittere teneantur.

12

In Religiosorum ecclesiis quae paroeciales non sint solummodo sodales tertii ordinis de iure assistere valeant ad Missam.

13

Sodales sodalicii quod in ecclesia paroeciali non existat ad collationes tantummodo non autem ad Missam convocandi sunt.

---

6) Sanaven, De El Oro, Azulen.
7) Sidetan.
8) Anconitan.
9) S. Fidei in Argentina, Mexican, Viten.
10) De Sahara Hispanico et Ifni.
11) Palmen.
12) Palmen.
13) Palmen.

14

Omnes Adsociationum ac Piarum Unionum sodales eo ipso quod ad aliquam paroeciam pertinent in ea se inscribere debent cum ad eam transeunt.

15

Si Religiosi sint parochi, vicarii coadiutores, clarus non est gradus exemptionis secundum codicem vigentem.

16

Religiosi parochi et ecclesiarum rectores magis a locorum Ordinarii iurisdictione pendere debuerint.

17

Abolere paroecias exemptas et religiosi pastorali ministerio incumbant ad libitum Episcoporum.

18

Sic relationes inter saecularem clerum et religiosum definiantur ut, privilegio exemptionis servato, Religiosi obligari possint ad regimen paroeciarum assumendum.

19

Ordinarii praediti esse deberent auctoritate circumscribendi numerum sacerdotum in paroeciis curae Religiosorum etiam exemptorum concreditis, laborantium.

20

Parochi et vicarii actuales in paroeciis Religiosis concreditis nequeant amoveri dissentiente Episcopo.

---

14) Palmen.
15) Aelaniticus.
16) Hadrianopolitan in Haemimonto, S. Mariae, Celerinen.
17) Materanen.
18) Campanien.
19) Caesarianen.
20) Arassuahyen, Goianien.

21

Qui curam habent animarum nequeant accipi vel transferri sine consensu Ordinarii.

22

Omnes Religiosorum ecclesiae aut paroeciales reddantur, nempe cum suis territoriis, beneficiis, iuribus et officiis; aut, istae ecclesiae, opportunis dispositionibus, curae paroecialis vere participes fiant, ita ut omnes Religiosi, qui ecclesias istas officiant, vicarii paroeciales de iure declarentur et sint, sub plena dependentia Ordinarii quoad munera pastoralia firma manente oboedientia propriis superioribus quoad religiosam vitam.

23

Ecclesiae Religiosorum, in magnis civitatibus et simul intra limites magnae paroeciae existentes, convertantur in ecclesias paroeciales, sub regimine et administratione religiosa et ad normam iuris.

24

Superior religiosus nequeat removere nimia facilitate parochum suae Religioni addictum. Auctoritas Episcopi praevaleat voluntati Superioris religiosi, adeo ut voluntas Episcopi semper praevaleat etiam in removendo parochum religiosum.

25

Ne concedantur religiosis paroeciae « ad nutum S. Sedis »; sufficiat pro religiosis parochis ius commune.

26

Religiosorum facultates relate ad paroecias « pleno iure » restringantur.

---

21) Tyanen.
22) Calatayeronen.
23) Jaren.
24) Nepesin et Sutrin.
25) Sidetan.
26) Maris Platen.

27

Ordinarius ius habeat exigendi a Religiosis in animarum cura plenam relationem administrationis bonorum paroecianorum visitationemque peragendi in scholis iis addictis.

28

Superior religiosus candidatum proponens pro gubernatione paroeciae Episcopo significet curriculum vitae candidati... secus Episcopus « rem involutam emet ».

29

Parochi religiosi sint sedula praeparatione praediti: ne se habeant ut alienos dioecesi, in qua ministerium paroeciale exercent, sed maxima cura legitimis consuetudinibus locorum se conforment et semper sint in potestate Ordinarii.

30

Item et utiliter Concilium vim forsan dare deberet officio parochi in proprio territorio, ita ut religiosi eum consulere teneantur ut rationes et horaria eorum operum operibus et bono paroeciae non adversentur. Sic parochus agnosceretur a religiosis, qui in eius paroecia laborant, uti locum tenens, aliquo sensu, ipsius Episcopi, cui de rebus in eius territorio parochiali rationem reddere debet.

31

Servetur libertas in prosecutione perfectionis secundum peculiares regulas sed maxima uniformitas relate ad cultum externum et curam animarum, praesertim si paroecias regant.

---

27) Southwarcen.
28) Beograden.
29) Trecen.
30) Salien.
31) Pisauren.

J) *De Cooperatione inter utrumque Clerum*

1

Relationes inter duos cleros magis magisque difficiles in dies evadunt ob sequentes rationes:

a) dignitas cleri saecularis ita hodie extollitur ut exemptionis lex abolenda censeatur;

b) Studiosa voluntas in quibusdam dioecesibus arcendi religiosos a dignitatibus ecclesiasticis, quae cum pinguibus reditibus coniunguntur;

c) praxis S. C. Concilii de facto impediendi Religiosos ut acquirant proprietates finitimas Ecclesiis et aliis aedificiis paroecialibus; in Italia auxilia oeconomica Gubernii fere semper Episcopis traduntur, qui fragmenta tantummodo Religiosis, curae animarum addictis, concedunt;

d) Episcopi durius se agunt cum Religiosorum Ordinariis, illos parum existimantes et saepe mortificantes;

e) facilius Ordinarii locorum cooptant inter suos presbyteros religiosos a variis familiis exeuntes.

2

Ordinarii locorum et Superiores religiosi, praesertim maiores, quaerant et urgeant coniunctionem et cooperationem utriusque cleri nempe saecularis et regularis.

3

Normae assignentur, quae definiant cooperationem Religiosorum in ministerio pastorali.

---

1) Sup. Gen. Ord. Serv. B. M. V.
2) Sup. Gen. Soc. S. Francisci Salesii, Sup. Gen. Ord. SS. Trint., Sup. Gen. Ord. Carm. Disc.
3) Papien, Bugellen, Viterbien et Tuscanen, Aesernien et Venafren, Jacien, S. Agathae Gothorum, Montis Regalis in Pedemonte, Novarien, Bosanen, Veronen, Soanen-Pitilianen.

4

Pro posse praeveniatur dissidium inter « saeculares » et « regulares » quod hac praesertim aetate natum est ad debilitandam actionem Ecclesiae in tanta penuria cleri eiusque auxiliarium.

5

Inter clerum saecularem et regularem relationes fraternitatis serventur ut fructus in apostolatu uberiores sint.

6

Maior sit cooperatio cleri regularis, et etiam monialium, cum loci Ordinario in bonum Ecclesiae.

7

Determinetur cooperatio inter hierarchiam et religiosos, salvis uniuscuiusque iuribus et obligationibus.

8

Sit sincera inter clerum saecularem et religiosum concordia, sit efficax collaboratio, omnes enim pro uno eodemque rege Christo laborant.

9

Melior et maior sit cooperatio inter clerum saecularem et regularem.

10

Perfectior fiat collaboratio utriusque cleri saecularis et regularis.

11

Ex parte Religiosorum desideratur actio magis consona cum clero saeculari.

---

4) Sup. Gen. Soc. S. Francisci Salesii, Sup. Gen. Soc. Iesu.
5) Cortonen, Theatin, Adrien, Veronen.
6) Bangaloren, Goan.
7) Sup. Gen. Ord. Scholarum P., Sup. Gen. Ord. de Mercede.
8) Sup. Gen. O. F. M. Cap., Sup. Gen. O. F. M. Conv.
9) Meloën in Isauria.
10) Avenionen, Gratianopolitan, Annecien, Massilien, Montis Pessulani, Antiochen parvus.
11) Rhemen, Tarbien et Lapurden.

12

Ad cooperationem fovendam et ad discrepantias dirimendas inter Religiosos et Episcopos in re pastorali valde utilis erit:

a) interventus sisthematicus Nuntii vel Delegati Apostolici;

b) participatio Superiorum Generalium Conventibus Episcopalibus cum voto consultivo.

K) *De variis privilegiis Religiosorum revisendis*

1

Privilegia ceteraque indulta quae etiam populi christiani disciplinam afficiunt, ne Religiosis concessa intelligantur nisi clausula « de consensu Ordinarii loci ».

2

Nulla privilegia Religiosis conferantur in bono fidelium quin eis fruatur Ordinarius loci.

3

Reformetur privilegium olim regularibus concessum absolvendi ab excommunicationibus Ordinario reservatis: tale privilegium reservandum esset tantum Religiosis quando missiones ad populum praedicant, absolute non concedendum Religiosis qui stabiliter curae animarum addicti sunt.

4

Revisio privilegiorum Religiosorum, quo facilius viri religiosi in vita apostolica et in dioecesana disciplina adiutricem operam libenter praestent, desideratur.

5

Dum C. I. C. de potestate Episcoporum dispensandi sacerdotes saeculares a breviarii recitatione vel commutandi in alias preces

12) Sup. Gen. Soc. S. Francisci Salesii.

1) Gasperien.

2) Tuamen, Granaten, Vallisoletan.

3) Mandetrien.

4) Ruben et Bituntin, Sabinen et Mandelen.

5) Scopien.

omnino silet, Superior v. g. franciscanus bene novit se habere potestatem dispensandi fratres sibi subditos vel commutandi obligationem breviarii in recitationem paucissimarum precum.

6

Quis scire potest omnia privilegia quae concessa fuerunt Religiosis vel saltem concessa dicuntur? Sane aliqua privilegia abolere oportet et reliqua in codice privilegiorum promulgare.

16. De Dioeceseon partitione

1

Tractetur de partitione dioeceseon, hodiernis exigentiis aptiore.

2

Ecclesia circumscriptiones Imperii secuta est, a qua nomen quoque « dioecesis » mutuata est. Hodie complures consociationes quae sub auctoritate Episcoporum reguntur circumscriptionibus civilibus aptantur et nefas est Episcoporum auctoritatem dioeceseos fines praetergredi. Unaquaeque Provincia Dioecesis haberet suum Seminarium, hodie Seminaria regionalia non sunt nisi malum necessarium. Si Episcopi omnes quorum sedes non sunt caput provinciae erunt Auxiliares vel Vicarii Generales Episcopi civitatis quae est caput provinciae et habebunt sedem, ut hodie, in minoribus civitatibus populus ne sentiet quidem mutationem. Insuper melior evadit centum quam trecentorum Episcoporum selectio.

---

6) Beograden.

1) Cuneen, Nuscan, Vicentin, Eutymen, Campanien, Boianen Campobassen, Nepesin et Sutrin, Cariaten, Catacen et Squillacen, Aquilan, Teramen et Atrien, Apuanien, Auximan et Cingulan, Consentin, Bobien, Gallipolitan, Pinerolien, Verulanen et Frusinaten, Ragusien, Thessalonicen, Messenien, Hydruntin, Biturgen, Derthonen, Oppiden, S. Flori, Adiacen, Lycaonen, Tolosan, Bellovacen, Baiocen, Virodunen, Antiochen parvus, Lagoueten, Sup. Gen. Congr. Cist. Italiae, Sup. Gen. Piorum Cat. Rur., Sup. Gen. Fil. Carit.

2) Interamnen et Narnien, Tarvisin, Hadrianien in Hellesponto, Materanen.

3

Magnae dioeceses dividantur in plures, ita ut saltem civitates celebriores proprium Episcopum habeant et Episcopus Ordinarius nonnisi in casibus extraordinariis Episcopo quodam Auxiliari indigeat.

4

Dioeceses magis parvae uniantur, saltem ad personam, ut personis et mediis ad munera pastoralia explenda necessariis suppeditentur.

5

Quaedam dioeceses nimis exiguae recolligi possint, Episcopis auxiliaribus in antiquis sedibus episcopalibus, saltem per aliquot annos, relictis.

6

Fiat revisio finium praesertim parvarum dioeceseon, quae supprimendae non sunt, sed ita constituendae ut digne et sufficienter vivere possint.

7

Dioeceses, etiam vetustate venerandae, facilius cum aliis mergantur ubi, mutatis adiunctis, minores et debiliores factae sunt.

8

Partitiones dioeceseon aptandae sunt iuxta hodiernas civiles divisiones, parvis abolitis dioecesibus.

9

Dioeceses ne erigantur ubi impossibile est Curiam constituere, ob parvum numerum sacerdotum.

---

3) Cerynien, Synnaden in Phrygia, Dardan, Leopolien Latinorum, Albaregalen, Cochabamben, Amisen, Liparen, Lauden, Bononien.
4) Aesin, Signin, Pisauren, S. Severinae, Nicosien, Scythopolitan, Dioclean, Bononien, Lauden, Acheruntin, Neritonen, Ferrarien, Nuoren.
5) Andropolitan, Myrinen.
6) Andrien, Amerin, Terracinen, Privernen, Setin, Ilcinen.
7) Sup. Gen. Soc. Iesu.
8) Hinganfuen.
9) Alivalen.

10

Dentur directiones magis specificae, praesertim quoad res materiales (pecunias atque agros), in litteris erectionis ut dioeceseon divisio et citius et levius efficiatur.

11

Residentia episcopalis mutetur in locum praestantiorem.

12

Perniciosa est quoad vitam et exercitationes pastorales ubicatio paroeciarum extradioecesanarum in territorio alterius dioecesis.

13

Statuatur Commissio Pontificia permanens et paulatim saltem casus urgentiores solvantur.

14

Decernatur quantus ambitus dioeceseon maxime congruus atque optimus habendus sit.

15

Determinetur territorium et numerus incolarum ultra quos non permittatur creatio novarum dioeceseon.

16

Revisio fiat finium dioeceseon ita ut illarum numerus minuatur in Italia et augeatur extra Italiam.

17

Exceptis magnis urbibus ad maximum dioeceses plus quam 500.000 fidelium non habeant.

---

10) Miamien.
11) Gravinen et Montis Pelusii.
12) Aesernien et Venafren.
13) Maceraten et Tolentin, Tyanen.
14) Colonien.
15) Medellen.
16) Montis Regalis in Pedemonte.
17) Daulien.

18

Omnis dioecesis ne habeat plus quam 400 vel 500 sacerdotes et 200.000 fideles.

19

Dioeceses ita disponantur ut vere sibi sufficientes sint quoad omnia ideoque constent circiter animarum numero 200-300.000.

20

Dioeceseon fines ita revisioni subdantur ut illarum numerus minuatur et unaquaeque saltem 200.000 fidelium habeat.

21

Dioeceseon fines ita revisioni subdantur ut unaquaeque dioecesis saltem 100.000 fidelium habeat, aliter vitam ordinatam ducere nequit.

22

Desideratur subdivisio magnarum dioecesium, quibus sunt decies centena millia hominum plus minusve. Melius magisque utile esset Episcopum vel Ordinarium ponere in unaquaque provincia civili. Insularum Philippinarum unaquaeque provincia plus minusve habet quingenta milia hominum; minima autem earum plus minusve habet centena millia hominum.

Utilitas huius subdivisionis:

a) administratio fit facilis;

b) cura animarum fit facilis et efficax;

c) pastores protestantes et secta haeretica localis aglipayna difficulter possent prosperitate frui post intimam Pastoris vigilantiam;

d) Associationes Actionis Catholicae magis magisque propagarentur et formatio interna membrorum melior evaderet proxima cura Ordinarii loci.

---

18) Dakaren.
19) Lunen.
20) Cerrarum.
21) Assisien.
22) Cagayan.

23

Necesse est novam delimitationem Provinciarum ecclesiasticarum providere, consulto aliquo Episcoporum coetu in unaquaque natione.

24

Ad uberiorem vitam seminariorum et ipsarum dioeceseon gradatim minuendus esset in quibusdam nationibus dioeceseon numerus et, ubi normae concordatariae vigent, limites respondeant generatim illis provinciarum civilium.

25

Fines dioeceseon sint fines municipiorum et mutentur ipso facto cum illi mutent.

26

Fines dioeceseon iidem sint ac fines provinciarum rei publicae.

27

Circumscriptiones regionales eosdem limites habeant ac regiones civiles.

28

Territoria ecclesiastica cum illis provinciae civilis congruere deberent.

29

Territoriales dioeceseon fines corrigi possint congruenter cum viarum retibus.

30

Exoptatur maior dioeceseon coordinatio in ambitu eiusdem continentis.

---

23) Burdigalen, Lugdunen, Carcassonen.
24) Acheruntin, Neritonen, Hierapolitan in Syria, Pergamen, Urbanien et S. Angeli in Vado.
25) Sanaven.
26) Aleppen Maronitarum.
27) Acheruntin.
28) S. Georgii Terrae Novae.
29) Albinganen, Sarsinaten, Abelinen, Forosempronien, Caven, Recineten, S. Severi, Caesenaten.
30) Antofagasten, Caracen.

31

Exoptatur maior dioeceseon coordinatio in ambitu eiusdem nationis.

32

Erigantur dioeceses Maronitae vel saltem Vicariatus Patriarchales in civitatibus arabicis ut Bagdad, Koneit, Damas, Amman etc.

33

Abbatiae, quae unam alteramve paroeciam possident in territorio aliarum dioeceseon cum gravi detrimento, amplius non admittantur.

34

Cooperatio ac collaboratio inter totius mundi Episcopos, ad quaestiones actuales solvendas, valde desideratur.

35

Dioeceses ditiores curam suscipiant alicuius dioecesis egentis (materialiter et spiritualiter). Quod tamen non per tramitem impersonalem alicuius officii centralis fiat, sed directe. Officii centralis solummodo esset desiderata communicare et forsitan fundum administrare, ex quo in specialibus casibus auxilium praestetur.

36

Unio et cooperatio promoveatur inter dioeceses divitiores et pauperes, inter eas quae clericis abundant et eas quae penuriam sacerdotum patiuntur.

---

31) Amisen, Antofagasten, Caracen, Papantlen, Prusien, Nunt. Ap. in Bolivia, Reconquisten.
32) Antiochen Maronitarum.
33) Dianen.
34) Vindobonen, Maroneus, Macren, S. Hippolyti, Lincien, Metellopolitan.
35) Secovien.
36) Sup. Gen. Ord. Bas. S. Ios.

17. De regimine dioeceseon

1

Facilior reddatur Ordinariis locorum gubernatio dioecesis ita ut recursus ad S. Sedem in potioribus tantum rebus fiat, ab ipsis Episcopis.

2

Recursus ad Romanam Curiam ut facultates dispensationesque obtineantur, casibus gravioribus restringendus videretur. Quod ab Ordinariis accuratius examen quaestionum postularet et cogeret ad magni suscepti officii rationes.

3

Videtur introducenda Episcoporum translatio ad alteram, etiam non maioris amplitudinis, dioecesim.

4

Generose et fraterne dioeceses mutuam sibi operam praestent.

5

Incrementetur collaboratio Episcoporum eiusdem nationis et regionis conciliaris quoad communes declarationes doctrinales ordinarii magisterii et quoad activitates pastorales generales.

6

Ad disciplinam corroborandam, ad auctoritatem episcopalem confirmandam, ad tollendas odiosas comparationes necessarium videtur ut Episcopi eiusdem nationis vel saltem plurium regionum finitimarum, conveniant in adhibenda una eademque ratione agendi circa omnes res quae admirationem populi conflare possunt.

---

1) Campanien.
2) Neritonen.
3) Nuscan.
4) Tripolitan.
5) Iconien.
6) Acheruntin, Signin, Hadrianien in Hellesponto.

7

Episcopi dioeceseon quae aut territorium valde extensum aut magnam Christianorum multitudinem continent urgeantur a S. Sede ut Auxiliarem vel Coadiutorem petant.

8

Ad tuendam totalem deditionem Episcoporum « orationi et ministerio verbi » opportuna videtur institutio Corepiscopi qui sit Praelatus aut Protonotarius ad instar (forsan etiam titulo Excellentiae gratificandus) cui demandata sit tota maior administratio, ordinario legitimo subordinata, personarum, beneficiorum et rerum: unus in una dioecesi maiori aut unus et idem pro pluribus dioecesibus minoribus ac limitrophis.

9

Unitas Ecclesiae maxime refulget in Petro: unitas fidei, sanctificationis et regiminis. Haec unitas, praesertim in regimine, refulgere debet etiam in singulis Ecclesiis. Nil sine Episcopo, de iure et de facto.

10

Omnia opera externa, a quocumque vel quomodocumque reguntur, non solum cum Episcopi consensu instituenda sunt, sed ab eodem dependere deberent eique de eis ratio reddenda esset.

11

Agatur de regimine collegiali dioeceseos.

12

Coordinatio apostolatus dioecesani valde optatur.

---

7) Pessinuntin.
8) Nuscan.
9) Catacen et Squillacen.
10) Baren.
11) Antiochen Maronitarum.
12) Tananariven.

13

Praeter synodum et capitulum cathedrale postulatur participatio cleri, maxime parochorum, qui optime norunt necessitates populi. Haec participatio cleri haberi posset per paucos a clero per secreta suffragia eligendos. Electi, convocandi essent ad negotia pertractanda maioris momenti.

14

Habeatur in unaquaque dioecesi Consilium laicorum quod socium esset cum capitulo in regimine dioeceseos.

15

Ad visitationem peragendam de qua in can. 343 § 1 instituendi sunt visitatores, idoneitate praediti inter sacerdotes, qui absque caeremoniis ritualibus paroecias visitare possint.

16

Maior desideratur coordinatio laboris in dioecesi penes Episcopum et concilium dioecesanum condendum.

17

Episcopi clericis suis numquam licentiam concedant discedendi a sua dioecesi ad tempus indefinitum.

18

Non admittatur incardinatio sacerdotum indignorum ad numerum sacerdotum dioeceseos augendum.

19

Unificatio iurisdictionis fiat secundum rationes historicas vel secundum maiorem partem fidelium.

---

13) Montis Regalis in Pedemonte.
14) Gibuten.
15) Brigantien.
16) Reconquisten.
17) Lappen.
18) De El Oro.
19) Cypren.

20

Permittenda est Orientalibus Catholicis institutio hierarchiae propriae in America caeterisque Continentibus ubi magnus numerus Orientalium degit. Relationes cum hierarchis loci bene determinari possunt legislatione canonica apta.

21

Obligatio habendi libros, in paroeciis latinis et in Curia, de statu animarum orientalium urgenda esset. Saltem Vicarius Generalis pro Orientalibus designari deberet et in Annuario Pontificio ubi habitat adesse deberet ut directe in illa urgente necessitate, Hierarchia orientalis correspondeat.

22

Dioeceses personales instituantur ubicumque diversae sunt et origo et lingua fidelium.

23

In regionibus diversorum rituum « coordinatio » iurisdictionum optatur.

24

In regionibus diversorum rituum unificatio iurisdictionum optatur quia ritus considerandus est tantummodo uti expressio cultus non vero uti communitas fidelium propriam disciplinam propriamque hierarchiam habens.

---

20) Antiochen Melch., Hemesen Melch., Tyren Melch., Heliopolitan Melch., Aleppen Melch., Beryten et Gibailen Melch., Mariamnen, Paneaden, Ptolemaiden, Bostren et Auranen, Laodicen Melch., Tarsen Melch., Pelusitan Melch., de Nubia, Archim. Ordinis Basiliani Aleppen Melch., Archim. Ordinis Basiliani Ss. Salvatoris Melch., Archim. Ordinis Basiliani S. Ioannis Baptistae Melch., Sup. Gen. Societatis Missionariorum a S. Paulo, Tripolitan Mar.

21) Tripolitan Mar.

22) Tingitan.

23) Babylonen Chaldaeorum.

24) Arcen, Aleppen Mar., Cyren Mar., Beryten Mar., Sidonien, Cahiren Mar., Zachuen.

25

Praesentia plurimorum Episcoporum in unica dioecesi cum iurisdictione ordinaria independenti, vel sacerdotum iurisdictionem ab Episcopo eiusdem ritus aliunde residente, recipientium, creat et falsam notionem quod Ecclesia catholica divisa sit et persaepe difficultates et dissensiones. Nominare oportet Archiepiscopum ritus maioris partis fidelium qui coadiuvetur a Vicariis Generalibus, etiam charactere episcopali auctis, pro quocumque ritu.

26

Dioeceses in Oriente definiendae sunt territorio indicato continua superficie non vero per pagos ne habeantur loci vacui seu absoluti a quacumque iurisdictione (v. g. pagus mahumetanus).

27

Iurisdictio supervenientis hierarchiae sive sit latina sive alterius ritus orientalis reduci deberet utpote exclusiva tantum ad loca bene determinata ratione momenti fidelium suorum laicorum commorantium uti tales non uti peregrini vel docentes. Personae in casu pertinent semper ad superiorem suum ordinarium, non est vero necesse ut loca ista quae condividunt cum coeteris non eiusdem ritus exclusiva evadant eiusdem.

28

Hierarchia Maronita pro Maronitis in America instituatur.

29

Latini subsint Hierarchiae catholicae ritus orientalis saltem in Aegypto.

30

Commoneantur Episcopi, ut quam studiosissime curent spiritualem ac moralem emigrantium assistentiam.

---

25) Zachuen, Balecien.
26) Tripolitan Maronitarum.
27) Tripolitan Maronitarum.
28) Antiochen Maronitarum.
29) Lycopolitan.
30) Sabinen et Mandelen.

18. De regimine dioeceseos « Sede vacante »

1

In C. I. C. pressius enucleandum foret discrimen inter Episcopos residentiales et alios ordinarios locorum, praesertim eos, qui, sede vacante vel impedita, regimen exercent.

2

Meliore et clariore modo circumscribatur regimen dioeceseos in casu vacationis sedis aut sedis impeditae.

3

Strictius definiendae sunt facultates Vicarii Capitularis, praesertim principium « sede vacante nihil innovetur » accuratius explicetur.

4

Sede vacante ex iure regimen Dioeceseos penes unicum vel primum Episcopum Auxiliarem esto; si coram Capitulo primus Auxiliaris abrenuntiet, succedat secundus ex iure et ita porro; tantum Auxiliari omnino deficiente detur locum can. 431 ss.

5

Episcopo et Vicario Generali amotis vel prohibitis in regenda parte dioeceseos, regimen huius partis ad tempus, ipso iure (c. 429) transeat ad Episcopum viciniorem.

6

Episcopus Auxiliaris sede vacante ex iure sit Administrator Apostolicus donec S. Sedes aliter providerit.

---

1) Posnanien.
2) Daulien.
3) Kielcen.
4) Melen.
5) Driziparen, Thuggen.
6) Dystien.

7

Reformetur can. 432 quia electio Vicarii Capitularis est causa divisionis inter capitulares aliarumque nequitiarum; melius si ex iure succedat Vicarius Generalis.

19. De praelatis

1

Cultus externus personarum Hierarchiae ecclesiasticae ad exemplum humilis Christi redigatur.

2

Ecclesia se liberet a multitudine dignitatum, quae vanitati favent et spiritui evangelico praeiudicium afferunt.

3

Honorificentiae Vaticanae dispensantur animo ingenuo et libera mente praecipue privilegium Praelaturae Domesticae. Hic honor saepe datur viris minus dignis et persaepe tam parva cum causa ut potius ludibrio sit fidelibus quam reverentia. Puto rationem dandi hos favores determinandam esse. Reserventur viris probatissimis et honestissimis et magis pro officio quam viro conferentur.

4

Numerus illorum qui pontificiis distinguuntur honorificentiis reducendus esset, ne assueta vilescant.

5

Legislatio provideat ne honores ecclesiastici multiplicentur. Habeatur quaedam proportio meriti ut honores pluris aestimentur.

---

7) Caurien-Castrorum Cacciliorum.
1) Hildesheien, Phytean.
2) Caxien, Reconquisten, Molinen, Civitatis Castellanae Hortan et Gallesin.
3) Laren.
4) Synnaden in Phrygia.
5) Portlanden.

6

Attenta hodierna, ut aiunt, « democratizatione », opportunum est Ecclesiae praelatos, seclusa omni pompa, simpliciori apparatu externo uti.

7

Episcopi, et omnes qui praesunt, spiritum humilitatis et modestiae aperte ostendant: ob peculiares nostrorum temporum condiciones, ad vivendi rationem magis sobriam, moderatam atque austeram compellantur.

8

Maior sit simplicitas in caeremoniis (genuflexio ante episcopum inclinatione substituatur), in vestibus, nominationibus...

9

Vestes praelatorum ad sobriam formam reducantur.

10

Praelatorum insignia ad simpliciorem formam reducantur.

11

Modestia gravior exigenda in exterioribus etiam in praelatis.

12

In praesentibus temporibus fastus et luxus Ecclesiae restringi debent in determinatis actibus et formis.

13

Praelatorum categorias minui et ad simpliciorem formam reddi vestimenta ac insignia eorumdem, ut magis differant ab illis Episcoporum.

---

6) Nanceien et Tullien.
7) Catalaunen.
8) Catalaunen.
9) Sedunen, Synnaden in Phrygia, Cercinitan.
10) Monopolitan.
11) Tabuden.
12) Tabuden, Santanderien.
13) Hierapolitan in Syria.

14

Excepta aula Summi Pontificis infula, baculo et veste violacea soli Episcopi tantummodo utantur, omnes vero praelati et canonici nigrum mantellum et distinctiorum vitae non catenae fixum induant.

15

Canonici et dignitates « rocheto » utentes non teneantur superpelliceum superinduere dum sacra peragunt.

16

Praelatorum « luxus » valde minuendus est.

17

Pileolus, tunicellae et cappa magna aboleantur.

18

Distinctiones honorificae aboleantur, quia populi animum non species sed vitae sacerdotalis perfectio movet.

19

Abrogentur vel reducantur tituli sine officio, qui Ecclesiam hodiernis temporibus democraticis et practicis risui exponunt simulque nimis extollunt eius elementum humanum.

20

Omnes appellationes vel dignitates ecclesiasticae mere honorificae aboleantur.

21

Omnes tituli honorifici in Ecclesia aboleantur, omnes vocentur « frater », e. g. frater sacerdos, frater Episcopus, excluso Christi Vicario qui tantummodo vocari debet « Pater » seu « Papa ».

---

14) Camulianen.
15) Lamacen.
16) S. Deodati.
17) Spalaten et Macarscen.
18) Interamnen et Narnien.
19) Scopien.
20) Sedunen.
21) Spalaten et Macarscen.

22

Res digna videtur quae perpendatur utrum vestem honorificam qua ecclesiastica auctoritas insignitur, simpliciorem reddere conveniat. Ritus, honores, tituli, vestes praeteritorum temporum vestigia praebent, quibus ecclesiastica auctoritas muneribus quoque temporalibus fundabatur et quibus populus exteriori ecclesiastica pompa aedificabatur.

23

Nostro tempore auctoritas quorumdam signorum externorum non indiget, quae praeteritae nobilitatis tantum memoriam revocant. Quidam tituli ut « Excellentia » pro Episcopo et caeremoniae aulicae res exactae sunt ac salutari modestiae locum dare deberent.

24

Tituli « Excellentia », « Illustrissimus » « Reverendissimus » sunt aetatis transactae et recentiorum risum saepe movent. Episcopi patres sint et dicantur.

20. De Synodo dioecesana

1

Ratio pastoralis dioecesanae Synodi urgeatur.

2

Actis Concilii Oecumenici publicatis Statuta synodalia, non ultra sex menses, accommodentur.

3

Celebratio Synodi dioecesanae ad iudicium prudens Episcoporum remittenda est, quin determinatum temporis spatium imponatur.

---

22) Mediolanen.
23) Secovien.
24) Catalaunen.

1) Tabuden, Dalisanden in Isauria, Ord. Bas. S. Ios.
2) Driziparen.
3) Bracharen, Telmissen.

4

Septimo quoque anno celebretur Synodus dioecesana.

5

Decimo saltem quoque anno Episcopi Synodum dioecesanam habeant, in qua convocentur etiam sacerdotes non parochi sed quodam gravi munere fungentes; expostulentur quoque consilia quorumdam laicorum.

6

Synodus dioecesana celebretur adstante necessitate non post decennium.

7

Disceptatio coram sacerdotes Synodum suppleat cuius conclusiones, experientia confirmatae decreta Synodi deveniant.

8

Quia Synodus difficile haberi potest decimo quoque anno, ita immutetur can. 383 § 1: « In quavis dioecesi habeantur examinatores synodales et parochi consultores ab Ordinario loci, audito Capitulo Cathedrali, designati et nominati ».

21. De Curia dioecesana

1

Structura consueta compositionis Curiarum impar nunc videtur pastoralis hodiernae postulatibus.

2

Creentur coetus Religiosorum et laicorum in unaquaque Curia cum necessaria auctoritate ad interveniendum in negotiis propriis sub iurisdictione Episcopi.

---

4) Ootacamunden.
5) Sup. Gen. Mission Scheut.
6) Rhoinen, S. Dominici Novem Julii.
7) S. Fidei in Argentina.
8) Citharizen.
1) S. Ioannis a Missionibus.
2) Montisvidei.

3

Ubi Curia non potest haberi ut in Codice praescribitur, constet saltem Cancellario qui suppleat Episcopum absentem.

4

In unaquaque Curia erigantur: *a*) coetus administrationis; *b*) coetus missionarius; *c*) coetus scriptorum pro foliis periodicis; *d*) coetus moderatorum conscientiae pro sacerdotibus in dissitis pagis ministerium exercentibus.

5

In omnibus curiis adsit secretariatus « Sacramentorum et Liturgiae » qui scriptis, verbis et visitationibus dignam receptionem sacramentorum et divini cultus splendorem promoveat.

6

In omnibus curiis adsit « officium catechisticum ».

7

In omni curia officium Sociologiae religiosae condatur.

8

Constituatur in Curia officium pro operibus dioecesanis ordinandis.

9

In quacumque Curia Vigilantiae Coetus extet qui errores, vitia, publicationes, spectacula, vestiendi modum etc. bene cognoscat.

10

Praeter Vicarium Generalem et Officialem in omni curia adsit Delegatus pro apostolatus laicorum operibus.

---

3) De Ponta Grossa.
4) Azulen.
5) Aguariccoen.
6) Aguariccoen.
7) Succursen et S. Aegidii.
8) Medellen.
9) Succursen et S. Aegidii.
10) Succursen et Sancti Aegidii.

11

Tribunal primae instantiae habeatur regulariter in sede metropolitana, in suffraganeis tantum si adsunt et sacerdotes apti et causae.

12

Constituatur in quacumque dioecesi Curia Apostolica in qua Episcopus congreget non tantum suos Vicarios Generales et Consiliarios ordinarios sed etiam omnes Superiores Maiores congregationum vel ordinum, ut opera apostolica melius distributa sint.

13

Adsit in dioecesi institutio quae curet necessitates culturales.

14

In Curia adsint officia A. C., Catechesis, Docentiae catholicae, Vocationum sacerdotalium, caritatis, missionum, migrationis, exercitiorum spiritualium, etc. Quae omnia extra C.I.C. ordinationem hodie vagantur.

15

In Curia adsit etiam consiliarius apostolatus laicalis, quaestionum socialium, officii propagationis doctrinae catholicae.

16

In qualibet dioecesi duo saltem visitatores instituantur qui nomine Episcopi singulas paroecias diligentes visitent. Visitationes enim quae ab Episcopis hodie peraguntur sunt potius solemnitates ecclesiasticae cum administratione confirmationis.

17

Statuantur visitatores spirituales dioecesani.

---

11) De Ponta Grossa.
12) Arcis Lamy.
13) Legionen.
14) Hispalen.
15) Tabuden.
16) Daulien.
17) Tabuden, Caesaraugustan, Flaviobrigen, Huelven, Czestochovien.

18

In omni Curia adsint dicasterium disciplinae pastoralis, scholarum, beneficentiae, liturgiae, et dicasterium iuridico-sociologicum. Omnia haec dicasteria subdi deberent sacerdoti, qui sua in disciplina gradum doctoris possideret et apprime theoriam praxi applicare queat.

19

Omnia documenta S. Sedis doctrinalia, disciplinaria et liturgica intra sex menses tum clero tum laicis ope organi dioecesani notificentur.

20

Officia nova instituantur in Curia ad diversas activitates nostri temporis moderandas, praesertim officium catechisticum.

21

Nova officia sacerdotum qui Actionem Catholicam, Officium catechisticum, P. O. A., C. C. Z. moderantur, iure agnoscantur et pressius definiantur et nova instituantur ad oppugnanda pericula contra fidem et mores tum ad adaequandam actionem exigentiis hodiernis sacerdotes illi « Capitulum Canonicorum » constituere possint, retento nomine, immutata tamen re.

22

Idem ac 21; in hoc casu obligationes chorales perpendendas esse et immutandas.

23

Quaelibet Curia habere deberet Commissionem disciplinarem, cuius esset sacerdotes delinquentes via disciplinari-administrativa redarguere, quando sacerdos viderit rem suam tractatam esse non ab

---

18) Doberitan.
19) Driziparen.
20) Lorymien.
21) Calatayeronen.
22) Segusien.
23) Beograden.

uno solo eoque patre, sed a pluribus confratribus in sessione ex officio, diutius deliberabit antequam se proclamet agnum insontem.

24

Curiae dioecesanae deferantur dispensationes matrimoniales impedimentorum, maioribus quibusdam exceptis et facultates ad benedictiones et indulgentias impertiendas. Taxae ad opus satis cognitum et vulgo aestimatum tribuendae.

25

« Burocratia » simplificetur et in posterum evitetur in Curiis dioecesanis.

26

Curiarum officialium numerus minuatur et unica sit curia pro prima appellatione in unaquaque natione vel parte quadam istius nationis.

27

Praeter Vicarium Generalem adsint: Delegatus Religiosarum et Delegatus Consociationum laicalium.

28

Vicarius Generalis sumat potius functionem pastoralem quam functionem mere administrativam.

29

Vicarius Generalis non habeat iurisdictionem in Consociationes.

30

Vicarius Generalis sit tantum ad triennium salva confirmatione.

---

24) Portugallen.
25) Legionen, Bergomen.
26) Burdigalen.
27) Caesenaten.
28) Risinitan.
29) Caesenaten.
30) Armenien.

31

Ut melius obtineatur cooperatio in apostolatu oporteret figuram canonicam « Delegati Episcopalis » instituere ad modum Visitatoris Religiosarum.

22. De Capitulis

A) *De reformatione Capitulorum*

1

Capitula cathedralia respondeant fini iuridico Ecclesiae, sive sede plena, sive sede vacante.

2

Praeter legislationem universalem dioecesana statuta decernant activitatem capitularium relate ad ministerium.

3

Capitula sunt servanda quia vere constituunt senatum Episcopi.

4

Senatus Episcopi constituatur a quibusdam collegiis consultorum secundum diversa problemata.

5

Senatus Episcopi constet Canonicis et consultoribus v. g. parochis civitatis Episcopalis et praestantioribus sacerdotibus dioeceseos ad triennium ab Episcopo eligendis.

6

Capitula praesertim cathedralia retineantur at singuli Canonici praesentes habeantur cum de mandato Episcopi ministerio incumbant.

---

31) Zeliten, Dalisanden in Isauria, Barbastren.
1) Catacen et Squillacen.
2) Legionen.
3) Acheruntin.
4) Dardan.
5) Dystien.
6) Lunen.

7

Ius capitulare reformetur prae oculis praesertim habitis necessitatibus pastoralibus.

8

Fortasse omnia capitula iisdem statutis regi deberent.

9

Excessivus numerus canonum qui capitula canonicorum regulant, minuatur.

10

Legislatio tota circa Capitula innovanda erit. Officia alterius generis Canonicis tribuantur (Seminaria, A. C. et socialis etc.).

11

Senatus Episcopi ita componi posse videtur: *a*) Vicario Generali; *b*) Cancellario Curiae; *c*) Rectore Seminarii; *d*) Delegatis A. C.; *e*) Vicariis foraneis.

12

Necessarium est nova statuta imponere, magis consentanea praesentibus exigentiis, tum quia plerumque desunt praebendae et historice tantum in multis locis merentur vocari « beneficia », tum quia saepe, ob penuriam sacerdotum, impossibile evadit servitium chorale.

13

Episcopo maxima detur libertas in iis quae requirunt Capituli consensum.

---

7) Philippopolitan in Tracia, Febianen, Almerien, Oriolen, Aurien, Calaguritan et Calceaten, Clunien, Jacen, Zamoren, Segobricen, Tarraconen, Barcinonen, Dalisanden in Isauria, Orthosien in Phoenicia, Celsonen, Dausaren, Carthaginen in Hispania.

8) Malacitan, Vallisoletan.

9) Mechlinien.

10) Dianen.

11) Theodosiopolitan in Arcadia.

12) Trecen.

13) Nuoren.

14

Auferatur a Capitulo potestas ligandi munus pastorale Episcopi quae transferenda est in Consilium Dioecesanum ex sacerdotibus prudentia et zelo animarum praestantibus compositum.

15

Obligatio audiendi Capitulum sive ad validitatem sive ad liceitatem imminuatur. Episcopus nominet suos consiliarios inter clerum dioecesanum. Canonicorum numerum ad senarium reducere opus est; reliquae « congruae » in clerum egenum sustentandum insumantur.

16

Episcopi minime obligentur, in rebus maioris momenti, sententia Capituli Cathedralis, quando illud audire tenentur.

17

Paroecia cathedralis adsumatur ab Episcopo qui instituet vicarium actualem.

18

Non Capitulum ut tale sed Episcopus per canonicum delegatum, audito Capitulo, cathedralem curet, nam hodie in casu conflictus quis praevalet Episcopus an Capitulum?

19

Nonne statuendus est Episcopus parochus de iure in Ecclesia cathedrali cum Vicario actuali?

20

Capitulo Cathedrali functio paroecialis tollatur.

---

14) Anagnin.
15) Tiburtin.
16) Algaren, Turritan, Bosanen.
17) S. Dominici Novem Julii.
18) Caesenaten.
19) Tabuden.
20) Biturgen, Caesenaten.

21

Cura animarum a Vicario curato exercita, omnino et in omnibus a Capitulo independens sit.

22

Parocho Ecclesiae Cathedralis maxima detur libertas in suo munere obeundo.

23

Non desunt qui propugnent peculiaris paroeciae creationem in omnibus Ecclesiis cathedralibus quae vitam spiritualem foveret fidelium qui haec templa frequentant.

24

In can. 415 melius specificentur relationes inter Vicarium perpetuum et Capitulum et in § 5 statuatur maior obligatio Capituli pro auxilio dando in cura animarum.

25

Tollatur Capitulo cathedrali omnis functio in ordine ad administrationem bonorum.

26

Canonici officiis dioecesanis maximi momenti incumbant.

27

Canonici designatione constituantur et sint moribus et prudentia praestantes.

28

Auctoritas capituli praesidis super canonicos ac mansionarios augeatur.

---

21) Taurinen.
22) Nuoren.
23) Abulen, Dausaren.
24) Asculan Apul. et Ceriniolen.
25) Risinitan.
26) Zacatecen.
27) Cercinitan.
28) Pacten.

29

Possint nominari canonici etiam parochi qui non degunt in civitate Episcopali cum dispensatione a choro et facultate mittendi votum scriptum in sessionibus ordinariis capituli. Obligentur ad praesentiam in choro in magnis solemnitatibus.

30

In provisione canonica per electionem tribunal alienum ab ipso capitulo praeferendum est (v. g. tribunal mixtum metropolitanum), supposita semper facultate Episcopi confirmandi electos.

31

Ad Capitulum Cathedrale presbyteros, absque residentiae et chori obligatione, aggregare fas sit.

32

Capitula Cathedralia, Basilicarum necnon magnorum Sanctuariorum Religiosis committantur ut iam in media aetate eveniebat et Clerus dioecesanus ministerio verbi incumbat.

33

Obligationes canonicorum commutentur in munia pastoralia.

34

Beneficiis canonicorum adnectantur nova officia in Curia dioecesana existentia vel creanda (Officium Catechisticum, Actionis Catholicae etc.) ita ut beneficium capitulare amodo tale officium ut proprium et praecipuum habeat; quod quidem supponit imminutionem et reductionem servitii choralis ad dies festos tantum; plenam libertatem quoad collationem talium beneficiorum capitularium vindicando, omnibus vinculis « iuris civitatis » — ut aiunt — ablatis; ista beneficia omnino mobilia reddantur ita ut ab his recedi possit, sive elapso tempore officiali, sive nutu Episcopi.

---

29) Giennen, Dystien.
30) Terulen.
31) Albien.
32) Tyanen.
33) Caven et Sarnen.
34) Calatayeronen.

35

Praescriptum can. 420, § 4, extendatur prudenti iudicio Ordinarii omnibus canonicis ministerio pastorali addictis, praesertim pro audiendis sacramentalibus confessionibus et pro ministerio in A. C. vel in operibus socialibus explendo.

36

Canonicis commendari possint officia apostolatus licet id secum ferat a choro per decem dies singulis mensibus abesse.

37

Canonici omnes in paroeciis ad ministerium attendant.

38

Capitulum cathedrale ne sit amplius senatus Episcopi.

39

Contra praescriptum can. 1406 § 1, 5° sufficiat professio fidei coram loci Ordinario eiusve delegato ne idem actus repetatur.

40

Numerus canonicorum Ecclesiae Cathedralis proportionatus sit ad dioeceseos amplitudinem.

41

In parvis dioecesibus capitula cathedralia viris ineptis plerumque constituuntur; videtur melius recto dioecesis regimini et administrationi consulere, si Episcopus consensu vel consilio virorum ecclesiasticorum peritorum et prudentium utatur.

---

35) Asculan Apul. et Ceriniolen.
36) Barbastren.
37) Metren.
38) Reconquisten, Nuntius Ap. in Argentina.
39) S. Sebastiani Fluminis Januarii.
40) Derthonen.
41) Monopolitan.

42

Capitula canonicorum vel supprimantur vel reducantur adeo ut onera ipsis imposita pro animarum salute determinentur.

43

Imminuatur numerus canonicorum.

44

Capitula cathedralia, ubi possibile est, ad sex canonicos reducantur.

45

Abolenda canonicorum inamovibilitas sicut illa parochorum et Episcoporum.

46

Omnes collegiatae aboleantur, quia earum reditus ad vitam non sufficiunt: praeterea plurimos sacerdotes a ministerio subtrahunt.

47

Desideratur suppressio institutionis canonicatus designatis tamen sacerdotibus vel etiam quibusdam laicis, qui consiliarii sint et demandato munere chorali viris regularibus ad hoc bene instructis ut in domo Dei decor splendeat.

48

Aboleantur capitula canonicorum excepto cathedrali.

49

Canonici simpliciter aboleantur, nam sacerdotium est maxima dignitas.

---

42) Santanderien, Granaten, Flaviobrigen, Limisen, Mindonien, Dardan, Barbastren.
43) Giennen, Carthaginen in Hispapania.
44) Taurinen.
45) Lauden.
46) Taurinen.
47) De Sahara Hispanico et Ifni.
48) Clavaren.
49) Caxien.

50

Capitula canonicorum supprimenda sunt quia a fine suo deciderunt, cultum male exercent et populus non amplius chorum frequentat, ut senatus rixas generat, nec regit dioecesim vacantem quia saepe Administrator nominatur. Ergo Capitulum non sit amplius persona moralis; chorus supprimatur; Ecclesia Cathedralis sit praecipua paroecia in dioecesi cum numero congruo coadiutorum qui possent in Solemnitatibus Officium divinum recitare quin sint in Collegio constituti; Ecclesia habeat Poenitentiarium, Concionatorem, Magistrum Caeremoniarum, Moderatorem musicae, Doctorem qui de quaestionibus iuridicis Ordinarium informare possit, etc.

51

Canonici supprimantur. In eorum loco:

a) ad cultum divinum et sacramentorum administrationem Ecclesiae cathedralis aliqua sit communitas religiosa aut sacerdotum dioecesanorum regularium;

b) Ad Assessores dioecesanos et sedem vacantem nominetur Consilium dioecesanum compositum a Vicario generali ut praeside, a Secretario, ab aliquibus Officialibus Curiae et Vicariis foraneis, et tandem a Rectore Seminarii maioris (aut, in suo defectu, minoris). Vicarii foranei nominentur praeviis oppositionibus, nisi de iis adsint qui gradus academicos acquisiverint aut aliquod notabile opus publicaverint.

52

Melius est substituere capitula cum consultoribus dioecesanis.

53

Capituli erectio in missionum locis hodie fere impossibilis est.

54

Canonicorum vestes ad simpliciorem formam reducantur.

---

50) Santanderien.
51) Laginen.
52) Tabuden, Santanderien.
53) Tsiroanomandidyen.
54) Synnaden in Phrygia, Daulien.

55

Habitus canonicorum sit uniformis pro omnibus capitulis.

56

Vestes canonicales simplificentur et uniformentur.

57

Quaenam uniformitas obtineatur in vestibus Canonicorum, saltem cum earum delatio extra dioecesim permittatur.

58

E medio tollantur omnia specialia privilegia circa Canonicorum vestes toto orbe terrarum; vanitosa ostentatio, aliquando ridicula pro nostris temporibus cesset; ne excludantur canonici omnium Basilicarum Urbis; item dicatur de specialibus privilegiis aliquarum ecclesiarum cathedralium et Episcoporum.

59

Iubilatio concedatur post 30 tantum annos.

60

Praescriptum can. 422, § 1, de iubilatione canonicorum reducatur ad annos 35 post continuum et laudabile servitium chori.

61

Quia qui olim fuerunt parochi, professores etc. a iubilatione practice excluduntur, etiam anni in aliud servitium dioeceseos peracti computentur.

B) *De obligatione chori*

1

Retineatur ac foveatur recitatio divini Officii in choro.

---

55) Daulien.
56) Caesenaten.
57) Aquen.
58) Nepten.
59) S. Sebastiani Fluminis Januarii, Giennen.
60) Asculan Apul. et Ceriniolen.
61) Abulen, Dausaren, Terulen.
1) Aegitanien.

2

Repristinetur cultus liturgicus solemnis in capitulis cathedralibus et collegialibus ad honorem Dei.

3

Pro cultu Ecclesiae Cathedralis constituatur coetus sacerdotum in cantu et praxi liturgiae valde instructorum ad nutum tamen Episcopi.

4

Dispensatio ab obligatione quotidie divina officia in choro persolvendi cultui favere non videtur.

5

Chorale servitium ad mane tantum reduci posset.

6

Pars capituli attendat cultui cathedralis quotidie, altera pars consultorum Episcopi in spiritualibus quia in temporalibus adest Concilium Administrationis. Isti canonici consultores dispensentur a choro et sint ad triennium cum cleri consensu.

7

Computetur praesentia in choro canonicis et beneficiatis qui ad ministerium attendunt iubente Episcopo.

8

Canonici qui munere moderatorum dioecesanorum adsociationum A. C. funguntur, a iure excusentur a recitatione chorali.

9

Obligatio chori reducatur ad solemniora festa. Fiat privilegiorum revisio.

---

2) Cassanen.
3) Caeciritan.
4) Troian.
5) Legionen.
6) Caesenaten.
7) Tirasonen, Terulen.
8) S. Fidei in Argentina.
9) Lucerin.

10

Servitium chorale ad solos dies festos de praecepto reducatur. Interim potestas obligandi canonicos ad scholam gratuitam in Seminario faciendam, ad catechismum impertiendum etc. concedatur.

11

Officium divinum in choro tantum diebus dominicis est persolvendum. Inconsulta S. Sede ab Episcopis dignitates capitulares conferantur et sine concursibus Canonicus Poenitentiarius et Theologus eligantur.

12

Officia in Choro ad minimum reducenda ferialibusque diebus ipsum chorum prorsus abolendum.

13

Optanda est suppressio servitii quotidiani choralis in cathedralibus et collegiatis, populus enim in diebus laboris omnino abest et canonici utiliores essent in animarum cura.

14

Eximantur a Choro qui quamlibet disciplinam in Seminario docent.

15

Canonici non praebendati eximantur a choro.

16

In aliqua patriarchali basilica extra Urbem tantum canonici et non Episcopus Auxiliaris, celebrare possunt apud altare maius. Hoc est absurdum privilegium et omnino reprobandum.

---

10) Signin.
11) Aversan.
12) Nuoren.
13) Malacitan, Dystien, Matriten, Urgellen.
14) Tirasonen.
15) Sanaven.
16) Nepten.

23. De Consultoribus

1

In can. 1406 § 1, 6° supprimatur « et coram consultoribus » ne idem actus repetatur.

2

Aboleatur capitulum canonicorum et consultores dioecesani instituantur in omni dioecesi.

3

Consultores constituantur non necessario canonici.

24. De Vicariis Castrensibus et de Cappellanis militum

1*

Definiatur positio iuridica Ordinariorum Castrensium, praecipue relate ad locorum Ordinarios.

2*

Documenta generalia, nempe « De Vicariis Castrensibus » et « ad Sacra Limina » digna sunt quae in Concilio vel saltem in Codice locum praestantiorem inveniant, additis quibusdam privilegiis.

3*

Vicarius Castrensis si non solummodo Episcopus militum ut in Italia saltem non sit Episcopus residentialis urbis principis: habeat tamen in urbe principe suum Vicarium Generalem; bello exorto Vicarius Generalis nominetur Episcopus Castrensis.

---

1) S. Sebastiani Fluminis Januarii.
2) Caxien, Sidetan.
3) Derthonen, Hadrianien in Hellesponto.

1*) S. Pauli in Brasilia, Brian, Attuden, Lauzaden, Chalciden in Syria.
2*) Sionen.
3*) Madyten.

4

Status iuridicus Cappellanorum militum definiatur etiam quoad eorum obligationes Ordinario loci.

5

Militum Cappellani non semper bene se gerunt, ergo maior ex parte locorum Ordinarii vigilantia necessaria est una cum maiore severitate ex parte Vicariorum Castrensium.

25. DE VICARIIS FORANEIS

1

Ampliores facultates concedantur Vicariis Foraneis.

2

Maiorem exerceant auctoritatem Decani et Vicarii Foranei, qui per frequentes visitationes et inspectiones parochorum et operum adamussim de rebus materialibus et diversis associationibus debent sese informare.

3

Vicariorum foraneorum auctoritas firmetur non solum quoad res administrationis, sed etiam quoad res pastorales et spirituales. Quae iam facta sunt, in Codicem transeant.

4*

Addatur in can. 448 § 3: « Curet Vicarius Foraneus ut parochi sui districtus frequenter communem habeant collationem de rebus suarum paroeciarum, quas quodammodo in solidum administrandas habent, ita ut unusquisque ab aliis adiuvetur sive in praedicatione verbi Dei, sive in Sacramentis administrandis aliisque necessitatibus cultus et apostolatus, in rebus spiritualibus et temporalibus et vinculo amicitiae ad invicem ligentur ».

---

4) Pembroken.
5) Hadrianopolitan in Haemimonto.
1) Fidentin, Mechlinien, Febianen.
2) Burdigalen.
3) Bisuntin.
4*) Cusien.

5

In conventibus Vicariatus foranei quaedam statuantur, quae, Episcopo approbante, vim obligandi omnes parochos habeant.

6

Episcopi, quisque in sua Dioecesi, Vicarios foraneos consulere non omittant, ut in cura animarum et erroribus refellendis una sit eademque agendi ratio.

7

Saltem quotannis Episcopi congregent Vicarios foraneos ut videant ac statuant quid agendum pro bono fidelium spirituali augendo.

26. De Parochis

A) *De reformatione paroeciarum*

1

Revisioni subiiciatur notio paroeciae et reformetur legislatio de parochis.

2

Restauretur momentum et excellentia paroeciae et vitae paroecialis.

3

Videatur utrum paroeciae, sicut nunc habentur, hodiernis fidelium necessitatibus, respondeant, potissimum in urbibus maioribus.

---

5) Tarraconen, Dalisanden in Isauria.
6) Thignicen.
7) Saniüenen.
1) Colophonien, Vicen, Albasiten, Valentin, Huelven, Valleguidonen, S. Flori, Engolismen, Valentinen, Panormitan, Fidentin, Assisien, Nepesin et Sutrin, Teramen et Atrien, Consentin, Antiochen Maronitarum, Gibuten, Edmundstonen, Sup. Gen. Congr. Cist. Italiae, Sup. Gen. O. F. M. Cap.
2) Yakimen, Spokanen.
3) Manchesterien.

4

Omnibus modis conandum esset ut paroeciae nimis magnae dividantur. Mens enim et spiritus Ecclesiae est ut paroeciae non sint nimis magnae. Oportet enim ut quaelibet ovis christiana sit cognita a suo pastore.

5

Specialis detur consideratio ad problemata specialia magnarum paroeciarum in civitatibus modernis, quae non facile, ob varias rationes, dividi possunt.

6

In maximis urbium domibus cappellae sat simplices erigantur.

7

Cum in urbibus hodie construantur magna aedificia in quorum singulis habitat notabilis numerus familiarum, bonum esset si pars alicuius eorumdem aedificiorum destinatur, pretio soluto, ad cultum divinum et ad officia paroecialia.

8

Sociales structurae antea in domicilii territorialitate fundatae locum cedunt aliis structuris socialibus ex professione, negotio, cultura, etc. dimanantibus; ergo ordinationis territorialis paroeciarum revisio desideratur.

9

Nonne utile erit erigere paroecias personales?

10

Instituantur sic dictae « Parrocchie professionali ».

---

4) Sup. Gen. O. P.
5) Spocanen, Chicagien.
6) S. Fidei in Argentina.
7) Sup. Gen. O. P.
8) Huelven.
9) Legionen.
10) Tridentin, Verulan et Frusinaten.

11

In dies animadvertitur necessitas erigendi paroecias non territoriales. Quapropter abrogari deberet limitatio § 4 can. 216 vi cuius requiritur speciale indultum apostolicum ad erigendam paroeciam non territorialem.

12

In magnis urbibus vita paroecialis, sicuti nunc est ordinata, difficilis redditur ob exigentias activitatis professionalis fidelium. Ideoque requiritur revisio conceptus « paroeciae territorialis ».

13

Paroeciae personales erigantur ubi fidelium origo ac lingua diversae sunt.

14

Examini subiciantur iura et privilegia paroeciarum nationalium cum conditiones et necessitates valde mutatae sint.

15

Paroecia maneat sed adsint etiam cappellani in Universitatibus, in officinis, etc.

16

Conveniens esset mutare conceptum beneficialem paroeciae.

17

Paroecia beneficium amplius non sit.

18

Omnes Ecclesiae sint paroeciales.

---

11) Acheruntin.
12) Docleen.
13) Tingitan.
14) Petropolitan in Insula Longa, S. Pauli de Minnesota, Ephesin.
15) Sebastopolitan in Abasgia.
16) Flaviobrigen, Polyboten.
17) Reconquisten.
18) Circesien.

19

In posterum Ecclesiae quae non sint paroeciales, ne erigantur.

20

Iura quaesita beneficiorum curatorum restringantur.

21

Dismembratio a S. Sede promoveatur earum paroeciarum, quae in civitatibus nimia plebe constant, ut efficacior fiat cura fidelium.

22

Causae pro divisione et dismembratione paroeciarum debent ampliari.

23

Canonicae causae pro divisione et dismembratione paroeciae non eae tantum sint quae can. 1427 § 2 exponuntur, sed Episcopo diiudicandum committatur utrum bonum spirituale fidelium ac utilitas Ecclesiae immutationem suadeant an non.

24

Praescriptum can. 1427 § 2 C. I. C. sic mutatum legatur: « Causa divisionis aut dismembrationis paroeciae gravis esse debet, quod evenit in primis, si aut magna sit difficultas accedendi ad ecclesiam paroecialem aut nimia sit paroecianorum multitudo ».

25

Divisio paroeciarum saepe pernecessaria videtur, cum multi fideles nullum habeant contactum cum suo parocho et ipsi parochi, praesertim in magnis civitatibus, non possint cognoscere et curare de bona administratione paroeciae et de necessitate fidelium.

---

19) Esmeralden.
20) Rivi Nigri, Riopreten, Altaven, Tanitan.
21) Albae Pompeien.
22) Hagulstaden et Novocastren, Bracharen.
23) Bredan.
24) Colonien.
25) Pergen.

26

Magnae paroeciae dividantur.

27

Ne nimia sit paroecianorum multitudo.

28

In erigendis paroeciis caveatur ne numerus fidelium iisdem commissorum excedat possibilitatem administrationis pastoralis effectivae.

29

Feliciter increscit opinio assignans cuilibet paroeciae non plus 10.000 animarum, secus vita paroecialis impossibilis est.

30

Ut bono spirituali fidelium consulatur, paroeciae ne excedant quinque vel sex millia animarum.

31

Numerus animarum in paroeciis, si fieri potest, non excedat 5.000 milia.

32

Fines paroeciarum iidem sint ac fines pagorum vel civitatum.

33

Cura parvarum paroeciarum ruris committatur communitati centrali sacerdotum, quorum unusquisque bis in hebdomada aliquam determinatam peroeciam visitabit.

---

26) Cochabamben.
27) Tabuden, Celsonen, Albasiten, Dardan, Huelven, Neven, Czestochovien, Thuggen.
28) Novae Aureliae, Ephesin.
29) Zeliten, Synnaden in Phrygia.
30) Sup. Gen. Fr. Tert. O. S. Fr. Capul. B. M. V.
31) Abulen, Dausaren.
32) Aleppen Maronitarum.
33) Docleen.

34

Sacerdotes ruri laborantes in ratione vitae communis adunentur.

35

In locis ubi paucitas est clericorum, qui sunt apud Vicarium Foraneum in unum congregentur et in solidum ipsis cura omnium paroeciarum commendetur.

36

Paroecia efformari deberet ex variis oppidis, nunc paroeciis, et sub parochi auctoritate laborare deberet coetus clericorum qui in aliquibus casibus convivere potuissent.

37

Parvae paroeciae uniantur.

38

Parvae paroeciae uniantur sub unico parocho cum aliquibus coadiutoribus, in casu « lo Stato manterrà inalterato il trattamento economico dovuto a dette parrocchie » (art. 18 del Concordato).

39

Paroeciae 100 animarum supprimantur.

40

Ne erigantur paroeciae nimis parvae pro Actione Catholica.

41

Paroeciae rurales in unam principaliorem uniantur.

---

34) Lugdunen.
35) Dianen, Albae Pompeien.
36) Tarraconen.
37) Sebastopolitan in Abasgia, Laodicen.
38) Vercellen, Thessalonicen.
39) Zipaquiren.
40) Dioclean.
41) Lugdunen, Myrinen.

B) *De iuribus et officiis parochorum*

1

Tutius et expeditius esset pro ministerio parochi recenter designati, si potestas ordinaria illi iam officiali nominationis notificatione conferretur, ante canonicam possessionem, speciatim in administratione sacramentorum poenitentiae et matrimonii.

2

Nulla videtur ratio cur clericus post studia in Seminario peracta, antequam ad officium parochi promoveatur examen doctrinale subire debeat.

3

In electione parochorum aliquid valeant laici.

4

Maior auctoritas tribuenda videtur parocho super omnes sacerdotes paroeciae ad refrenandam nimiam libertatem.

5

Addatur can. 462 quod parochus curare debet Consociationes.

6

Can. 467, 468 quam maxime urgeantur.

7

In paroeciarum negotiis potius pastoralibus ministeriis quam administrationi vacandum esse videtur.

---

1) Suessionen.
2) Londonen.
3) Dardan.
4) Pacten, Argen.
5) Caesenaten.
6) Dioclean.
7) Guadalajaren.

8

Paroecialis vitae sensus inter fideles restituatur ac foveatur.

9

Parochi per diaconos temporalia administrent ita ut vitae apostolicae totaliter se tradere possint.

10

Habeatur in unaquaque paroecia laicorum consilium pro recta paroeciae administratione.

11

Paroecia modo magis missionario ordinanda videtur.

12

Opportunitas apostolica paroeciarum confirmetur et in luce ponatur, et necessitas paroeciis, saltem pluribus coadunatis, annectendi operas vel Actionis Catholicae industrias renuntietur. Tamen parochorum obligatio urgeatur laborandi modo coadunato cum aliis vicinis, sub auctoritate Episcoporum et vicariorum forensium.

13

Invitentur parochi et omnes qui in munera paroecialia incumbunt, ut vitam communem ducant, atque leges ferantur ad hoc melius efficiendum.

14

Parochi laborent ut negotia paroecialia dilatentur ad novos apostolatus campos et ad opera socialia caritatisque congruenter aptata.

15

Parochus nullo modo exhauriat suam activitatem intra parietes templi, ne actus cultus appareant praecipui.

---

8) Guadalajaren, Medellen, Laetitiae, Culiacanen.
9) Oruren.
10) Gibuten.
11) Succursen et S. Aegidii.
12) Burdigalen.
13) Brittinorien.
14) Ruben et Bituntin.
15) Maracaiben.

16

Can. 1349 § 1 emendetur ita ut missiones paroeciales quolibet saltem triennio regulariter habeantur.

17

In omnibus paroeciis, tertio quoque anno habeantur missiones populares vel exercitia spiritualia.

18

In omnibus paroeciis exercitia spiritualia quotannis habeantur.

19

In omnibus paroeciis bibliotheca popularis catholica habeatur.

20

Usus uberior adhibeatur mediorum modernorum « technicorum » ad opiniones et sententias verae Ecclesiae diffusius disseminandas.

21

Inter officia pastorum animarum includatur onus visitandi singulas paroecianorum domus.

22

Visitatio familiarum peroeciae facienda est, in quantum fieri potest, ab ipso parocho eiusque vicariis cooperatoribus quolibet triennio.

23

Omnis paroecia habeat suam domum paroecialem.

24

Can. 470 § 3 simpliciter abrogetur propter laborem et inutilitatem.

---

16) Novae Aureliae.
17) Aguariccoen.
18) Guayaquilen, Coptitan.
19) Guayaquilen, Coptitan.
20) Grandormen.
21) Dalisanden in Isauria, Dublinen, Neven, Thuggen.
22) Novae Aureliae, Seteen, Spokanen.
23) Verulan et Frusinaten.
24) Huajuapamen.

25

Reformetur can. 470 § 3: sufficiat exemplar ad curiam transmittere cum liber unusquisque absolvitur, non vero in fine cuiusque anni.

26

De inscriptionibus et notificationibus ad personarum statum religiosum spectantibus formulae multiformes inveniuntur; nonne unum schema a peritis extructum ubique valens operam uniuscuiusque scribentis aut legentis securiorem redderet?

27

Statum animarum accurate parochi conficiant etiam pro acatholicis.

28

Secretariatus pro statisticis in omnibus paroeciis instituatur.

29

Parochi uti possint omnibus benedictionibus quae in Rituali sunt.

30

Omnes parochi gaudeant privilegio Altaris Portatilis, et ara ab antimensio suppleatur.

31

Omnibus paroeciis extendatur indulgentia « portiunculae ».

32

Urgeatur observantia legis residentiae.

33

Lex residentiae activae pro parochis inculcetur.

---

25) S. Sebastiani Fluminis Januarii.
26) Constantinian.
27) Rhizaean.
28) Rivibamben.
29) Managuen.
30) Metren.
31) Huajuapamen.
32) Gindaren.
33) Zamoren.

34

Residentia strictius obliget parochos, nam indecorum est quosdam in propria ecclesia per totam hebdomadam numquam celebrare.

35

Clarius significetur in can. 465 oportet tempus absentiae quod permittitur parocho ne per maximam partem cuiusve diei durante anno permittatur eidem a paroecia discedere, salvo speciali officio ab Ordinario ei commisso.

36

Normae de residentia parochorum temperentur, attentis conditionibus locorum ad montes, ob imminutionem fidelium.

37

Episcopi potestas amplior sit, ita ut, iusta de causa, a residentiae obligatione dispensare valeat in parvis paroeciis degentes, eisque uti in aliis officiis.

38

Numerus Missarum pro populo reducatur.

39

Semel in mense parochus Missam pro populo applicare teneatur.

40

Parochorum onus Missam pro populo applicandi minuatur, vel saltem diebus festis suppressis, penitus tollatur.

41

Solummodo diebus dominicis et festis de praecepto Sacerdotes Missam pro populo applicare teneantur.

---

34) Urbinaten, Apuanien.
35) Bruklynien.
36) Montis Regalis in Pedemonte, Cerrarum.
37) Viterbien et Tuscanien.
38) Celsonen, Segobien.
39) Giennen.
40) Bergomen, Mediolanen.
41) Thuggen, Trocmadian, Jotan, Daulien.

42

Parochus, vel qui eius vices gerit, habeat facultatem dispensandi ab impedimentis et iurisdictionem extra limites suae paroeciae ad celebranda matrimonia dum visitat dissitos pagos.

43

Parochis concedatur facultas dispensandi super impedimenta consanguinitatis communiora.

44

Vita religiosa etiam in paroecia est adhuc plane individualis.

45

Sine administrativae divisionis perturbatione, necesse est minui fractiones et dissensiones et constitui cooperationis instrumenta.

46

Cum non raro audiantur theoriae de vita paroeciali, quae paroeciam perhibent non tantum medium aptissimum sanctificationis animarum, sed fere finem in se, ita ut nihil extra auctoritatem paroeciae moliri liceat, rectius describantur partes paroeciae, quo operibus et actionibus « interparoecialibus » immo et « interdioecesanis » et « internationalibus » debitus locus concedatur et necessaria libertas actionis, sub altiore auctoritate, sarta tecta servetur.

47

Maior unio animorum et operum promoveatur inter paroecias divitiores et pauperes.

48

Necessitudo mutua paroeciarum et verbis commendetur et affirmetur re sive quoad sacerdotes sive quoad apostolatus media.

---

42) Caxien.
43) Chillanen.
44) S. Ioannis a Missionibus, Nunt. Ap. in Bolivia.
45) Dorylaën.
46) Sup. Gen. Soc. Iesu.
47) Sup. Gen. Ord. Bas. S. Ios.
48) Buscoducen.

49

Certis terminis circumscribantur praesumptae praerogativae parochorum qui impediunt uniformem ac concordem activitatem pastoralem in dioecesi.

50

Iubilationis obligatorietas inseratur in C. I. C. etiam pro parochis.

51

Parochus paroeciam ex iure ne habeat post 70 annos aetatis.

C) *De inamovibilitate parochorum*

1

Reformetur lex de inamovibilitate parochorum.

---

49) Hadrianien in Hellesponto, Goritien.

50) Zacatecen, Sanaven, Antofagasten, Chillanen, S. Philippi, Nicomedien.

51) Mossoren.

1) Insulen, Constantien, Bituricen, Senonen, Foroiulien ac Tolonen, Massilien, Antiochen parvus, Engolismen, Otroënus, Treviren, Dagnen, Limburgen, Eystetten, Vindobonen, Maroneus, Macren, S. Hippolyti, Lincien, Metellopolitan, Rottenburgen, Salisburgen, Basileen et Luganen, Beograden, S. Galli, Ombitan, de Sahara Hipanico et Ifni, Tananariven, Guluen, Mopoien, Neocastren, Aliphan, Massan, Caven et Sarnen, Triventin, Ferrarien, Pisan, Eporedien, Aversan, Anglonen-Tursien, Perusin, Victorien Venetorum, Civitatis Castelli, Civitatis Castellanae Hortan et Gallesin, Lunen, Oppiden, Hieracen-Locren, Othieren, Bergomen, Montis Casin, Mantuan, Fodian, Turritan, Catacen et Squillacen, Aquilan, Mutinen, Arianen, S. Severini, Eutymen, Vartanen, Comaclen, Pacten, Callien et Pergulan, Mutinen, Aquen, Lucerin, Urbevetan, Medelitan, Comen, Tiburtin, Sarsinaten, Forosempronien, Polycastren, Pompeian, Caven, S. Luciae, Maceraten et Tolentin, Brixinen, Recineten, Bobien, Asculan in Piceno, Hipponen, Cremen, S. Severinae, Bovinen, Collen, Gallipolitan, Rossanen, Pinerolien, Valven et Sulmonen, Verulan et Frusinaten, Melphien, Tridentin, Ragusien, Messenien, Hydruntin, Tarvisin, Salernitan, Montis Alti et Ripan, Derthonen, Messanen, Rhegien, Senogallien, Siten, Nucerin Paganorum, Philippen, Fesulan, Nicosien, Troian,

2

Inamovibilitas parochorum penitus tollatur.

3

Aboleatur inamovibilitas parochorum. Notio beneficii eccl. quod devenit res propria cuiusdam sacerdotis, et notio stabilitatis in officio sunt inter causas, quae saecularem clerum a spiritu paupertatis submovent.

Consultatio examinatorum aut consultorum synodalium, qui de facto, extra Curiam electi, vera competentia raro fruuntur, apparet onerosa et pro auctoritate Episcopi satis formidolosa. Recursus posset institui tantummodo ad Metropolitam, aut, si agatur de Metropolita, ad alium Archiepiscopum designatum.

4

Parochi sint amovibiles cum determinatione causarum pro beneficii privatione.

Bononien, Albanen, Venetiarum, Caesenaten, Fossanen, Andrien, Placentin, Parmen, Serren in Macedonia, Fidentin, Carpen, Regien in Aemilia, Truxillen, S. Dominici Novem Julii, Colimen, Azulen, S. Nicolai de Los Arroyos, Afogaden de Ingazeira, Patavin, Liburnen, Apuanien, Uxellen, Stauropolitan, Nuntius in Haiti, Tarsen, Sup. Gen. O. F. M. Cap.

2) Tsiroanomandidyen, Dinien, Baionen, Bisuntin, Tutelen, Montis Regalis, Neapolitan, Terracinen Privernen Setin, Acheruntin, Reatin, Syracusan, Calatanisiaden, Calven et Theanen, Cassanen, Lycien, Thelesin, Urbinaten, Aesin, Marsorum, Tranen et Barolen, S. Agathae Gothorum, Hierapolitan in Syria, Campanien, Nucerin et Todinen, Taurinen, Aquinaten Soran Pontiscurvi, Boianen-Campobassen, Nepesin et Sutrin, Drepanen, Platien, Cariaten, Pinnen-Piscarien, Teramen et Atrien, Auximan et Cingulan, Mazarien, Cerrarum, Ventimilien, Brundusin, Soanen-Pitilianen, Tampicen, Rhoinen, Mexican, Viten, Poncen, Manizalen, S. Caroli Ancudiae, Caxien, Goianien, Leontopolitan, Manizalen, Portus Montt, Reconquisten, Augustan, Brittinorien, Muran, Internunt. Ap. in Iran, Sup. Gen. Mission. S. Ioseph, Sup. Gen. Mission. Scheut.

3) Burdigalen.

4) Uxentin, Livien, Ariminen, Nuoren, Ampurien-Templen.

5

Inamovibilitatis lex reformetur ita ut Episcopus, in casu necessitatis et debitis sub conditionibus, quam maxime expedite agere possit.

6

Abrogetur praesens parochorum inamovibilitas, vel saltem facilior reddatur, ubi necessaria, remotio.

7

Inamovibilitas parochorum minus idoneis minusque dignis plerumque favet. Episcopus qui semel processum confecerit non facile iterum faciet propter infinitas molestias.

8

Omnes clerici aliquam iustam ac rationabilem stabilitatem officio obtineant, tamen omnes, iustis de causis et de consensu vel de consilio consultorum, ab uno officio ad aliud officium libere transferri possint.

9

Inamovibilitas abroganda. Satis ducitur simplex processus privatus Episcopi, cum probationibus obsignatis presbyterorum duorum dioecesis haud dubiis.

10

Inamovibilitas officiorum ecclesiasticorum, praesertim parochorum, supprimatur.

---

5) Nolan, Acheruntin, Nursin, Theatin, Feretran, Bugellen, Cuneen, Vallen in Lucania, Firman, Myndien, Philippopolitan in Arabia, Cortonen, Dianen, Albae Pompeien, Assisien, Germenen in Galatia, Lancianen et Ortonen, Baren, Bosanen, Veronen, Brixien, Caesarien in Mauretania.

6) Sabinen et Mandelen.

7) Interamnen et Narnien.

8) Savonen, Lauden, Biturgen, Hadrianien in Hellesponto.

9) Aesernien et Venafren.

10) Tuden, Hispalen, Abulen, Tabuden, Celsonen, Dalisanden in Isauria, Dausaren, Civitaten, Victorien, Doaren, Lomzen, Daulien, Leopolien Latinorum, Sedunen, Gaudisien, Spalaten et Macarscen.

11

Opportunum videtur pro fidelibus bono ut parochi amoveri possint ad nutum Episcopi.

12

Parochi amovibiles reddantur « ad nutum Episcopi ».

13

Circa inamovibilitatem beneficiorum, Ordinarius, salvis vitae necessitatibus, maiori gaudeat apostolica libertate in mutationibus gerendis.

14

Episcopi expeditius possint et parochum imperitum deponere et illum ad aliam paroeciam vel ad aliud officium transferre.

15

Episcopi gaudeant ampliore potestate ut expeditius providere possint populi necessitatibus.

16

Renuentia in Actione Catholica instituenda sufficiens causa sit remotionis.

17

Parochi nominentur ad tempus vel ad nutum Episcopi aliter amotio necessario secumfert aliquod stigma cuiusdam diffamationis ipsius sacerdotis.

18

Omnes parochi ad nutum Episcopi nominentur, eorumque remotio ob indignitatem fieri possit ab eodem, tantum audito Consilio de Cleri disciplina.

---

11) Evansvicen, Londonen, S. Mariae Ormen, Naissitan, S. Bonifacii.
12) Piscien.
13) Isclan.
14) Versalien, Baiocen, Albien, Argentinen, Petrocoricen.
15) Vapincen, Irenopolitan in Cilicia, Rhemen, Ambianen, Catalaunen, Bellovacen, Andegaven, Spiren, Aquisgranen, Essendien, Eminentianen, Colonien, Passavien.
16) Jericoën.
17) S. Andreae et Edimburgen.
18) Algaren.

19

Videtur conveniens parochorum facilior remotio.

20

Amotio parochorum facilior evadat.

21

Episcopi parochos iusta de causa sine ullo processu removere possint a paroeciis.

22

Inamovibilitatis lex ita reformetur, ut Episcopus, de consensu cuiusdam commissionis, illos possit facilius ad aliam paroeciam vel officium transferre.

23

Facilius possit Episcopus procedere ad remotionem sacerdotis a beneficio cum in periculum vergit salus animarum, salva obligatione eidem procurandi quae necessaria sunt ad sustentationem.

24

Amplior sit Episcopi potestas amovendi vel transferendi parochos sine processu. In plurimis enim casibus processus odiosus videtur et saepe ex ipso oritur scandalum.

25

Inamovibilitatis mitigatio prodest animarum bono et efficit ut processus canonici vitentur, qui saepe scandalum vel saltem admirationem fidelium suscitant.

---

19) Zeliten, Legionen, Tarraconen, Zamoren, Vicen, Pampilonen, Asturicen, Dardan, Camulianen, Letopolitan, Polyboten, Westmonasterien, Mechlinien, Botrianen.

20) Sup. Gen. Marist.

21) Thignicen, Verapolitan, Trivandren Lat., Urusitan, Quilonen, Kottaren, Vijayapuramen, Coccinen, Allepeyen, Hyderabaden.

22) Clodien.

23) Quebecen.

24) Nemausen.

25) Catanen, Montis Regalis in Pedemonte, Novarien.

26

Frequentes translationes parochorum « ad nutum », animarum detrimentum gignunt, quapropter parochi nominentur saltem ad triennium.

27

Concedatur nominatio parochorum ad triennium vel ad quinquennium, quia parochi nominati saepe carent qualitatibus pastoralibus.

28

Videtur omnino introducenda omnium parochorum amovibilitas ac periodica (sexto quoque anno) eorumdem translatio ad aliam paroeciam sive mansionem, necnon eorum quiescentia ab officio anno 65 expleto; qui aetatis limes, Ordinarii iudicio, opportune produci poterit.

29

Stabilitas parochorum ultra decem annos ne protrahatur.

30

Ad maximum decennio transacto in eadem paroecia parochus alio est transferendus.

31

Processus ad parochum removendum simplicior fiat.

32

Simplificetur modus procedendi in amotione inamovibilium parochorum, praesertim possibilitas recursus parochi amovendi ad S. Sedem abrogetur, ad summum recursus ad Metropolitam concedatur.

33

Ubi fieri potest, efficiantur promptiores executiones ad parochorum amovibilitatem inhaerentes.

---

26) Hadrianopolitan in Haemimonto
27) Poncen.
28) Nuscan.
29) S. Dominici Novem Julii, Caxien.
30) Nuoren.
31) Acheruntin, Preslaven.
32) Secovien.
33) Ruben et Bituntin.

34

Modus procedendi in remotione parochorum inamovibilium laxetur, cum hodierna praxis nimis diuturna sit et curae animarum hac ex causa non raro noceat.

35

Lamentatur diuturnitatem et inefficaciam processuum apud S. C. Concilii cum maximo animarum damno et scandalo.

36

Can. 475, § 4 addatur § 5: « Cum autem pastoralis sollicitudo omnibus aliis argumentis anteponi debeat, si datur una ex causis de quibus can. 2147 tractat, post visitationem episcopalem, iuxta can. 344 § 1, visitator, quin ad normam can. 2147-2161 procedat, potest parochum ad renuntiationem intra certum tempus faciendam invitare. Quod si parochus non renuntiaverit, Episcopus, audito capitulo, decretum amotionis ferre poterit, et ab eius decreto dabitur recursus in devolutivo tantum, iuxta can. 345, ita ut, contra can. 2146 § 3, Ordinarius, pendente recursu, alii paroeciam conferre valide possit. Post renuntiationem vel amotionem, servetur de cetero can. 2154 ».

37

Expleto 70 aetatis anno, parochi non amplius sint inamovibiles.

38

Iubilatio parochorum habeatur ad 75 annum aetatis salva confirmatione ad triennium ab Episcopo facta.

39

Parochorum iubilationi determinata aetate providendum esset salva confirmatione Ordinarii.

---

34) Salisburgen.
35) Alatrin.
36) Hephaestien.
37) Mediolanen.
38) Tuden.
39) Synnaden in Phrygia.

40

Paroeciae parvae et remotae, in montanis sitae, ne sint paroeciae inamovibiles, quia ibi omni quadriennio nova provisio consulenda est, ne parochi solitudine tabescant.

41

In urbibus praesertim dismembrandae sunt paroeciae nimis amplae.

42

Sacerdotes omnes parati sint ad ministeria varia solo iussu superioris implenda intra limites propriae dioecesis. Unde inamovibilitas parochi et autonomia paroeciae reformentur.

43

Si delictum, a parocho commissum, certo Ordinario constat, quod tamen iuridice comprobari nequit et grave inde scandalum subsecutum fuerit, tunc Ordinarius, ex informata conscientia, illum temporaliter removere seu ab officio suspendere possit ad normam can. 2186 et 2187.

44

Religiosi quasi-parochi tam facile amoveri non possint, contra placita Superiorum Ordinum vel Congregationum.

45

Omni inamovibilitate remota statuatur alterna translatio parochorum a montibus ad planum et viceversa, determinetur a Commissione Dioecesana summa quam parochus in plano determinato parocho in monte tradere debeat.

---

40) Secovien.
41) Thignicen.
42) Arcen.
43) Citharizen.
44) Cissitan.
45) Philippen.

46

Parochi etiam inamovibiles quinto vel decimo quoque anno absque processu iuridico transferantur.

27. De Vicariis Paroecialibus

1

Agatur de curatiis in perpetuum vel non in perpetuum erectis, necnon de obligatione curatorum trium generum quoad applicationem Missae pro populo. (NB. Includit ex A. A. S. 1919 p. 46-51: Vratislavien: Missae pro populo, et Kirchliches Amtsblatt – 13/IV/1935).

2

Vicaria paroeciali constituta, determinentur iura rectoris eiusdem.

3

Melius determinetur potestas Vicarii substituti qui « infra hebdomadam » paroeciam administrat (can. 465).

4

Necessaria est revisio legislationis de Vicariis Cooperatoribus.

5

Oporteret Vicarium Coadiutorem participem fieri potioris responsabilitatis et participationis in cura animarum, immo et ipsi permittere amplius consilium et facultatem decisionis et consequenter ampliorem etiam participationem in emolumentis.

6

Amplius patefiant facultates Vicarii Cooperatoris.

---

46) Jaffnen.
1) Caesarien in Numidia.
2) Tabuden.
3) Medellen.
4) Legionen, Aurien, Tirasonen.
5) Zeliten.
6) Asculan Apul. et Ceriniolen.

7

Sacerdotes a suo Ordinario approbati, facultates ministeriales in universa Ecclesia exercere possint.

8

Extendatur status iuridicus vicarii cooperatoris qui a pluribus annis e. g. viginti quinque parochum in ministerio paroeciali adiuvit.

9

Clarius significentur verba « munere antiquiorem » in can. 472, n. 2.

10

In can. 472, n° 2 statuitur ut, vacante paroecia ante vicarii oeconomi nominationem vicarius cooperator interim paroeciae regimen assumat. Si parocho datus fuit vicarius adiutor, consentaneum est ut hic adiutor interim regimen paroeciae assumat.

11

In can. 472, n° 2, habetur: « si omnes aequales, munere antiquior ». Dubium manet, num « munere antiquior » sit, qui in hac paroecia ante ceteros cooperatores nominatus est, aut is, qui generaliter prior cooperator vel in alia paroecia fuerit.

12

In can. 474 addatur: « can. 465, 4, 5, 6 ».

13

Addatur can. 476 § 3 quod in vicariorum remotione parochum audire necesse est.

---

7) Jericoën.
8) Citren.
9) Bruklynien.
10) Fulden.
11) Fulden.
12) Rhoinen.
13) Zacatecen.

14

Sacerdotes saeculares qui de Episcopi mandato Missiones vel Exercitia Spiritualia praedicant, iisdem privilegiis fruantur quibus missionarii religiosi uti consueverunt.

15

Moderator Apostolatus Orationis pendeat tantum ab Episcopo.

16

Sacerdotes qui ministerium exercent in locis dissitis, polleant facultatibus Congregationum Missionariorum.

17

Sacerdotibus omnibus facultas concedatur sibi suisque familiaribus eligendi in confessarium simplicem sacerdotem non approbatum ab Ordinario loci.

18

Ne concedantur sacerdotibus privilegia quae Episcopi non habeant.

19

Multae reservationes circa benedictiones Ritualis aboleantur.

20

Simplex sacerdos possit etiam erigere Viam Crucis.

21

Simplex sacerdos possit benedicere unico signo crucis imagines Crucifixi, Rosaria, etc.

---

14) Camagueyen.
15) Sanaven.
16) S. Ioannis a Missionibus, Cochabamben.
17) S. Antonii de Balsas.
18) Yucatanen.
19) Tegucigalpen, Camagueyen, Tanitan, Altaven, Rivi Nigri, Riopreten, Limonen, Jericoën.
20) Sanaven, Montisvidei, Jericoën, Lagen, Euroeen in Epiro, Chillanen, Joinvillen.
21) Joinvillen, Sanaven, Montisvidei.

22

Omnis sacerdos possit in periculo mortis B. M. V. Scapularem imponere, etiam formula breviori adhibita.

23

Facilius concedatur sacerdotibus altare portatile, etiam utilitatis vel devotionis causa.

24

Potestas et iura quae in Can. 1044 conceduntur, tradantur etiam Vicariis Cooperatoribus.

25

Sacerdotibus omnibus concedantur facultates quibus religiosi pollent.

26

Omnes sacerdotes in mari celebrare possint.

27

Vicariis Cooperatoribus extendatur facultas administrandi sacramentum Confirmationis.

28

Vicariis Cooperatoribus stipendium a parochis tribuatur.

29

Stipendium Vicariorum determinetur ab Episcopo.

30

Cappellanis, in pagis sitis in territorio paroeciae, qui de facto veri Vicarii Cooperatores sunt, aequum stipendium a parocho solvatur.

---

22) Leucen.
23) Colimen.
24) Novae Aureliae.
25) Chillanen, Caxien, Rivi Nigri, Riopreten, Altaven, Tanitan.
26) Managuen.
27) Asculan Apul. et Ceriniolen.
28) Taurinen.
29) Caesenaten.
30) Taurinen.

31

Remuneratio sacerdotibus concedenda qui per viginti quinque annos vel plures vicarii cooperatores fuerunt.

32

Post decem annos vicariatus, omnibus vicariis beneficium adsignetur.

33

Definiantur iura et privilegia sacerdotum catechistarum.

34

Quisque Episcopus suos sacerdotes ad iuventutem erudiendam cum maiore parsimonia deputet, ne multi in gymnasiis congregati munera parum suo sacerdotio consonantia assumere debeant.

35

Prohibeatur sacerdotibus materias profanas docere in publicis scholis.

36

In collegiis sacerdotes magis officio sacerdotali quam magisteriali in rebus humanis insistere deberent, quia pro his officiis laici sunt.

28. De Cleri Auxiliaribus

1

Solvatur problema de cleri auxiliaribus in temporalibus atque in secundariis apostolatus.

---

31) Corporis Christi.
32) Taurinen.
33) Sinianden.
34) Rabaten.
35) Attuden.
36) Vicen.

1) Venetiarum, Callien et Pergulan, Lucerin, Mutilen, Sarsinaten, Cremen, Collen, Tarvisin, Medelitan, Caesenaten, Assisien, Fodian, Drepanen, Cariaten, Teramen et Atrien.

2

Ob penuriam sacerdotum, Concilium ponderet quomodo sacerdotes in muneribus obeundis recte ab aliis iuvari possint.

3

Ob parvum numerum sacerdotum, necessarium est ut sacerdotes tantum sacerdotalia munera obeant et relinquantur aliis, sive aliquo ordine insignitis sive non, officia quae non requirunt absolute presbyteratus ordinem.

4

Officia ac ministeria non stricte sacerdotalia laicis viris committantur.

5

Magistros catholicos instituere oportet qui sacerdotes in magisterio substituant.

6

Instituta saecularia huius temporis in auxilium cleri pro rebus temporalibus et actuositatibus apostolicis levioris momenti adhibeantur, eorum constitutiones ad hoc aptando.

7

Viri ecclesiastici ita in vitae usu erga Ecclesiarum ministrantes se gerant ut revera debitis subsidiis ipsis provideant ex caritate, iustitia commutativa et sociali.

29. De Cura Animarum

A) *De notione « curae animarum »*

1

Emendetur conceptus ministerii, ad essentiales functiones sacras illud reducendo, quasdam obligationes cultuales minuendo,

---

2) Catacen et Squillacen.
3) Tricaricen.
4) Ariminen, Theatin.
5) Afogaden de Ingazeira.
6) Boianen-Campobassen.
7) Guadalajaren.
1) Burdigalen.

vitam peroecialem melius distribuendo et quasdam zeli exterioris ac materialis industrias allevando.

2

In meliore luce ponatur illa spiritualis regiminis potestas, quae S. Hierarchiae demandatur, et recte assimilatur auctoritati paternae vel maternae, quia ab intra ad uniuscuiusque personae totiusque plebis in fide et caritate incrementum ordinatur. In memoriam revocetur: auctoritas sacerdotalis in cura animarum intuitu paedagogico exercenda est, praesertim hodie, quia laici magis conscii sunt de statu pleni exercitii in Ecclesia.

3

Exponatur doctrina de natura, formis, legibus et conditionibus « apostolatus ».

4

Praecipua principia vitae pastoralis decernantur et novi modus, temporibus modernis accomodati, significentur.

5

Iteretur doctrina a Leone XIII exposita in Epistola « Testem benevolentiae ».

6

Activitas pastoralis ad hodierni temporis exigentias aptetur.

7

Theologia pastoralis promoveatur.

---

2) Insulen.
3) Velitern, Jacien.
4) Patavin.
5) Miletopolitan.
6) Terulen, Villaregalen, Febianen, Justinianen, Panitan, Ultraiecten.
7) Claudiopolitan in Honoriade.

8

Desideratur firma et audax « actualizatio » theologiae pastoralis; nam novae conditiones vitae inter christianos, revisionem exigunt methodorum.

9

Constituatur coetus professorum aut sacerdotum pro investigatione scientifica sacra et pastorali.

10

Nova quaedam forma pastoralis curae inveniatur ad salutem provehendam fidelium, qui multiplici ex causa subducuntur ab ordinaria animarum cura.

11

Promoveatur doctrinae veritatis diffusio diversis, sic dictis « milieux sociaux ».

12

Stabiliantur normae pro evangelizatione in Ecclesia iuxta experimenta novissime habita; quae efficaciores videantur ad salutem universalem proponantur.

13

In ordine theologiae pastoralis missionariae et parochialis studeant patres Concilii methodos quae his ultimis temporibus expertae sunt in pluribus locis.

14

Magis vivere oportet doctrinam Corporis Christi Mystici.

15

Spiritualis renovatio Ecclesiae valde curetur.

---

8) Thibicen, Poncen, S. Ioannis a Missionibus.
9) Aquen.
10) Novarien.
11) Constantien, Antiochen parvus.
12) Teresian.
13) Ipamuen.
14) Arassuahyen.
15) Myrinen.

16

Efficaciora media adinveniantur ut maxima pars fidelium, si fieri potest, sollicitudinem sentiant pro magnis Ecclesiae problematibus.

17

Unio efficax omnium bonorum virium statuatur.

18

Sacerdotes et laici sentiant paroeciam ut missionem collectivam.

19

In actione pastorali curetur ut fidelibus infundatur spiritus « communitarius ».

20

Crescere possit observantia relationum sic dictarum humanarum in communitate ecclesiastica etiam relate ad non catholicos et periculum « mentalitatis administrativae » quam maxime vitetur.

21

Spiritus Missionalis in Ecclesia reviviscat secundum placita « Mundi Melioris ».

22

Spiritus missionalis in Ecclesia reviviscat secundum placita Legionis Mariae, Actionis Catholicae, et « Mundi Melioris ».

23

Quaestio fiat de usu mediorum recentium (televisio, radio, cinema).

24

Plures sunt hodie causae, quae detrimentum afferunt fidei populi christiani, nempe ignorantia religiosa, influxus librorum et specta-

---

16) Abulen, Dausaren.
17) Rusicaden.
18) Bobodiulassen.
19) De Sahara Hispanico et Ifni.
20) Ordinarii Indonesiae.
21) Huarazen.
22) Leonen in Nicaragua.
23) Constantien, Antiochen parvus.
24) Divionen.

culorum, imprimis cinematographicorum, tandem inopia idoneorum militantium Actionis Catholicae. Huius mali remedia sunt incrementum dare institutioni religiosae, curare formationem sociorum Actionis Catholicae et obsistere spectaculis quae fidem vel mores offendunt.

25

Ultimis saeculis in educatione tum laicorum tum clericorum emphasis videtur potius posita fuisse in tradenda scientia casuistica quam in educanda conscientia delicata; quae substitutio regularum pro conscientia personali ducere potest generosos in scrupolos, minus vero generosos in laxismum, in quantum negatur obligatio nisi iuridice formulari possit.

26

Hodie miserabiliter quaeritur numerus sine qualitate; cras nihil sanum, firmum et honorabile invenietur.

27

Contra hodiernam vitae laicizationem solvatur quaestio interiectionis supernaturalis in mundo.

28

Asserantur valor proprium sacramentorum in ministerio pastorali et praesertim efficacia sacrificii Missae.

29

Contra vigens pondus materiae et naturae commendetur vita supernaturalis, oratio et poenitentia.

30

Liturgia in praxi pastorali promoveatur, ut sensus cultus publici et adorationis in populo christiano restauretur.

---

25) Flumenzeritan.
26) Portus Principis.
27) Lodzen, Vatarben, Alien, Eudociaten.
28) Sup. Gen. Congr. Gall. O. S. B.
29) Nepten, Algerien.
30) Claudiopolitan in Honoriade.

31

Condemnatio doctrinarum perversarum absolute necessaria est, non tamen sufficiens; necessaria est etiam pugna bene composita contra errores et eorum fautores. Minime sunt spernendae formae simulatae errorum.

32

Ut arceantur non paucae confusiones in ideis pariter et operibus, iterum asserantur principia theologica circa naturam, fines et formas apostolatus. In specie, confirmetur primatus essentialis apostolatus magisterialis et sacramentalis, clerum urgendo ne illum negligat, nimium ad alias formas apostolatus divertendo.

33

Caveant omnes, praesertim qui curam animarum habent, ne detrimento traditionis moveantur a quodam novitatis spiritu, etiam sub praetextu progressus vel adaptationis cum huius temporis exigentiis.

34

Improbetur egoisticus vivendi modus, qui ignorat missionariorum defatigationes.

35

Aliquando melius esset ecclesias non nimis sumptuosas erigere et orphanotrophia, hospitia, necnon nosocomia ipsis ecclesiis adnectere, ita ut, dum corporum infirmitates sublevantur, mentes simul, caritate Christi, ad lucem veritatis perducantur.

B) *De munere sacerdotum in cura animarum*

1

Exaretur a Concilio *instructio pastoralis* ad omnes pastores animarum.

---

31) Jacarèzinhoen.
32) Sup. Gen. Ord. Carm. Discalc.
33) Sup. Gen. Congr. Missionis.
34) Laetitiae.
35) Adm. Ap. Exarchatus Constantinopolitani.
1) Essendien, Eminentianen, Bassianen.

2

Sacerdotum munus proprium in apostolatu determinetur.

3

Ex decreto Conciliari nullus clericus de facto eximatur a cura animarum, non exclusis canonicis et religiosis.

4

Clerus magis vitam apostolicam et « missionariam » vivat.

5

Cura animarum promoveatur ac facilitetur concedendo sacerdotibus facultates opportunas et eam accomodando ad necessitates et facultates huius temporis.

6

Sacerdotes in cura animarum positi habeant facultates plurimas quae nunc non facile et ad breve tempus obtineri possunt.

7

Iterum in mentem vocentur essentialia officia sacerdotis (praedicatio, visitare infirmos, administrare sacramenta etc.).

8

Sacerdotes totis viribus se dent sacramenti poenitentiae piae administrationi: in praemium tanti laboris aliqua partialis et plenaria indulgentia pro confessariis erogetur.

9

Ne sit parochi auctoritas separata sed paroecia sit coenaculum fraterne constitutum ad spiritualem fidelium vitam enucleandam.

---

2) Bellicen.
3) Caurien, Abulen, Dausaren, Luxemburgen.
4) Argentinen.
5) Apollonien.
6) Sup. Gen. Ord. CC. RR. Minorum.
7) Bisuntin.
8) Novarien.
9) Oruren.

10

Aliqua sanctio imponatur pro omissione sessionis per certum tempus in confessionali.

11

Aliqua sanctio imponatur pro omissione catechesis activae per duas horas quotidie.

12

Prohibeantur sacerdotes, praesertim ob penuriam cleri, in publicis scholis docere, exceptis scholis ab auctoritate ecclesiastica vel a Religiosis institutis dependentibus.

13

Parochus subiiciatur obligationi visitandi personaliter suos paroecianos ut eos cognoscat, sive singulis annis sive alternis.

14

Praeter consueta curae animarum opera pastoribus obligatio imponi possit, ut aliquot horas per hebdomadam suas oves ostiatim visitent. (Secundum exemplum « Legionis Mariae », quae hoc a suis membris cum indubitato successu exigit).

15

Sacerdotes statuant occursus cum omnibus fidelibus paroeciae eos periodice in ipsa eorum domo visitando.

16

Parochus vitia publica aut scandala in sua paroecia nequaquam sinat grassari propter timorem vel respectum erga civiles officiales; at in malis corrigendis atque evertendis summa cum prudentia et « diplomatia » se gerat.

---

10) Nuscan.
11) Nuscan.
12) Muran.
13) Taurinen.
14) Secovien.
15) Del. Ap. in Turcarum regione.
16) Capicen.

17

Sacerdos in bona relatione cum civilibus officialibus perseverare studeat, non obstante separatione Ecclesiae a Statu.

18

In omni paroecia absolute oratorium adsit.

19

Oportet maiori studio iuvenum necessitatibus obviam ire: ludis, deambulationibus, auxiliis in studio etc.

20

Non modo supernaturalium sed etiam naturalium virtutum valorem et momentum conclamare oporteret.

21

Distributio oblationum fidelium inter animarum pastores eorumque cooperatores iuste fiat et ordinetur forsan altero paragrapho can. 1410 addendo: « Summa dotis, certis et voluntariis fidelium oblationibus, in synodo determinetur ».

22

Sacerdotes meliori modo utantur his mediis (cinema, radio, televisione), quae maxime accomodata sunt ad mentes illustrandas et voluntates hominum movendas.

23

In omnibus paroeciis aulae pro relaxationibus habeantur.

24

In omnibus paroeciis instituantur opera pontificia missionalia.

---

17) Capicen.
18) Theodosiopolitan in Arcadia.
19) Philippen.
20) Huelven.
21) Tounsvillen, Pergen.
22) Lancianen-Ortonen, Apuanien, Catacen et Squillacen.
23) Granaten.
24) Dalisanden in Isauria.

25

In mixtarum linguarum regionibus sacerdotes omnes utriusque nationis linguam calleant atque in clericorum examinibus necnon in parochorum concursibus pro loco mixto experimentum utriusque curae animarum exigatur.

26

Saepe zelus non sufficienter internus est, quia magis innititur mediis « technicis » quam genuinae vitae interiori. Ex quibus imminent plurima pericula:

a) animi demissio sacerdotis.

b) lapsus caritatis apostolicae ad effectum mere humanum vel inquisitionem aut etiam satisfactionem cuiuscumque efficaciae iam speciose obtentae.

c) visitationes et frequentationes, quae parum cum prudentia sacerdotali adaptatae sunt, multiplicantur sub praetextibus diversis necessitatis pastoralis. Allegant etiam sic proprius se venire cum aliis in rebus profanis et humanis et arrogant sibi, ut licita, nimia quae illicita sunt clericis.

27

Damnetur naturalismus qui serpit in actione pastorali; a quibusdam enim extolluntur qualitates humanae atque media materialia.

28

Prae oculis habeatur periculum naturalismi in clericorum formatione et in animarum cura.

29

Sacerdotes ex propria patria in alias regiones demigrantes adlaborare debent, ut quisquis variis locorum conditionibus ac moribus sese accomodet. Optandum igitur est ut lege aut decreto aliquo provideatur ne sacerdotes extranei, sive saeculares sive religiosi,

---

25) Melphitan.
26) Montis Pessulani.
27) Miletopolitan, Legionen, Gaditan et Septen, Remesianen, Oriolen, Sedunen.
28) Clavaren.
29) Zamboangen.

propriae nationis mores cum scandalo fidelium retineant, v. g. in vestibus laicalibus deferendis, in spectaculis publicis adeundis, etc.; sed omnia omnibus facti, induant potius mores modumque vivendi eorum quorum cura animarum ipsis committitur, ac fideliter observent leges in territorio vigentes eodem modo ac reliqui sacerdotes dioecesani.

C) *De novensilibus sacerdotibus ad curam animarum exercendam praeparandis*

1

Leges a Concilio condantur ut sacerdotes novensiles per aliquod tempus in Seminario vel in appositis domibus degant.

2

Ut novensiles sacerdotes gradatim ad ministerium pastorale exerceantur et a periculis praecaveantur, convicta ecclesiastica instituantur, ubi per aliquot tempus morentur post sacerdotalem ordinationem.

3

Per aliquot tempus ex ipso Seminario in exercitationem pastoralem incumbant.

4

Post quinquennium ab ordinatione per annum studio vacent theologiae et sacerdotii.

5

Commendatione digna videtur introductio, Ordinario proprio consentiente, anni specialis post receptum ordinem sacerdotii, in

---

1) Andrien, Venetiarum, Mutilen, S. Luciae, Cremen, Collen, Ragusien, Cortonen, Boianen-Campobassen, Fodian, Faventin, Veronen, Colimen, Papantlen, Guadalajaren, Jericoën, Culiacanen, Sebastopolitan in Abasgia, Claudiopolitan in Honoriade.

2) Adrien, Augustan.

3) Callien et Pergulan, Abellinen, S. Severi.

4) Tarvisin.

5) Novae Aureliae.

quo neo-sacerdos in Seminario profundius instituantur in munere et praxi pastorali. Durante isto anno suppletorio sacerdotibus permitti potest adiuvare parochos diebus festivis et dominicis.

6

In omnibus dioecesibus post-seminarium instituatur.

7

Post annum post-seminarii semel in mense per quinquennium novensiles sacerdotes in Convictorium redeant; hic esset dies orationi, studio et apostolico dialogo dicatus.

8

Omnes sint in aliquo peculiari instituto vel in aliqua paroecia maiori per aliquot annos.

9

Statuatur sacerdotes novensiles vacare per duos annos in sic dicto «Convitto Ecclesiastico».

10

Circa convictoria sacerdotalia vel post-seminaria colligendo experientias plurimas statuantur programmata studiorum et praxeos pastoralis.

11

Tirocinium activitatum pastoralium instituatur pro iunioribus sacerdotibus apud alios, experientia praecellentes et spiritu supernaturali.

12

Consulatur cum conventibus bimensilibus trium dierum in quibus tractentur problemata vitae asceticae et pastoralis, saltem primis quattuor annis sacerdotii.

---

6) Terulen, Conchen, Granaten, Oveten, Tabuden, Celsonen, Dalisanden in Isauria, Tarraconen, Oriolen.
7) Oriolen.
8) Vercellen.
9) Salernitan.
10) Tabuden, Dalisanden in Isauria, Tarraconen, Zeliten, Caurien-Castrorum Caeciliorum, Legionen.
11) Lugdunen.
12) Hipponen.

13

Per pia sodalitia curentur.

14

Obligatio fiat examinum pro sacerdotibus neoordinatis ad decem annos, ita ut adnotatio exitus periculorum quasi substituat examen concursus pro paroeciis.

15

Quotannis per quinque saltem post ordinationem annos, menstrua vita communis in pia domo ab Episcopo designata statuatur.

16

Conficiatur relatio saltem annualis de activitate a singulis facta.

17

Vita communis necessaria est.

18

Sacerdotes iunioris aetatis post duos vel tres annos laboris apostolici in speciali Instituto per aliquot menses commorari possint ad renovandum et roborandum animum.

19

Post 5 annos ministerii per aliquod tempus in Seminarium redeant ad pietatem et zelum fovendum et aptandum.

20

Post 10 vel 15 ministerii annos per aliquod tempus Sacerdotes in Seminarium redeant ad pietatem et zelum fovendum et aptandum.

---

13) Rossanen.
14) Apuanien.
15) Thuggen.
16) Messenien.
17) Derthonen.
18) Panitan.
19) Culiacanen, Guadalajaren.
20) Reconquisten.

21

Statuatur annus reformationis spiritualis in Seminario sacerdotali post aliquot annos, puta, decem aut quindecim annos ab ordinatione.

22

Saltem decimo quoque anno per annum integrum sacerdotes omnes in domum recedant ad hoc paratam ut recognitio instituatur vitae sacerdotalis methodorumque apostolicarum.

23

Sacerdotibus, praesertim iuvenibus, sedulo subveniatur, ut vocationi fideliores permaneant.

24

Neo-sacerdotes per unum saltem annum retineantur in aliquo Instituto Ecclesiastico pro directa et activa praeparatione ad pastorale munus.

25

Per quinquennium, saltem, clerici reddant Episcopo vitae suae rationem in foro externo idque sub gravi.

D) *De necessitate coordinationis in cura animarum*

1

Enucleetur problema de apostolatus coordinatione tum in unaquaque dioecesi, tum inter diversas dioeceses, tum per totam Ecclesiam.

2

Necessitas unionis inter catholicos per oboedientiam filialem erga S. Pontificem, Episcopum proprium eorumque vices gerentes, per conatum cohaerentem et per caritatem fraternam commendetur.

---

21) Caesaraugustan, Ilerden.
22) Limisen.
23) Cortonen.
24) Madhuraien.
25) Oruren.
1) Antiochen parvus.
2) Algerien, Lagoueten.

3

Optandum esset ut Episcopi immediatius attrectarent curam pastoralem in universa natione, non tantum in sua quisque dioecesi. Sunt enim nonnulli « motus » nationales vel quaedam scholae pastoralis curae, quae de facto plus influunt in sacerdotes et fideles, quam suis normis singuli Episcopi.

4

Inter Episcopos unius eiusdemque nationis maior sit consensus mentium et unitas actionum.

5

Promoveatur collaboratio Ecclesiarum spiritualiter copiosarum cum Ecclesiis minus auctis (donatio sacerdotum, laicorum, pecuniae...).

6

Desiderabilis est intimior consuetudo dioeceseon inter se praesertim finitimarum.

7

Nationalismus religiosus vitetur.

8

Mutua caritas desideratur in relationibus inter clericos necnon inter Episcopum et clerum, praesertim vero inter clerum et Episcopum.

9

Non quidem « unicitas » sed certe « unitas » in dioecesano apostolatu est absolute necessaria ita ut, ultra varietatem, sit vera apostolica cooperatio, iuxta normas et programmata ab Episcopo data.

---

3) Lugdunen.
4) Sup. Gen. Ord. Cist. Strict. Obs.
5) Constantien, Rhemen, Bellovacen, Antiochen parvus.
6) Dausaren, Celsonen, Abulen.
7) Pampilonen.
8) Abyden, Leonen, Registren, Verae Crucis, Darienen, Capitis Haitiani, Portalegren, Azulen, Viedmen, Sidetan.
9) Naren, Thiaven, Mitylenen, Luxemburgen, Huelven, Clunien, To-

10

Magis coordinetur actio episcopalis et ceterorum, qui sunt ministerio addicti.

11

In luce et honore ponatur ministerii pastoralis organica unitas circa Episcopum. Ad hoc accederet si maiores facultates concederentur concelebrandi cum Episcopo in ritu latino; si in usum realem reducerentur Ordines Minores et Diaconatus; labor consociatus presbyterorum alicuius regionis, unius decanatus, unius paroeciae.

12

Ne apostolicae experientiae sine approbatione episcopi tententur et ne citius extendantur nisi sanae et Ecclesiae voluntati conformes.

13

In sua dioecesi Episcopus constituat consilium vigilantiae, quasi centrum quoddam coordinationis inter actionem pastoralem et reflexionem theologicam.

14

Episcopale officium pro cura animarum canonice instituatur Curiisque dioecesanis ita aggregetur, ut director huius Officii sit vicarius Episcopi pro universa dioecesi in omnibus rebus practicis (non autem iuridicis) curam animarum respicientibus.

15

Necessitas urget determinandi normas pastorales: valde optandum ut apud quemlibet Episcopum comitatus peritorum habeatur.

---

letan, Flaviobrigen, Tuden, Dalisanden in Isauria, Oveten, Seguntin, Granaten, Caesaraugustan, Aurien, Tarraconen, Celsonen, Zeliten, Oriolen, Legionen, Miletopolitan.

10) Antiochen parvus, Bellicen, Albien, Argentinen.
11) Insulen.
12) Apamien.
13) Insulen.
14) Hildesheien, Phytean.
15) Lugdunen.

16

Normae assignentur quae regulent relationes inter Episcopos et sacerdotes « operum », curam habentes in territorio nationali vel dioecesano, sive per se sive per diaria, ne per illos sacerdotes periclitari possit principium: « Episcopus dux est apostolatus in sua dioecesi ».

17

Interveniat S. Sedes ad finem imponendum nimio liberalismo qui in activitate catholicorum extat, praesertim inter saeculares et religiosos, ne inordinate ac confuse agant et pugnent.

18

Inter clerum saecularem et regularem maiorem collaborationem inculcare oportet in cura animarum.

19

Magis definiantur relationes inter sacerdotes utriusque cleri.

20

Maior unio inter clerum regularem et saecularem, praesertim in ordine ad animarum curam, optatur.

21

Desideratur intimior comprehensio inter sacerdotes utriusque cleri.

---

16) Bisuntin.
17) Kupelaën.
18) Attaeatan, Cymaeus, Maseruen, Aleppen Maronitarum, Ruben et Bituntin, Clusin et Pientin, Callien et Pergulan, Mutilen, S. Luciae, Collen, Hydruntin.
19) Riohachaën.
20) Abulen, Dausaren, Terulen, Zeliten, Ilerden, Celsonen, Tarraconen, Erytrae, Colophonien, Synnaden in Phrygia, Vicen, Limisen, Calaguritan et Calceaten, Huelven, Aurien, Giennen, Sedunen.
21) S. Iacobi in Cuba, Leonen, Ss. Assumptionis, Achriden, Adm. Ap. Zamoren, Zernen, S. Ioannis a Missionibus, Portalegren, Azulen, Mossoren, Maris Platen, Culiacanen.

22

Normae dentur, ut clerici regulares magis ac facilius ad curam animarum vocari possint.

23

Clero regulari frequentius paroeciae committantur.

24

Si diversos modos de intimiore inter sacerdotes dioecesanos strenuosque religiosos Ordines intra fines uniucuiusque loci ecclesiarum cooperatione non perspiceret Concilium, si arduam de aequali cleri distributione quaestionem non perstringeret, optimos inter christianos deciperet.

25

Cultus divinus qui in religiosorum ecclesiis peragitur ne praeiudicium afferat caeremoniis in ecclesia paroeciali peractis.

26

Licentia parochi quae ad administrationem Extremae Unctionis requiritur a religiosis leviter ne praesumatur.

27

Pecunia ad causam piam vel religiosam etiam a religiosis exemptis quovis modo ne colligatur sine licentia Ordinarii loci, audito parocho si Ordinarius id necessarium iudicet.

28

Coordinetur actio pastoralis parochorum in aliqua regione vel dioecesi, ne solitarii conatus unius pastoris in una paroecia vani remaneant.

---

22) Cartennitan.
23) Tsiroanomandidyen.
24) Massilien.
25) Clogherien.
26) Clogherien.
27) Clogherien.
28) Catalaunen, Dorylaën, Argentinen, Antiochen parvus.

29

Ad facilius vitae christianae relaxationem impediendam, idem sit agendi modus omnium sacerdotum, qui animarum ministerio vacant, et eorum cura in propugnanda integra legum moralium observantia, absque transactionibus.

30

Desideratur cooperatio apostolica interparoecialis.

31

Paroeciae divitiores aliquod auxilium oeconomicum stabile paroeciis pauperioribus praestent.

32

Clerici in cura animarum ne discedant et munera extra dioecesim sine Ordinarii iussu ne permittantur; ne discedant neve ultra triginta continuos vel intermissos dies.

33

Ne iuvenes sacerdotes in paroecialia munera instituantur, quae magnam rationem contineant maxime si nullo aliorum auxilio fruantur; moderatores ipsi habeant; sacerdotum coetus instituantur — intra dioecesis quidem fines — qui peculiaribus muneribus fungantur (Parochi – Assistentes Eccl., – Sacris addicti apud infirmorum hospitalia – Parochorum coadiutores – Religionem docentes) ad unitatem in cura animarum fovendam.

34

Agitetur problema de disiunctorum recuperatione: instituantur novi apparatus centrales et dioecesani, disponantur homines in

---

29) Tiberien.
30) Vicen, Zeliten.
31) Pergen.
32) Ferrarien.
33) Lorymien.
34) Comaclen, Ragusien, Venetiarum.

re valde versati et apta subsidia, rationes prudentes actionis concipiantur et praesertim adiuventur regiones spiritualiter depressae.

35

Mutua desideratur caritas inter sacerdotes, qui nec sufficienter ad invicem se visitant nec adiuvant.

36

Melius respective definiantur unitas et collaboratio parochi et vicariorum cooperatorum in cura animarum exercenda.

37

Forsan determinanda esset conditio sacerdotum qui magisterium in scholis quae non dependeant ab Ecclesia directe vel aliud officium habent respectu adiutorii in paroeciis praestandi.

38

Curam animarum a sacerdotibus communi concordique inter se cumque laicis activis conciliatione exercendam esse enixe commendetur.

39

Maior cooperatio desideratur in operibus caritatis, propagationis et defensionis fidei, in ephemeridibus edendis, etc.

40

Oporteret iterum atque iterum curare in fidelibus spiritum paroecialem.

41

Universalismus, exoriens ex hodiernis mediis, quibus homines omnium nationum facillime congregantur, si iuvat fideles ad rectius

---

35) Montis Pessulani.
36) Insulen.
37) Gerunden, Legionen.
38) Calydonien.
39) Sup. Gen. Ord. Bas. S. Ios.
40) Zeliten, Vicen, Leonen, Asturicen, Albae Regalen.
41) Auxitan.

Ecclesiae catholicitatem intelligendam, nonnulla tamen incommoda et pericula affert, nempe dissipationem et commercium cum theoriis et systematibus fidei adversis.

42

Statistica absolute necessaria est pro fructuoso apostolatu.

43

Scientia statistica adhibeatur in activitate pastorali.

44

Propter fluctuationem incolarum ad diem redigere status animarum in urbibus perdifficile est; cur non instituitur chartula agnitionis christianae cum adnotatione Baptismi, Confirmationis, Primae Communionis etc. cum sigillo paroeciae?

45

Tessera catholicorum cum photographia, latine exarata et renovanda decimo quoque anno, instauretur.

E) *De sacerdotibus operariis*

1

Sacerdotum operariorum utilitas non apparet.

2

Cum quaestio, iam a S. Congregatione dirempta, passim videatur resumi ad novam disceptationem, haec prae oculis habeantur:

a) Sacerdotes ne incumbant, ex toto vel ex parte, muneribus, quibus operarii efficerentur.

b) Quod si permissio daretur, id unice fiat in aliquibus maximis urbibus frequentatis praecipue ob opificibus (Parisiis, Mas-

---

42) Hadrianien in Hellesponto.
43) Rivibamben.
44) Vercellen.
45) Tarraconen.
1) Nanceien et Tullen.
2) Trecen.

siliae...) et in favorem sacerdotum constitutorum in societatibus religiosis et stricta vivendi norma, cum obligatione eorum exercitiorum quotidianorum in communi quae in Iure statuuntur.

F) *De operibus apostolatus*

1

Prioritas vitae spiritualis prae omni cura apostolatus denuo inculcetur.

2

Cum sacerdotes, praesertim vicarii cooperatores, multum tempus etiam nocte impendant operibus suo ministerio non stricte consentaneis ut sic dictis « circulis catholicis », utile esset talis apostolatus opportunitatem determinare. Melius esset fidelium conscientiam rectam ita formare ut ipsi, per se, relationes vel ludos seligere sapiant. Quodsi ad maiora mala vitanda hi conventus reapse necessarii videntur, in ipsis probos viros vel pias mulieres sacerdotum vices gerere omnino conveniret.

3

Servetur praxis apostolatus, ministerii sacerdotalis et educationis iuxta evangelicas normas austeritatis, sacrificii et integrae deditionis.

4

Sacerdotes, qui cum opificibus spiritualiter laborant, nec dignitatem sacerdotalem nec vitam spiritualem amittant.

5

In mentem sacerdotum revocetur necessarium esse ferventi oratione munire quotidianum apostolatum. Multi ob nimium

---

1) Brixinen, Fesulan.
2) Adm. Ap. Exarchatus Constantinopolitani.
3) Sup. Gen. Fr. Tert. O. S. Fr. Capul. B. M. V.
4) Conchen.
5) Divionen.

« activismum » detrimentum patiuntur quoad vitam spiritualem, quia negligunt praeparationem et gratiarum actionem S. Missae, Breviarium, visitationem SS. Sacramenti etc.

6

Hodie nonnulli sacerdotes, praesertim iuniores, et quidem non sine damno, sive pro seipsis sive pro animabus, imprudenter agunt et activismo indulgent.

7

« Haeresis actionis devitanda ».

G) *De cura animarum inter homines scientiarum*

1

Promoveatur praesentia Ecclesiae mundo scientiae ac technicae, qui nunc aedificatur.

2

Quomodo conciliari potest cum puris virtutibus humano-christianis hodiernus profectus technicus?

3

Scientificus progressus et artium evolutio fiunt absente Ecclesia; efficacior foret apostolatus si, ut olim, ab Ecclesia oriretur impulsus. Exoptanda videtur dedicatio virorum plene catholicorum stricte scientificis laboribus et artisticis.

4

Methodi peculiares inveniantur pro apostolatu exercendo circa viros scientiae, litteris, et artibus operam navantes.

---

6) Sup. Gen. Congr. CC. RR. Marianorum, Sup. Gen. Congr. Missionis.

7) Caven et Sarnen.

1) Insulen.

2) Thuggen, Lodzen, Vatarben, Alien.

3) Thuggen, Caesaraugustan.

4) Caesaraugustan.

H) *De cura animarum inter agricolas*

1

Consulatur vitae spirituali agricolarum qui longe e paroeciis dissita loca incolunt.

2

Optandum est ut parochi rurales vitam communiter degant cum labor apostolicus in « équipe » peractus fructuosior sit ac iucundior.

3

In dissitis regionibus, ubi paucissimi sunt sacerdotes et permulti fideles saltem baptizati, *televisio* adhibeatur ut fideles sanam doctrinam discant et Missam audiant etiam die dominica.

I) *De cura animarum inter operarios*

1*

Promoveatur operariorum evangelizatio, ratione habita peculiarium difficultatum. Speciatim studio incumbatur de relatione mundi operariorum cum sacerdotio.

2*

De apostolatu inter operarios necesse est quaestionem iterum instituere et inquirere quibus cautionibus curisque mala vitari pos-

---

1) Sup. Gen. P. Op. Cat. Rur.
2) Brigantien.
3) Thmuisan.
1*) Insulen, Andegaven, Nanceien et Tullen.
2*) Nicen, Otroënus, Cadurcen, Mimaten, Adiacen, Montis Albani, Massilien, Venetiarum.

sint a sacerdotibus semper in insidiis versantibus et inter homines mentibus et moribus tam diversis ab illis, qui in paroeciis sunt.

3

Examini subiiciatur evangelizatio illorum catholicorum, qui christianam religionem non colunt, ideoque acatholici sunt de facto, uti in Gallia sunt permulti operarii.

4

Promoveatur fidelium eruditio, praecipue operariorum, eos spiritualiter adiuvando etiam in ipsorum officinis.

5

Desideratur doctrina clarius elaborata de sacerdotibus speciatim addictis ministerio apud opifices.

6

Novum optamus decretum maiorem libertatem sacerdotibus operariis praebens. Officina quidem est unicus locus possibilis collocutionis inter sacerdotem catholicum et opifices mahumetanos, cum aliqua spe mutuae confidentiae; sane ad tale arduum et periculosum apostolatum longa probatio necessaria est.

7

Quoad « prêtres de témoignage » clare affirmetur officium sacerdotis, praeter praesentiam physicam, exigere etiam actionem pastoralem docendi et administrandi sacramenta.

---

3) Montis Albani, Massilien, Myrnen.
4) Sup. Gen. Tert. Ord. Reg.
5) Constantinian, Antiochen Syrorum, Nacolen, Aleppen Syrorum, Damascen Syrorum, Spinen Syrorum, Babylonen Syrorum, Edessen in Osrhoëne, Larissen in Syria, Mausilien Syrorum.
6) Rabaten.
7) Docleen.

J) *De emigrantium cura*

1

Consulatur practice solutioni problematis de emigrantium cura.

2

Normae concretae decernantur erga gravissima problemata migrationis iuxta « Exsul Familia ».

3

Clarificetur status quoad immigrantes in terras ritus latini, nam saepe movetur dubium de iuribus, praesertim in re matrimoniali, Ordinariorum et parochorum latinorum relate ad hos Orientales.

4

Pro vagis aliqua cura possibilis instituatur.

K) *De aetatis limitibus in exercitio curae animarum stabiliendo*

1*

Aetas definiatur ultra quam Cardinales, Episcopi et parochi officium amplius exercere non valeant.

2*

Omnes beneficio aut munere fungentes, qui determinata aetate provecti sunt, Ordinario suo renuntiationem faciant, iudicio Ordinarii acceptandam.

---

1) Atrebaten, Aurelianen, Senonen, Agennen, Montis Albani, Meten, Nivernen.

2) Legionen, Zeliten, Dalisanden in Isauria, Tabuden, Celsonen, Tarraconen.

3) Camberren et Gulburnen.

4) Driziparen.

1*) Victorien Spiritus Sancti, Ruthenen, S. Claudii, Montis Regalis.

2*) Comben, Ordinarii Indonesiae.

3

Quisquis residentialis Episcopus anno aetatis statuto renuntiare debeat, et si renunciato a Summo Pontifice non fuerit acceptata, eam certis dimensisque momentis renovare debeat.

4

Cum nostris temporibus vita humana ad extremam senectutem, pharmacorum ope, protrahatur, non raro accidit ut praelati (Abbates, Episcopi, Cardinales) ad mortem usque in officiis et dignitatibus perseverantes, etsi longiore experientia praediti, impares tamen se exhibent labori et solertia, quae in negotiis tractandis requiruntur. Seniores, ex alia parte, iuniorum menti et rebus velociter volventibus haud facile sese accommodant unde si auxiliares et coadiutores eis concedantur, aegro animo eos ferunt nec eorum adiutorio multum iuvantur, cum peractis temporibus maneant addicti.

5

Statuatur aetas, qua adepta, Episcopus onus pastorale deponere potest et aetas maior, qua adepta, debet onus pastorale deponere, debita sustentatione statuta.

6

Quamvis limes in munere exercendo diversimode suadeatur, tamen generalis designatio limitis contra traditionem melioremque sensum Episcopatus cedere videtur.

7

Episcoporum iubilationi determinata aetate providendum esset et officium ad nutum S. Sedis tantummodo prorogandum esset.

8

In omnibus dioecesibus pensio conveniens pro Episcopis saecularibus praevideatur sicut viget ab anno 1938 pro Legatis Summi

---

3) Carthaginen.
4) Sup. Gen. Ord. Cist. Strict. Obs.
5) Pessinuntin.
6) Portugallen.
7) Synnaden in Phrygia, Victorien.
8) Misthien, Aenien.

Pontificis. Multi enim non renuntiant quia necessaria ad vitam sustinendam non habent.

9

Episcopi non pauci et Archiepiscopi nonnulli violenter a sede sua in Sinis fuerunt distracti. Suntne digni necne pensionis?

10

Melius erit si omnes Ordinarii loci eligantur in officium pro spatio temporis definito, e. g. pro annis duodecim, ut mos est in variis Congregationibus religiosorum pro eorum superioribus supremis.

11

Constituatur ratio et via amovendi ab officio Episcopos qui propter incapacitatem vel causas quas ipsi non cognoscunt aut non cognosci possunt.

12

Episcopos senescentes facilius et regulariter ad requiem invitare vel etiam cogere oportet.

13

Episcopi senes cum attigerint quamdam aetatem cessent in gubernatione dioecesana.

14

Post 60 vel 65 aetatis annos Episcopi omnes renuntiationem mittant; tamen si adsunt sufficientes rationes Administratores per plures menses vel annos nominentur.

15

Episcopi expleto 65 aetatis anno dioeceseos gubernationem relinquere aut saltem unum vel plures coadiutores petere deberent.

---

9) Aenien.
10) Sbiden.
11) Sozusen in Palaestina.
12) Dinien.
13) Sup. Gen. Fr. Tert. O. S. Fr. Capul. B. M. V. Sup. Gen. Mission. Scheut.
14) Reunionis.
15) Brigantien.

16

Episcopi cum 70 aetatis annum superaverint Auxiliarem accipere deberent.

17

Consideretur an post 70 aetatis annum pensionandi sint Episcopi salva possibili prorogatione a S. Sede motu proprio concedenda.

18

Episcopis 70 annos natis vel antea ob graves rationes Coadiutor cum iuribus peculiaribus dandus.

19

Episcopi, qui iam septuagesimum aetatis suae annum impleverint, regimen dioecesis deponant.

20

Melius erit si omnes Ordinarii loci a munere suo abdicent anno septuagesimo aetatis suae completo vel etiam priusquam annum septuagesimum aetatis suae attigerint, ut mos est in variis muneribus ad res mundanas pertinentibus.

21

Limites aetatis statuantur (v. g. 70 aut 75 anni), ita ut Episcopus teneatur, iisdem limitibus transactis, independenter a salutis condicione, Coadiutorem petere, cui ex toto vel ex parte facultates dentur regendi dioecesim.

22

Decernatur ut Episcopi ac parochi qui ad septuagesimum quintum aetatis annum pervenerint, et etiam ante hoc tempus si morbo vel festinata senectute praepediti, renuntiatione facta, officium deponant.

---

16) Beograden.
17) Nuscan.
18) Neocastren.
19) Tutelen.
20) Sbiden.
21) Docleen.
22) S. Galli.

23

Iubilatio Episcoporum statuatur ad 75 annum aetatis, salva confirmatione ad triennium a S. Sede.

24

Post 60 vel 65 aetatis annos parochus officio renuntiet; si adest aliqua ratio per plures menses vel annos vicarius oeconomus nominetur.

25

Parochi senescentes facilius et regulariter ad requiem invitentur vel etiam cogantur.

23) Tuden.
24) Reunionis.
25) Antiochen parvus.

DE SEMINARIIS

I. DE DELIGENDIS ET INSTITUENDIS ALUMNIS SACRORUM

1. De Sacris Vocationibus

1

Curet Concilium ut habeatur tractatus doctrinalis et practicus circa vocationes.

2

Magis definiatur doctrina Ecclesiae circa vocationem sacerdotalem.

3

Tractetur de mediis ad fovendas vocationes sacerdotales, religiosas et missionarias ex parte familiae, scholae, Seminariorum, Sacerdotum.

4

Normae statuantur circa formationem puerorum cum vocatione religiosa vel sacerdotali.

5

Ne dubia theoretica maneant de vocatione sacerdotali aut religiosa.

---

1) Papien.

2) Panormitan, Andrien, S. Rosae in Argentina, Tefen, Huarazen, Achyraen, Bambergen, Aquen, Nivernen, Rivibamben, Calydonien, Secovien, Apollonien, Algerien, Nampulen, Antiochen Melch., Hemesen Melch., Bostren et Auranen, Petren et Philadelphien, Laodicen Melch., Pelusitan Melch., Tarsen Melch., de Nubia, Tyren Melch., Sidonien Melch., Heliopolitan Melch., Aleppen Melch., Beryten et Gibailen Melch., Mariamnen, Paneaden, Ptolemaiden, Archim. Ordinis Basiliani Aleppen Melch., Archim. Ordinis Basiliani Ss. Salvatoris Melch., Archim. Ordinis Basiliani S. Ioanis Baptistae Melch., Akren, Heliopolitan Mar., Sup. Gen. Societatis Missionariorum a S. Paulo.

3) Edmundstonen, Manchesterien, Sabinen et Mandelen.

4) Laonien, Granaten, Victorien, Doberitan.

5) Claudiopolitan in Honoriade.

6

Extollatur excellentia virginitatis supra sic dictum « sacerdotium laicorum »; ex immoderata matrimonii exaltatione defluxit strages vocationum.

7

Reiiciatur error, quo iuvenes non tantum ad sacerdotium non incitentur, sed etiam ab eo amplectendo arceantur, quod scilicet Religionis causae melius serviatur a laicis coniugatis actionem apostolicam exercentibus, quam a clericis a mundo segregatis.

8

Contra existimantes quod optimi laici melius quam ipsi sacerdotes Ecclesiae militanti prosint, omnibus, Patres Concilii excellentiam status clericalis et religiosi inculcent.

9

Vocationes decrescunt etiam ob actualem oeconomicam depressionem cleri.

10

Vocationes sunt paucae, quia multi iuvenes abhorrent a caelibatu.

11

Multum curare selectionem vocationum a primo ingressu in Seminarium, magni facientes familias ex quibus pueri veniunt earumque condiciones non solum morales et religiosas, sed etiam integrae valetudinis.

12

Ne negligantur vocationes parvulorum, inquirendo vocationes intra superiorum scholarum alumnos.

---

6) Arcen.
7) Consentin.
8) Adm. Ap. Exarchatus Constantinopolitani.
9) Neten, Capuan.
10) Villavicentien.
11) Apuanien.
12) Ss. Conceptionis.

13

Ad minorum Seminaristarum praeservationem, indispensabilis videtur domus rusticationis aut saltem « tendopolis » aestiva (per mensem).

14

Provideatur vocationibus tot puerorum quae lamentabili modo pereunt ob defectum mediorum cum e contra aliis in locis media cuiusvis generis abundant et vocationes non extant.

15

Proponitur erectio Seminarii pro vocationibus adultorum saltem in unaquaque provincia Ecclesiastica.

16

Vocationes adultorum ne spernantur et studia pro iis brevientur.

17

Non omnes parochi adimplent can. 1353.

18

Scholae parvi cleri et puerorum cantorum instituantur.

19

Ut numerus sacerdotum augeri possit, magis magisque promoveatur Opus Vocationum et statuatur dies in quo, in tota Ecclesia, celebretur « Dies vocationum ».

---

13) Nuscan.
14) Oveten, Castri Maris seu Stabien.
15) Tarvisin.
16) Hebronen.
17) Huanucen.
18) Tyanen, Giennen, Vercellen, Dioclean, Apuanien.
19) Catacen et Squillacen, Apuanien, Synnaden in Phrygia, Toletan, Laonien, Guayaquilen, Coptitan, Derbien, Cenen.

20

Sororibus vel religiosis instituta puerorum regentibus persuadere ut in iis pueris semina vocationis sacerdotalis colant.

21

Multum curare oportet Actionem Catholicam aliasque consociationes puerorum, quae sunt optimi fontes vocationum.

22

Fidelibus cura commendetur promovendi vocationes ecclesiasticas.

23

Aliquid statuatur circa opus vocationum sacerdotalium, praecipue in paroeciis religiosis commissis.

24

Religiosi ne exaggerent in acquirendis iuvenum vocationibus.

25

Ordines religiosi prohibeantur ab inutili, periculosa et... scandalosa venatione puerulorum.

26

Religiosi impediunt copiam cleri dioecesani: numquam enim ex eorum collegiis iuvenis ad clerum saecularem venit.

27

Statutum legis de admittendis alumnis, qui religiosae familiae olim adscripti fuerint, in dioecesanum seminarium amplius explanetur.

---

20) Apuanien.
21) Apuanien.
22) Aquen.
23) S. Pauli in Brasilia, Chalciden in Syria, Brian, Attuden, Lauzaden.
24) S. Ioannis Terrae Novae.
25) Pisauren, Signin, Venetiarum, Caesenaten.
26) Galvien et Duacen.
27) Oklahomen et Tulsen.

28

Determinetur conceptus vocationis ecclesiasticae et an obligationem vel consilium importet.

29

Clara fiat expositio circa fundamentalia principia et criteria ad vocationem dignoscendam.

2. De Selectione Vocationum in Alumnis Sacrorum

1

Observentur ad apicem dispositiones SS. Pontificum quoad admissionem et selectionem aspirantium ad sacerdotium.

2

Selectio sit accuratissima, ut frequentes crises vitentur.

3

Maior desideratur uniformitas in adhibendis criteriis circa idoneitatem promovendorum ad ordines.

4

In Sacerdotum delectu maior severitas requiritur. Numquam admittendi videntur iuvenes qui attente spectati a medicis peritis et prudentibus idonei non declarentur.

5

Episcopi et moderatores seminariorum maxima prudentia utantur in scrutiniis ad SS. Ordines et sequantur sapientissimas instructiones Ordinariis locorum a S. C. de Sacramentis missas.

---

28) Taurinen.
29) S. Agathae Gothorum.
1) Abulen, Dausaren, Terulen, Tabuden, Palentin, Chitrien, Sedunen, Lucen in Hispania, Centurien, Alien.
2) Quiten, Nunt. in Guatimala.
3) Judiciforen.
4) Rabaten.
5) Insulen.

6

In alumnis minoris vel maioris seminarii deligendis, maiores virtutes quaerendae sunt: fides vivida, acumen ingenii.

7

Sat utiles sunt scientiae psychologicae in discernendis inaptitudinibus candidatorum. Rectores et patres spirituales progredi conantur in via sat nova ac periculis plena nec multum a positivis instructionibus alicuius Dicasterii auxilium obtinent, donec quadam die de condemnatione quadam certiores fiant, secretis tamen servatis condemnationis causis. Quem post auctoritatis interventum novum tentamen progrediendum est.

8

Episcopus possit recipere in suo Seminario alumnos ex alio Seminario minori egressos, debitis cautelis adhibitis.

9

Recipere possit Episcopus in suo Seminario alumnos egressos e Seminario Religiosorum.

10

Normae a S. Sede datae ne seminaristae transeant de uno ad aliud Seminarium ne applicentur Seminariis Minoribus.

11

Extradioecesani in Seminarium ne admittantur sine venia Episcopi proprii et litteris testimonialibus.

12

Ad clericatum admittantur qui optima valetudine gaudent et « cartella sanitaria » sint muniti.

---

6) Aquen.
7) Insulen.
8) S. Rosae de Osos, Risinitan.
9) Risinitan, Sanaven.
10) Pergen.
11) Toletan.
12) Taurinen.

13

In alumnis seligendis maxima cura adhibeatur et audiantur etiam peritus medicus et psychologus.

14

Agatur de « Episcopo proprio » quoad Seminarium ingredientes.

3. De Formatione Spirituali

1

Normae fundamentales redigantur pro Directoribus Spiritualibus et Confessariis.

2

Specialis cura imponatur de formatione theologica et ascetica Moderatorum spiritus.

3

In Seminariis, quae a sacerdotibus saecularibus reguntur, moderator spiritualis sit eiusdem cleri.

4

Utrum unitas directionis spiritualis curanda vel exigenda videatur.

5

Moderator spiritualis ne faciat etiam conferentias; idem dicendum de confessore.

6

Alumnorum pietas et vita spiritualis firmior sit ac validior.

7

Ante cursum philosophicum, exigatur novitiatus unius anni.

---

13) Jacien.
14) Segobricen.
1) Patavin.
2) Baren in Pisidia, Doberitan, Sup. Gen. O. E. S. A.
3) S. Jacobi in Cuba.
4) Tabuden.
5) Caesenaten.
6) Argentinen, Nanceien et Tullen, Petrolinen.
7) Phasan.

8

« Annus spiritualis » statuatur inter philosophiae et theologiae cursus.

9

Annus novitiatus statuatur post cursum philosophicum.

10

Annus quasi-novitiatus ante curriculum theologicum a multis propugnatur.

11

Statuatur alumnos informari aliquo novitiatu, ad mentem can. 565 § 1, sive per annum integrum, sive per tempus congruens, antequam studia proprie ecclesiastica aggrediantur.

12

Instituantur alumni in vera vita orationis contra naturalismum.

13

In collegiis in quibus universitatum alumni commorantur altior gradus vitae spiritualis exigatur et stricta, quamvis rerum adiunctis accommodata, disciplina servetur.

14

Iuvenes methodo « autoformationis » imbuti, per se ipsos institui cupiunt nec auctoritative consilia et praescriptiones accipere volunt. Pater spiritualis iam non habetur uti fungens pro legatione Dei et Ecclesiae, sed ut *amicus* cui libenter secreta credita sunt, et qui cum sympathia « intelligit » quaecumque a clerico cogitantur vel dicuntur et practice inclinationibus eius cuiuscumque generis patrocinia quaerit.

---

8) Nairobien.
9) S. Philippi, Reconquisten.
10) Gaudisien, Czestochovien, Oriolen, Limisen, Abulen, Dausaren.
11) Veneten.
12) Gaudisien, Sinianden, Cloynen, Toletan, Terulen, Sup. Gen. O. E. S. A.
13) Dalisanden in Isauria, Tarraconen.
14) Montis Pessulani.

15

Methodus sic dicta « autoformationis » adversatur virtutibus oboedientiae, reverentiae, humilitatis, abnegationis.

16

Annus completus novitiatus, ut quidam suggerunt, est inutilis, cum totum seminarii tempus sit novitiatus. Attamen omnino necessarii sunt veri directores spirituales huic labori dediti.

17

Melior fiat spiritualis formatio candidatorum e. gr. per aliquam institutionem ad instar novitiatus, perdurante cursu theologico tradendam.

18

Omnes alumni in seminariis dioecesanis, sive ante sive post coeptum cursum philosophicum, per sex saltem menses sese exerceant in colendis principiis vitae spiritualis, ad modum novitiatus, quo tempore omnes disciplinae philosophicae prorsus suspendantur.

19

In directione spirituali alumnorum sacrorum saepe ascetica tradita derelinquitur ut magnum momentum tribuatur subsidiis Psychiatriae, Psychanalysis, « tests », etc.

20

Deprecanda est tendentia spiritualitatis naturalisticae etiam in Seminariis.

21

Quam maxime seminariorum alumnis commendentur devotio erga Immaculatam V. M. et cultum latriae erga SS. Sacramentum.

---

15) Montis Pessulani.
16) Bisuntin.
17) Tovnsvillen.
18) Sidonien.
19) Tloën.
20) S. Severini-Treien, Sup. Gen. Ord. S. Pauli I Eremitae.
21) Mazarien.

22

Nihil tam necessarium est sacerdotibus quam vera sanctitas. Melior est virtus et prudentia quam eruditio scientifica vel linguistica.

23

Nimis ne indulgeatur mundanis blanditiis, per nova inventa cinematographi, radii et televisionis.

24

In praxi Communionis quotidianae sacrilegia vitentur.

25

Omne Seminarium curam primo et ante omnia habeat de vita interiori alumnorum sacerdotio candidatorum.

26

Ubi seminaria minora desunt alumni post ingressum in seminarium maius saltem per 6 menses quasi novitiatum peragere debent.

27

Praeceptum frequentiae confessionis quoad sacrorum alumnos mutetur in consilium ut pro sacerdotibus factum est.

28

Rector invalide recipiat confessiones excluso periculo mortis.

29

Pro omnibus Seminariis promulgentur leges de quibus in can. 1357 § 3; perutile etiam esset normas pro moderatoribus spiritus, pro confessoribus et pro moderatoribus disciplinae statuere.

---

22) Honoluluen.
23) Cassanen.
24) Tacnen.
25) S. Ioannis Terrae Novae.
26) Sandomirien.
27) Ruremonden, Roterodamen.
28) Caesenaten.
29) Tirasonen.

4. De Castitate Alumnorum Sacrorum Probanda

1

Edantur clariores normae circa castitatem requisitam pro admissione ad ordines in luce Encyclicae « Sacra Virginitas ».

2

Normae statuantur utiles quibus seminaristae optime servare discerent castitatem, ita ut post susceptos ordines vitam sine ruga ducere valeant.

3

Normae sat praecisae statuantur circa castitatem requisitam ad sacerdotium.

4

Maior exigentia in materia castitatis desideratur.

5

Litterae S. Congregationis quae viam strenuam arctabant alumnis in Sacris lapsis contra sextum adamussim observentur.

6

Pro Rectoribus et Moderatoribus spiritualibus normae clariores desiderantur circa castitatem quam ab alumnis sacrorum exigere debent.

7

Ope etiam modernarum methodorum psycho-phisico-analyticarum ne ad ministerium divinum vocentur hi omnes qui potius et magis ad sacramentum matrimonii physice et psychice dispositi sint.

---

1) Tananariven.
2) Armidalen.
3) Risinitan, Jericoen, Gindaren.
4) Abulen, Dausaren.
5) Proconnesius.
6) Miletopolitan, Celsonen.
7) Doaren, Lomzen, Centurien.

8

Non illis tantummodo pateat introitus sanctuarii qui acceptam in Baptismate innocentiae stolam numquam amiserunt. Patres dirimant quaenam vadimonia castitatis in sacrae militiae tironibus inveniri necessarium sit.

9

Educatio ad castitatem sit positiva.

10

Necessarium est, saltem pro quibusdam, experimentum extra seminarium ut in paroecia aliqua exerceantur, sine coelibatus definitivis obligationibus, opera ministerii. Evenire enim potest ut seminarium integrum non revelet indolem et aptitudines genuinas candidatorum.

11

Curriculum studiorum eorumque ratio in seminariis ita disponantur ut aetas ad presbyteratum provectior evadat, facta potestate exercendi Sacros Ordines Subdiaconatus et Diaconatus per plures annos, praesertim in catechesi tradenda et in quibusdam experimentis pastoralibus ineundis.

12

Subdiaconatus conferatur expleto vigesimo tertio aetatis anno et lex coelibatus vim temporaneam habeat, in Dioconatu post annum lex fiat perpetua.

13

Antequam ad sacerdotium diaconi promoveantur saltem per annum in servitium pastorale mittantur ad experimentum.

14

Nullus ordinetur sacerdos statim ac studia theologica expleta sunt; aliqui anni expectandi ut fungatur muneribus pastoralibus diaconatus: eo modo subiicitur probationi circa aptitudinem ad sacerdotium et castitatem.

---

8) Caven.
9) Tarvisin.
10) Insulen.
11) Lunen.
12) Signin.
13) Hieracen-Locren.
14) Andrien, Civitatis Castellanae Hortan et Gallesin.

15

Clerici teneantur castitatis obligatione etiam per votum personaliter factum in subdiaconatu.

16

Votum castitatis uti temporaneum haberi pro clericis qui ad sacrum subdiaconatum admittuntur, perpetuum autem fieri in presbyteratu.

17

Expleto studiorum curriculo sacrorum alumni in diaconatu maneant usque ad trigesimum aetatis annum.

5. De Virtute Oboedientiae

1

Instituantur alumni sacrorum firmiter in vita oboedientiae.

2

Oboedientia « rationalis » numquam admittenda est quia est insubordinatio.

3

Potestas vivendi suis legibus numquam in prima aetate; paulatim vero in secunda aetate et in cursu theologico concedenda est.

4

Licentia et libertas, quae ex animo populari oriuntur, sicut ventus in alumnos seminariorum saeviunt. Magistri, ratio disciplinae, Rectores facile vituperantur. Ideoque spiritus oboedientiae in ipsis restaurandus est.

5

Urgeantur quae apta videntur ad institutionem, praesertim in virtute oboedientiae sine negatione personalitatis.

---

15) Cusien.
16) Neapolitan.
17) Isinden.
1) Gaudisien, Sandomirien, Toletan, Victorien, Giennen, Terulen.
2) Attaeatan.
3) Attaeatan.
4) Nicen.
5) Culiacanen, Guadalajaren.

II. DE REGIMINE SEMINARIORUM

1. De Superioribus Alumnorum Sacrorum

1

Sollicitudini traditionali Ecclesiae circa formationem clericorum apprime consentaneum videtur, ut qui in Seminariis maioribus educationis operam navant habeant « Directorium » continens:

a) normas circa studium, discretionem et curam vocationum;

b) regulas circa formationem sacerdotalem et apostolicam;

c) regulas quoad praeparationem practicam iuniorum sacerdotum ad sacrum ministerium.

2

Moderatores ac Magistri tam Seminarii dioecesani quam Seminarii religiosorum ante officium suscipiendum iuramento obstringantur ad fideliter sequenda omnia S. Sedis praecepta.

3

Omnes professores, directores et superiores erga Episcopum oboedientiam manifestent.

4

Augeatur auctoritas Rectoris super praepositos et magistros.

5

Rectorum et Moderatorum spiritus munus sit ad triennium renovabile.

6

Schola superior de educandi arte, moderatrice S. C. de Seminariis, pro formatione seminariorum moderatorum instituatur.

---

1) Ottavien.
2) Driziparen.
3) Bisuntin.
4) Pacten.
5) Legionen.
6) Vercellen, Thespien, Bononien, Adm. Ap. Exarcatus Constantinopolitani.

7

Seminariorum magistri cursum pedagogicum et didacticum perficiant antequam munus incipiant.

8

Praescribatur accurata praeparatio scientifica et paedagogica Magistrorum etiam Seminariorum minorum.

9

Ad formationem superiorum habeantur vel domus vel conventus periodici.

10

Rectores et moderatores spirituales vitam pastoralem exercuisse necessarium est.

11

Rectores et Directores spirituales sint non solum pii sed etiam periti educatores. Ideoque ipsi debent diuturnos cursus psychologiae, paedagogiae et psychiatriae sequi.

12

Superiores omnes in Seminario degant et alumnos omnes ad pietatem trahant exemplo suarum virtutum.

13

Professores, Directores et Superiores maximam temporis partem ad clericorum instructionem et educationem dent, non autem ad opera externa.

---

7) Palmen.
8) Baren in Pisidia, Doberitan, Centurien.
9) Tabuden, Synnaden in Phrygia, Civitaten.
10) Euroeen.
11) Apuanien, Tranen et Barolen.
12) S. Jacobi in Cuba, Afogaden de Ingazeira.
13) Bisuntin.

14

Professores, Directores, Superiores debent esse in omnibus exemplum: ideoque adsint orationi matutinae, officiis liturgicis, etc. Saepe enim in seminario nullus professor, sed solus Superior, orationi matutinae adest.

15

Qui in Seminario curam habent formationis sacerdotalis, alumnos determinatius interrogent de ipsorum tendentiis, caractere, inclinationibus, passionibus etc. Bonum esset si scientificum quaestionarium pararetur.

16

Maxima residentia statuatur pro Superioribus et Ordinarius possit eos dispensare a choro si sint canonici.

17

Seminariorum Moderatores parantne vere sacerdotes ad sacerdotale munus an potius solliciti sunt de notionibus philosophicis et theologicis dandis quin eis persuadeant orationis et poenitentiae vitam ducere?

18

Quia labor formativus et influxus actionis Praefecti erga alumnos Seminarii est maximi momenti, statuatur figura canonica Praefecti disciplinae Seminariorum in C. I. C.

19

Abrogetur usus parandi escas pro magistris alias et meliores quam pro seminaristis vel eas serviendi in alio refectorio aut in loco edito.

20

In actuali penuria, professorum numerus ne excedat necessitatem.

---

14) Bisuntin.
15) Muilaën.
16) Maceraten et Tolentin.
17) Crotonen.
18) Zeliten.
19) Palmen.
20) Bisuntin.

21

Ferventes laici in seminariis minoribus doceant ut complures sacerdotes praesto sint animarum ministerio.

22

Maximae utilitatis erunt obligatorii et frequentes conventus Superiorum sub ductu Episcoporum.

23

Rectores cuiuscumque nationis in unum periodice conveniant.

24

Singulis saltem biennis conventus habeatur Rectorum Seminariorum maiorum et minorum eiusdem Reipublicae, praeside Nuntio vel Delegato Apostolico.

2. De Magistris Alumnorum Sacrorum

1

Magistri Seminariorum Maiorum obligati sint non solum ad gradum doctoris assequendum sed etiam ad sic dictam « habilitationem » apud magistros qui scientia emineant peragendam.

2

Omnes magistri Seminariorum laurea sint ornati in propria disciplina alumnis tradenda.

3

Professores omnes etiam in Seminario degant et sint exemplum omnibus.

---

21) Andropolitan.
22) Amisen.
23) Proconnesius.
24) Pergen.

1) Daulien.
2) Sidonien.
3) S. Jacobi in Cuba, Afogaden de Ingazeira.

4

Magistri plene se tradant labori Seminarii.

5

Seminariorum magistri non tantum scientiam doceant sed etiam alumnorum animos virtutibus formare studeant.

6

Conformatio, in seminario tradenda, magis unificetur ita ut in se cohaereat, mediante concursu strictiore membrorum corporis docentis: quod corpus constitui oportet a sacerdotibus dioecesanis diligenter selectis et ad hoc munus penitus praeparatis.

7

In Seminariis adsunt magistri qui errores divulgant, praesertim « Maritain ».

3. De Seminariorum Disciplina

1

Dentur principales normae, quae exigentiis hodiernis respondeant, pro seminariorum directione.

2

Constitutiones Seminariorum renoventur ut praeparatio clericorum aptior fiat ad sacrum ministerium.

---

4) Olinden et Recifen.
5) Philippen, Abellinen.
6) Tarbien et Lapurden.
7) Jacarèzinhoen.
1) Nicotrien, Medelitan, Brixinen, Cremen, S. Severi, Capuan, Vercellen, Aelaniticus, Hydruntin, Montis Alti et Ripan, Fidentin, Fesulan, Troian, Alatrin, Corisopiten et Leonen, S. Agathae Gothorum, Avenionen, Victorien, Guadicen, Laonien, Kerrien, Elphinen, Meneven, Sedunen, Thuggen, Centurien, Caëtiten, Melen, Civitatis Mariae, Sozopolitan in Haemimonto.
2) Firman, Consentin, Forolivien, Cortonen, Tergestin, Iconien.

3

Educatio cleri fieri debet iuxta methodum ac normas consonas difficultatibus ac tentationibus huius aetatis. Errores moderni longius tractandi sunt quam haereses saeculi decimi sexti.

4

Melior requiritur organica connexio Sacram Seminariorum Congregationem inter et seminaria diversarum nationum. Haec S. Congregatio suas habet regulas et praxim, quae saepe subditis non sunt sat cognita nec ad usum universalis Ecclesiae hic illic in rebus novis versatae, sat clarius explicita pro rerum circumstantiis. In aetate moderna qua desiderantur magis ac magis relationes personales, dolendum videtur de charactere anonymo et impersonali relationum huiusmodi.

5

Necessarium est ad velociorem et magis compositam praxim, ut moderatores seminariorum ab unica tantum S. Congregatione pendeant in exercendo munere, et non a pluribus, uti nunc est, scilicet a SS. Congregationibus de Seminariis, de Sacramentis, S. Officii.

6

Abrogetur decretum SS. Congregationum de Seminariis et Universitatibus et de Religiosis (25 Iulii 1941 A.A.S. 1941, 371) pro illa parte, qua dispensatio Romana expetenda praescribitur. Si enim praescriptum, quod in can. 1363 § 3 continetur, probe observatur, satis fiat ne non idoneus admittatur.

7

Aliqua libertas concedatur secundum diversas nationes, sub tamen directione ac censura S. Congregationis de Seminariis. Difficile enim apparet idem regimen pro gentibus reapse diversis.

---

3) Roffen, Jolietien in Illinois.
4) Insulen.
5) Insulen.
6) Essendien, Eminentianen, Berolinen.
7) Burdigalen.

8

Desideratur renovatio curriculi Seminariorum, praesertim maiorum, ut alumni melius se praeparare possint ad virtutes sacerdotales et ad hodiernas fidelium necessitates.

9

Relinquendae sunt methodi antiquae; educatio « collectiva » iam non sufficit; requiritur ut Rectores et Patres spirituales singulos cognoscant, examinent, ponderent.

10

Moderatores paedagogicas artes sequantur et principia, quae modis et usibus christianis congruant, reiecta sic dicta « autoeducatione, autocontrollo, autonomia personale ».

11

Severior disciplina in Seminariis urgeatur.

12

In seminariis disciplina strictior vigeat ac falsae methodi paedagogiae refellantur.

13

Novationes et experimenta, effectus temeritatis, prohibeantur.

14

Valde opportuna est reactio circa aliquam deminutionem disciplinae quae interdum apparet apud seminaristas.

15

Quidam ut iuvenum libertati et « spontaneitati » faveant, nimis eorum « autonomiae » indulgent. Huiusmodi institutionis methodus

8) Cenen, Campifontis in Illinois.
9) Tranen et Barolen.
10) Patavin.
11) Ferrarien.
12) Arcen, Apamien.
13) Montis Pessulani.
14) Burdigalen.
15) Montis Pessulani.

destruit virtutes oboedientiae, reverentiae, humilitatis, abnegationis, earumque virtutum quae ad essentiam vitae christianae pertinent.

16

Formatio in Seminariis nimis redolet Constitutionibus et Regulis Congregationum, quibus regimen Seminariorum concreditum est. Valde utile esset si in Seminariis religiosis concreditis adessent sacerdotes saeculares vere pii et docti tamquam spiritus moderatores et professores.

17

Facultas tribuatur Episcopis diversas experiendi rationes pro formatione alumnorum sacrorum praesertim adultorum.

18

Libere possit Episcopus decernere circa modum educationis alumnorum Seminarii minoris, servatis instructionibus S. C. de Seminariis, v. g. non excludatur possibilitas externatus.

19

Formatio clericorum sit longior ita ut magis sint ad munus exercendum in mundo hodierno apti.

20

Solidior sit sacrorum alumnorum formatio.

21

Formatio seminaristarum non sit inferior formatione alumnorum religiosorum.

---

16) Jaffnen.
17) Reconquisten.
18) Sanaven, Montisvidei.
19) Mimaten.
20) Abyden, S. Dominici, Adamanteae, Peloten, Portalegren, Rivibamben, Amisen, Campi Grandis, Chilapen, Hadrianopolitan in Haemimonto, Curitiben, Reconquisten, Nunt. in Guatimala.
21) S. Jacobi in Cuba.

22

Diligenter cura habeatur de iuvenibus ad sacerdotium admittendis, maxime relate ad virtutes necessarias.

23

Pauca sint statuta in seminariis, prohibitiones fere removeantur, e contra magis in instructionibus positivis instetur.

24

Munus paroeciale alumnis proponatur tamquam eorum vocationis apostolicae finis primarius.

25

Extollatur momentum regularum disciplinae in Seminariis.

26

Educatio in Seminariis sit severissima et elata.

27

Reprimatur exaggeratus novitatis spiritus in sacrorum alumnis.

28

In seminariis maioribus spiritus silentii, mortificationis, orationis, solitudinis denuo colatur.

29

Orationi tribuatur locus primarius.

30

Alumni sacrorum magis ad spiritum sacrificii educari debent.

---

22) Sup. Gen. Ord. de Mercede.
23) Palmen.
24) Leucen.
25) Cinnaeus, Dakaren.
26) Reconquisten, Tacnen.
27) Terulen, Ilerden, Gerunden, Giennen.
28) Arcen.
29) Tarbien et Lapurden.
30) Sandomirien, Sup. Gen. Ord. Minimorum.

31

Sacrorum alumni ad laborem apostolicum socialiter, sub promissione, exercendum edoceantur.

32

Iuvenes in sortem Domini vocati in disciplinarum studia incumbant magis magisque, non tantum in spiritu sanctitatis et humilitatis formentur, sed etiam in disciplinis litteralibus non minus laicis et in speciali modo in scientia sacra.

33

Obsequiose loquantur in seminariis de statu religioso, qui status perfectionis est, minimeque labefactatur in sua sancta institutione defectibus quorundam religiosorum.

34

In seminariis vocationes contemplativae nedum extinguantur, sedulo evigilentur vel ad felicem progressum et ad effectivam adimpletionem adiuventur.

35

Vehementer affigatur alumnorum animis spiritus Encyclicae « Fidei donum » ita ut plurimi sponte sese offerant ad missiones.

36

Ita efformetur saecularis et regularis clerus ut qui ad alterutrum pertinent sciant recogitentque se non tantum esse cultus administros, sed etiam divinae religionis magistros.

37

Necessarii sunt in Seminariis « educatores-assistentes » ad instar illorum quos S. Ioannes Bosco pro suis tironibus constituit.

---

31) Oruren.
32) Ruben et Bituntin.
33) Sup. Gen. O. F. M. Conv.
34) Sup. Gen. Congr. Gall. O. S. B.
35) Abulen, Dausaren.
36) Sabinen et Mandelen.
37) Siccen.

38

Ab alumnis seminariorum saepe legantur publice et privatim documenta pontificia circa formationem clericorum.

39

Seminaria in quibus permulti sunt alumni instruere possunt sacerdotes etiam pro dioecesibus clero carentibus.

40

In Seminariis inculcetur clericis quod mens Ecclesiae est ut omnes quidem sint catholici sed parum refert cuiusdam ritus. Ideo omnes conatus ad augendum numerum fidelium proprii ritus dirigantur non ad alliciendos fideles catholicos alterius ritus sed ad conversionem acatholicorum.

41

Alumni seminariorum maiorum habeant quoddam contactum cum vita familiari et paroeciali.

42

Alumni seminariorum addiscant speciali cura sensum litteralem et spiritualem illorum quae in Breviario et in Missali continentur.

43

Uniformitatis causa utilis erit, pro Italia, unica norma circa habitum seminaristicum et tempus clericalis vestitionis.

44

Vestem talarem clerici ne induant nisi studiis humanisticis expletis.

---

38) Engolismen.
39) Monopolitan.
40) Soldaien.
41) Montisvidei.
42) Florianopolitan.
43) S. Agathae Gothorum.
44) Muran.

45

Alumni, exacto triennio, initio quarti cursus philosophiae, per primam tonsuram clerici evadant.

46

In primo anno S. Theologiae absolute vestis talaris a clericis induatur.

4. De Seminariis Regionalibus

1

Agatur de seminariorum regionalium regimine.

2

Instituantur Seminaria regionalia.

3

Seminaria regionalia absolute serventur.

4

Maximum beneficium est Seminarium regionale pro parvis dioecesibus, sed nimis gravat in earum aerarium. Perutiles erunt normae ad has difficultates solvendas.

5

Status iuridicus definiatur ut certo agnoscatur cui competat eorum regimen.

6

Adsit saltem facultas iuridica in seminariis regionalibus.

7

Seminaria regionalia habeant cursum maiorem et minorem.

---

45) Thelesin.
46) Imae Telluris et Pointapitren.
1) Laguaten.
2) Granaten, Tabuden, Mitylenen.
3) Mesembrian.
4) S. Agathae Gothorum.
5) Montis Alti et Ripan.
6) Salernitan.
7) Salernitan.

8

Numerus alumnorum contrahatur, ut singuli melius cognosci, corrigi et excoli possint.

9

Aperiantur Seminaria regionalia ad eos candidatos recipiendos qui in proprio Seminario, ob excessum candidatorum admitti non valuerint.

10

Ipsi Metropolitae demandetur disciplina Seminariorum regionalium quibus praesint Superiores et Magistri eiusdem regionis vel cuiuscumque dioeceseos quantum fieri potest.

11

Regimen Seminariorum regionalium revera Episcopis demandetur.

12

Episcopi exerceant iurisdictionem in suos alumnos in Seminariis Regionalibus.

13

Episcopus unus et maximus habeatur iudex indolis ac vocationis alumnorum, qui in Seminario regionali studeant.

14

In Seminariis Regionalibus ultima decisio circa vocationem et circa promotionem ad studiorum prosecutionem Episcopo relinquatur et non professoribus.

15

Plenissimum ius agnoscatur Episcopis concedendi etiam ordines minores.

---

8) Eutymen.
9) Abulen, Dausaren.
10) Pompeian.
11) Marsorum.
12) Triventin.
13) Aquinaten Soran Pontiscurvi.
14) Othieren.
15) Caesarien in Bithynia.

16

Seminariorum regionalium rectores, spiritus moderatores, disciplinae curatores, magistri in metropolitana et suffraganeis dioecesibus eligantur.

17

Omnes Episcopi qui habent alumnos in Seminario Regionali concedant professores: est quaestio etiam de iustitia.

18

Seminaria Regionalia non bene consequuntur fines pro quibus erecta sunt ob studiorum rationem necnon ob alumnorum numerum; ratio studiorum atque institutio mihi videntur non satis nec apte ordinari ad sacerdotale ministerium secundum aetatis nostrae necessitates spirituales. Itaque institutiones quae annis lycaei, de numeris, de chemia animantium rerumque natura agunt, arctentur velim, cum parum iis qui sacris initiandi sunt, prosint; pertractentur autem malim profundius latiusque philosophia eiusque historia et praesertim de animo doctrina una cum arte educandi praeceptis, cum sacerdos praeceptor sit animarum.

Deinde institutio in curriculo theologico quorundam Seminariorum Regionalium mihi videtur theoretica et cathedratica, non pastoralis, cum professores, in disciplinis tractandis graves doctores Athenaeorum Pontificiorum aemulari conentur; iamvero oportet professores, gravitate academica praetermissa, cum alumnis familiariter agant et curent ut iidem studio et amore sciendi imbuantur, de omnibus quaestionibus theologicis ac philosophicis aetatis nostrae certiores fiant et, ne tempus terant, praeter scientiam Dogmatis, Moralis, Iuris Canonici et Sacrae Scripturae, Theologiam pastoralem perdiscant et sacramenta rite administrare docentur, Verbum Dei cultis puerisque atque doctis, operariis, adulescentibus, aptis modis praedicare valeant, Actionis Catholicae sodalitates aliaque opera paroecialia recte erigant et regant, et ad recentiores formas et methodos apostolatus expedite, apte alacriterque initientur. Insuper

---

16) Mitylenen.
17) Ss. Conceptionis.
18) Aversan.

optandum ut cum memoratis disciplinis humanae societatis doctrina et Iuris Publici Ecclesiastici institutiones, saltem per biennium, tradantur, cum eorum momentum et necessitas in dies magis magisque augeatur.

Exc.mos Episcopos non bene cognoscere Seminariorum Regionalium alumnos, cum a se absint, et tempore collationis sacrorum ordinum, Rectorum eorumque praeceptorum quasi ministros, ut ita dicam, esse: quae omnia nemo non videt quam dedecori sint Episcopis et rectae Sacerdotum formationi noceant.

Si autem Seminaria interdioecesana, sine caterva alumnorum, instituantur, professores moderatoresque, gratia Dei suffulti, melius impendant et Exc.mi Episcopi iuvenes ad Sacerdotium vocatos bene noscant, recte eligant ac secundum indolem uniuscuiusque in ministerio pastorali eis utantur.

19

Cum in quibusdam Seminariis Regionalibus plurimi (non numquam trecenti et amplius) sint alumni non video quomodo Rector suum munus obire valeat, nempe iuvenes apte formandos, commoneat, hortetur, ducat, vigilet atque praesertim bene cognoscat. Idem dicendum de Moderatore spiritus. Qua re nonnulli Sacerdotes, spirituali formatione expertes, opinionem Superiorum fallunt: commoditatibus Seminarii assueti, haud raro angustiis quorundam vicorum non se accomodant, vicarii cooperatoris munia non numquam ipsa beneficia paroecialia, si lauta desint patrimonia, recusant.

20

Videatur utrum seminaria regionalia plus quam dioecesana et localia melius efficere possint opus eruditionis seminaristarum.

21

Episcopus non bene cognoscit Ordines suscepturos, si in Seminariis Regionalibus degunt.

---

19) Aversan.
20) Manchesterien.
21) Jericoën.

22

Institutio clericorum fiat in propria dioecesi apud Episcopum ut hic suos clericos agnoscere possit.

23

Melius est ut reducatur numerus dioeceseon et Seminaria Regionalia aboleantur.

24

Seminaria Regionalia reducantur pro urgenti et vera necessitate.

25

Dioecesibus, quae media sufficientia habeant, facultas agnoscatur habendi proprium Seminarium completum.

26

Aliquando scientiarum studium est cura principalis dum, ob multitudinem alumnorum, formatio deficiens est.

27

Saepe videtur minui adhaesio alumnorum suis dioecesibus quae frequenter eos omnino alere coguntur.

28

Instituantur Seminaria inter parvas dioeceses, quae etsi non sint regionalia, efficacius tamen alumnos praeparare possint ac Seminaria Regionalia.

29

Etiam Seminaria minora interdioecesana statuantur.

---

22) Lucerin.
23) Scythopolitan.
24) Rossanen, Uticen, Caesarien in Bithynia.
25) Cassanen, Catacen et Squillacen, Aquilan.
26) Pompeian.
27) Pompeian.
28) Amerin, Nolan.
29) Reconquisten, Ss. Conceptionis, Brundusin.

30

Seminaria maiora seu metropolitana creentur.

31

Adsit tantum unum Seminarium theologicum pro unaquaque provincia.

32

Proponitur saltem ad experimentum institutio Seminarii Interdioecesani per unionem vel trium dioecesium finitimarum ita ut in una earum studia peragant alumni Gymnasii, in alia alumni Philosophiae et in alia alumni Theologiae. Exc.mi Visitatores missi singulis annis a S. Congregatione competenti ad haec Seminaria Interdioecesana pro inspectione peragenda cognoscere possent de morum cura et de diligentia ac de profectu studiorum.

33

Foveatur mutuum adiutorium finitimarum dioeceseon permittendo conviventiam alumnorum in uno Seminario pro scholis numero discipulorum deficientibus.

34

Ad vitandos defectus Seminariorum Regionalium, fiant Seminaria provincialia aut saltem interprovincialia, ut Episcopi formationem clericorum iuxta dioecesis utilitates perficere possint.

35

Si in Seminario minori non adsunt tres saltem sacerdotes, alumni mittantur in aliud Seminarium.

36

Maiores dioeceses saltem permittant ingressum in Seminarium alumnorum sacrorum pauperum dioeceseon modico stipendio.

---

30) Reconquisten, S. Fidei in Argentina, Medellen, Maracayen.
31) Nyerien.
32) Surrentin.
33) Maceraten et Tolentin.
34) Lycien, Campanien.
35) De Ponta Grossa.
36) Tehuantepecen.

37

Parvae dioeceses adiuventur a maioribus ad efformandum Seminarium proprium.

38

Omnibus Seminariis auxilia donentur sicut Seminariis Regionalibus Pontificiis.

39

Seminaria nationalia ad clerum castrensem efformandum foveantur.

5. De Vacationibus Alumnorum Sacrorum

1

Normae rigidiores pro vacationibus edantur.

2

Alumni Seminariorum familiae curae subtrahantur, etiam vacationes extra seminarium contrahendo.

3

Seminaristarum feriae non protrahantur ultra mensem vel quadraginta dies.

4

Aboleantur vacationes sacrorum alumnorum tempore paschali; Nativitas et Epiphania semper in Seminario ritu solemni celebrentur; permittantur tantum aliqui dies vacationis inter festa Nativitatis et Epiphaniae.

5

Prohibeantur vacationes tempore Nativitatis Domini.

---

37) Tehuantepecen.
38) Montis Regalis in Pedemonte.
39) Medellen.
1) Dakaren.
2) Thelesin.
3) Pergen.
4) Westmonasterien.
5) S. Ioannis Terrae Novae, Dubuquen.

6

Prudentes cautiones expediet assignare quibus S. Theologiae alumni et sacerdotes iuniores praemuniri debeant ad itinera per exteras nationes, sat hodie frequentia, tempore maxime vacationum aestivarum.

7

Uniformitas instauretur circa Seminaria aestiva.

8

Regulae habeantur strictiores circa exercitationes spirituales et vacationes nimis diuturnas.

9

Feriae sunt necessariae, attamen (exceptis aliquibus temporibus anni, post festivitatem Natalis Domini, Resurrectionis et aestate) ne alumni minorum et maiorum seminariorum ad domos parentum proficiscantur.

10

Domus ad rusticandum provideatur ubi seminaristae honestae recreationi indulgere valeant.

11

Feriae aestivae ad minimum reduci deberent.

12

Optandum esset seminaristas in Maioribus Seminariis non posse gaudere plus quam uno mense vacationum tempore aestivo.

13

In feriis aestivis seminaristae deberent facere catechismum.

---

6) Conchen.
7) Zeliten.
8) Burdigalen.
9) Bisuntin.
10) Pergen.
11) S. Jacobi in Cuba.
12) Caesarianen.
13) Barren de Pirahy.

14

Domus vacationis pro alumnis Seminarii Minoris potius quam maioris instituatur, nam clerici deberent parochum adiuvare.

6. De Seminariis in locis missionum

1

Quia in locis missionum sufficiens cura circa alumnorum sacrorum institutionem impossibilis est ob sacerdotum penuriam, quaeritur ut sacerdotes qui habent gradus academicos ad hoc opus speciale destinentur.

2

Seminaria pro indigenis maiore pecunia indigent.

3

Institutum Liturgiae pastoralis missionalis condatur ad normas suppeditandas in adaptationibus liturgicis regionum missionum.

7. De Visitationibus in Seminariis instituendis

1*

Visitatio apostolica, saltem decennalis, pro omnibus Seminariis, etiam regularium, tum in spiritualibus quam in academicis, decernatur.

2*

Absolute necessarii sunt visitatores a S. Congregatione Seminariorum missi.

3*

Visitatio fiat periodice et in omnibus Seminariis.

4

Constituatur Visitator Apostolicus Nationalis in unaquaque natione.

---

14) Rhoinen.
1) Hierapolitan in Syria.
2) Konakrien, Nzerekoreen, Kankanen.
3) Uahiguyaen.
1*) Desmoinen.
2*) Conchen.
3*) Tarvisin.
4) Tyanen.

III. DE STUDIIS

1. De Ratione Studiorum in Seminariis Minoribus

1

Specialis legislatio detur circa Seminaria minora.

2

Ratio studiorum in gymnasiis et licaeis Seminariorum utilior evaderet ad formationem cleri si non ad rationem scholarum civilium fieret sed pressius ad finem specifice ecclesiasticae culturae accomodaretur.

3

Gymnasium et lycaeum *ecclesiasticum* instituantur. Magnam partem habere deberent scripta Graecorum et Latinorum Patrum, non neglectis profanis; Historiae Ecclesiae studium a primo lycaeo incipiatur; philosophiae studium per quadriennium impertiendum; theologiae curriculum per 5 annorum spatium protrahendum.

4

Auctoritative provideatur necessariae independentiae studiorum in Seminariis a ratione civili studiorum. Licentia gymnasialis regulariter exigatur; licentia licealis vel non exigatur vel habeatur biennium philosophicum post triennium more civili expletum.

5

Decernatur an expediat titulos scholae mediae indiscriminatim omnibus procurare.

---

1) Legionen.

2) Albae Pompeien, Sup. Gen. Ord. Minimorum.

3) Interamnen et Narnien.

4) Maceraten et Tolentin, S. Severi.

5) Tabuden.

6

Ne adsit nimia cura sequendi in Lycaeo rationem studiorum Status.

7

Uniformitas instauretur in curriculo studiorum. Sint quatuor cursus lycaeales et quatuor vel quinque cursus theologici.

8

Sint tres cursus pro lycaeo et quinque cursus pro theologia. (Ultimus annus reservetur praxi pastorali).

9

Habeantur et quartus annus lycaealis et quintus annus theologicus, sed quartus lycaealis sit prout novitiatus.

10

Quartus annus, studiis lycaealibus additus, ut verus novitiatus ordinetur.

11

Studia humanitatis ne brevientur.

12

Studia humanitatum quae in Seminariis Minoribus peragi solent, utiliter aequiparanda sunt iis quae in scholis Status aguntur ita ut Sacerdotes laicis haud inferiores sint in scientiis profanis, deinde sacris disciplinis efficientius, prout necessitas aetatis nostrae postulat, vacent.

13

Post lycaeum ad modum scholarum Status, habeantur tres anni Philosophiae cum possibilitate titulum magisterii civilis obtinendi, eodem tempore, secundum alumnorum aptitudinem.

---

6) Tarvisin.
7) Albinganen.
8) Pacten, Philippen.
9) Fidentin.
10) Cassanen, Jacien, Apuanien.
11) Camposin.
12) Brigantien.
13) Cercinitan.

14

In Seminario Minori velut pensum memoriae mandentur textus Evangelii et Epistolae omnium anni liturgici dominicarum; postea alumni, quantum possint, memoriter retineant Novum Testamentum, praecipue Evangelia et S. Paulum necnon aliquos Psalmos et capita Librorum Sapientialium latine ad litteram.

15

Gymnasii et Lycaei alumni idonei sint ex studiorum Status testimoniis; et hoc ut ample libertas et sinceritas vocationis in tuto ponatur.

16

Ratio quaedam excogitetur et reperiatur qua omnes pueri, praesertim qui statum clericalem vel religiosum amplecti cupiant, saltem usque ad decimum quartum annum aetatis rite catechismum addiscere cogantur.

17

Tantum in scholis mediis inferioribus adoptentur programmata Status.

18

Sacrorum alumni ne in Seminarium admittantur nisi post biennium expletum in Instituto Dioecesano, quod Prae-Seminarium vocant.

19

Melius forsan esset si sacrorum alumnis antequam philosophiae studium aggrediantur, Christi Mysterium in tota sua amplitudine, in quantum id capere possunt, patefieret, ita alumni semper hanc visionem prae oculis habentes abundantiores e studio philosophiae ac theologiae fructus percipere valeant.

---

14) Malacitan.
15) Oppiden.
16) Bergomen.
17) Caesenaten.
18) Hadrianopolitan in Haemimonto.
19) Durbanian.

2. De Ratione Studiorum in Seminariis Maioribus nostris temporibus accomodanda

1

Ratio studiorum proposita ab encyclicis « Ad catholici sacerdotii » et « Sedes Sapientiae » stricte imponatur.

2

Quaeratur maxima possibilis uniformitas et unitas in programmatibus et rationibus studiorum Seminariorum.

3

Examini subiiciatur opportunitas creandi duas species programmatum pro studiis ecclesiasticis ita ut primum rigorose academicum sit, alterum vero brevius et facilius magis charactere pastorali polleat.

4

Perscrutentur studiorum cursus, ut disciplinae theologicae, philosophicae et litterariae integre conserventur iuxta normas Apostolicae Sedis et probatas traditiones.

5

Districte urgere applicationem recentis Instructionis S. C. de Seminariis, excludentis praeparationem ad examina statalia, vix non arceret multos iuvenes a seminario minore ingrediendo. Aliunde apparet ut necessaria apud sacerdotes plurimos cultura quaedam technica, ut mentem multorum fidelium perspectam habere valeant.

---

1) Iquitosen.
2) Tabuden, Terulen, Oscen, Limisen, Tirasonen.
3) Sup. Gen. Ord. Carm. Discalc.
4) Philadelphien Latinorum.
5) Aquen.

6

Studia ecclesiastica vertant praecipue erga disciplinas a Iure Ca-Canonico et regulis S. Sedis statutas et alumni ne nimis indulgeant sic dictae « specializationi » scientificae.

Seminarium maius habeat tyrocinium non tantum S. Theologiae sed etiam Philosophiae.

7

Strictiores habeantur regulae quoad clericorum institutionem theologicam, quae non satis efficitur secundum formam scholasticam et thomisticam.

8

Redigendi curentur et edendi textus scholastici sobrii, lucidi, perspicui, scientifice et didactice praestantes: textus biblici (curante P. Instituto Biblico), textus theologici et subsidiarii (curante S. Congr. de Seminariis et, respective, S. Congr. de Religiosis).

9

Mutetur ordo studiorum Theologiae, ita ut magis distinguatur eruditio scientifica et instructio ad curam animarum.

10

Methodus et fines in studiis theologicis determinentur.

11

Alumnorum sacrorum studia quam maxime ad pastorale munus ordinentur.

12

Videtur esse magni momenti in studiis theologicis etiam pars practica et pastoralis.

---

6) S. Ioannis Terrae Novae.
7) Burdigalen.
8) Portlanden in Oregon.
9) Spiren.
10) Velitern, Veronen.
11) Cloynen, Driziparen, Isinden, Albae Regalen, Baren in Pisidia, Funchalen.
12) Sup. Gen. Soc. a S. Paulo.

13

Seminariorum statuta ad normam recentium Pontificiorum documentorum, sedulo exponenda ac, si opus fuerit, reformanda, attento disciplinae paedagogicae progressu; methodus paedagogica in scholis et collegiis nostris sanis exigentiis hodiernis aptetur.

14

Studia ecclesiastica modernis exigentiis magis aptentur.

15

In theologiae studiis methodus sequatur magis nostris temporibus consentanea.

16

Tradantur quoque in Seminario Maiore scientiae modernae vel nova subiecta, e. g. Sociologia, Psychologia socialis et educativa, Anthropologia, etc.

17

Profundius investigantur in Seminariis doctrinae positivismi, existentialismi et communismi.

18

Instituantur Psychologiae cursus.

19

Studium Pedagogiae valde in Seminariis commendetur.

---

13) Perusin.
14) Changanacherren, Ernakulamen, Bombayen, Trivandren, Tiruvallen, Madhuraien, Nelloren, Intern. Ap. in Sinis, Hadrianopolitan in Haemimonto, Barquisimeten, Arassuahyen, Mesembrian, Mvanzaën, Rusicaden, Dodonaeus, S. Galli, Caietan, Massan, Lorymien, Ariminen, Neupacten, Cremen, Sebasten in Cilicia, Venetiarum, Firman, Tergestin, Corisopiten et Leonen.
15) Muran.
16) Kagoshimaen, Intern. Ap. in Sinis.
17) Portus Ludovici.
18) Cypren, Akren, Rabaten.
19) Higueyen, Succursen et S. Aegidii.

20

Studia theologica sub modulo pragmatico simul et spirituali in futurum ordinentur.

21

Praelectiones de psychologia religiosa spectata in unoquoque statu sociali non tantum pro iuventute sed etiam pro adultis, tradantur in Seminariis.

22

Scholasticae illae quaestiones quae hodie historicum tantummodo interesse habent secundo loco, dum pastoralis Theologia, psychologia et medicina pastoralis, sociologia et pedagogia praestantiore loco ponendae sunt.

23

Omnes scientiae quae in Seminariis docentur ita tractentur ut redoleant pietate, quo facilius sacerdotes saeculares imbuantur aestimatione desiderioque vitae interioris.

24

In disciplinis tradendis, et non tantum tempore cursus Pastoralis, dum iuvenes principiis philosophicis et theologicis erudiuntur, maximum momentum afferatur his quae ad usum quotidianum seu praxim pertinent, ne iuvenes levitae, cum e Seminario egrediuntur, tamquam rerum imperiti humanorum morum ignari videantur.

25

Problemata nostri temporis circa vitam socialem, politicam, familiarem apte in Seminariis doceantur.

26

Sacrorum alumni, praesertim in vacationis tempore, instruantur in variis materiis practicis, ut mechanica, electricitate, radio, televisione et aliis ut saeviente persecutione laborare possint ut caeteri.

---

20) Guadicen.
21) Daren.
22) Succursen et S. Aegidii.
23) Masakaën, Rabaten.
24) Sup. Gen. Theatinorum.
25) Acalissen, Cochabamben, Rivibamben, Imae Telluris et Pointapitren, Sup. Gen. Ord. Minimorum.
26) Oruren.

27

Desideratur aptior instructio in Seminariis quoad tecnicas diffusivas (radio-televisio-cinema-microphonus).

28

Ratio studiorum simplicior et profundior reddatur imminutione argumentorum.

29

Ratio studiorum seminariorum compleatur: *a*) per praxim pastoralem in biennio, post studia theologica, in aliqua paroecia vel collegio ad hoc determinato, peragendam; *b*) per ampliora studia sociologiae christianae, quoad doctrinam, et per exercitationes in exponendis et defendendis doctrinis contra adversarios; *c*) per profundiora studia circa Ecclesiae iura et historiam.

30

Maxime curandum est in studiis seminaristarum principem locum tenere quae ad pietatem, Asceticam, Liturgiam, S. Scripturam attinent.

31

Insistendum videtur in institutione practica: scil. pastorali, catechetica, liturgica, homiletica, sociali, etc.

32

Facilius redditur iter in finem pastoralem si sacerdotes propria addiscunt lingua ea quae caeteris sunt tradenda.

33

Una cum formatione spirituali exerceantur sacrorum alumni in apostolatu ita ut « fabricantes sint fabri ».

---

27) Halifaxien.
28) Lauden.
29) Neapolitan.
30) Assisien.
31) Bellaryen, Madhuraien.
32) Valentin, Docimen.
33) Daren.

34

Sacrorum alumni imprimis instituantur in dogmate et re morali, praemisso solido cursu philosophiae scholasticae, quia hodie nimis vacant studio secundariarum disciplinarum.

35

Sacrorum alumni, expleto primo anno Theologiae ad Ordines Minores ascendant, postea studiis abruptis, per annum, ministerio vacent; transacto anno in Seminarium redeant ut secundum et tertium annum persolvant et Subdiaconatu accepto rursum redeant in paroeciam per unum vel duos annos; deinde in Seminarium denuo redeant ad persolvendum quartum annum Theologiae; accepto Diaconatu ut Coadiutores singulorum Parochorum designentur et post trigesimum aetatis annum Episcopus possit eos promovere ad Presbyteratum, statutis sex mensibus specificae praeparationis in Seminario. Omnes Minoristae, Subdiaconi, Diaconi qui non apti inventi fuerint ad statum laicalem reducantur; forsan aliquibus posset permitti exercitium ordinis etiam si matrimonium contraxerint.

36

Statuatur studiorum curriculum pro clericis in Minoribus constitutis, quod ipsos ad varia sui Ordinis munera et officia praeparet.

37

In Seminariis adsit medicus psychiatrus, et quidem sacerdos si fieri potest.

38

Clerici magis instruantur in arte docendi ac in arte S. Elocutionis sed praesertim in arte relationis publicae ac methodi actionis.

39

Sacrorum alumni sedulo ad bene loquendum et scribendum instituantur.

---

34) Scopien.
35) Conimbricen.
36) Civitatis Mariae.
37) Oruren.
38) Kisumuen.
39) Durbanian.

40

Studiosissime colenda linguae vernaculae stilistica cognitio ab alumnis sacrorum erit, ut transmissionis evangelici nuntii instrumentum necessarium.

41

Reformentur textus speciatim S. Theologiae et S. Scripturae, una cum methodo docendi in Seminariis, ut alumni fructus sapidissimos vitae practicae colligere possint.

42

More augustiniano-bonaventuriano, Theologia non sit sedes tantum argumentorum sed potius fons sapientialis.

43

Tum in Theologia tum in Philosophia notatur timor et contentio relate ad quaestiones controversas; invalet enim falsa idea qua quidam intendunt Ecclesiam polemicas et controversias abominare quasi necessario caritati adversentur.

44

Post breves studiorum annos ordinari possint sacerdotes ad ruralium paroeciarum, populorumque incultorum ministerium destinati.

45

In decursu studiorum designentur aliquot horae pro labore physico exercendo.

46

Specialisatio quam maxime curetur in Seminariis.

---

40) Malacitan.
41) Leonen in Nicaragua, Ss. Conceptionis.
42) Requenaën.
43) Camposin, Jacarèzinhoen.
44) Managuen.
45) Czestochovien.
46) Aguariccoen.

47

Alumni sacrorum ne nimia varietate et numero disciplinarum distrahantur.

48

Ad S. Ordinationem ne accedant nisi qui prius praecipua documenta R. Pontificum, maxime proximorum, ut puta Litteras Encyclicas et Nuntia cognoscant.

49

Alumni S. Theologiae auctores patrios contemporaneos primae notae, dummodo noxa careant, cognoscant.

50

Clerici in scientiarum naturalium studium incumbant ita ut facilius cum laicis qui scientificam formationem acceperunt colloqui possint.

51

Alumni sacri magis incumbant studio scientiae.

52

Minuantur studia disciplinarum profanarum; augeantur studia sacra: praesertim S. Scripturae, Iuris Publici Ecclesiastici, Sociologiae christianae, Asceticae, Pastoralis.

53

Curriculum studiorum in Seminariis ordinetur praecisione facta a ratione studiorum scholarum Status, quo plenius et facilius ecclesiasticae institutionis finis attingi possit.

In Seminariis maioribus non academicis, cursum theologicum disciplinis non stricte futurum ministerium pastorale iuvantibus expedire (uti sunt hebraica lingua et graeco-biblica, liturgia scientifica, exegesis nimis rationalistarum vestigia sequens, introductoriae

---

47) Acalissen.
48) Malacitan.
49) Malacitan.
50) Kisumuen.
51) Acalissen.
52) Civitatis Castellanae Hortan et Gallesin.
53) Caven et Sarnen.

notae hypercriticae, archeologia diffuse exposita, quaestiones disputatae et pure theoreticae) ita ut tempus melius atque utilius ad addiscendas disciplinas vere pastorales insumatur.

54

Una cum errorum refutatione oportet accurate inquirere, usque ad practica consectaria, de mysteriis nostram redemptionem spectantibus: deque caritate, ad quam necessarium est consilia evangelica exercere.

55

Quae tractantur in sic dictis « Settimane sociali e liturgiche » clerici in scholis audiant.

56

Ad concordiam et collaborationem fovendam inter clerum saecularem et regularem, in seminariis sit studium iuridicum tractatus « De Religiosis », prout est in C. I. C., quod studium interdum omittitur in quibusdam Seminariis.

57

Curriculum studiorum et vitam alumnorum in Seminariis minoribus degentium simpliciorem ac magis spontaneam reddere, pietatis exercitia quibus cotidie nunc obligantur minuere atque aetati accomodare oportet.

58

Versio Veteris et Novi Testamenti ex textibus primigeniis adhibeatur in studiis theologicis.

59

Ne permittantur tirones Seminariorum quin et universitatum quoslibet auctores perlegere.

---

54) Camerinen.
55) Fidentin.
56) Sup. Gen. O. F. M. Conv.
57) Caven et Sarnen.
58) Ilcinen.
59) Sup. Gen. Congr. Rel. a S. Vincentio a Paulo.

60

Alumni doctrina sana et profunda imbuantur ut parati sint ad errores confutandos. Studium modernae peregrinae philosophiae, quae errores et confusiones prae se fert, caute admittatur.

61

Programma academicum, sociale et physicum Seminariorum hodiernis condicionibus accomodetur.

62

Examinetur utrum alumni omnes etiam indigenae, in cursu theologico, in lingua latina et philosophia thomistica instituendi sint aut philosophia terrae orientalis ad explicandam theologiam dogmaticam adaptanda sit.

63

Studium confessionum christianarum ab Ecclesia catholica dissidentium tam Orientis quam Occidentis etiam religionum paganorum quaestionumque ad reunionem Ecclesiae Christi pertinentium debet esse disciplina propria S. Theologiae in Universitatibus et Seminariis.

64

Scientiarum studium non limitetur ad quasdam antiquas formulas, sed recursus fiat ad revelationis fontes et veritates aeternae sermone, nostris temporibus adaptato, tradantur, ita ut presbyterorum praedicatio aptior sit ad mentes nostri temporis formandas.

65

Institutio clericorum artistica curetur.

66

Unicuique ars quaedam doceatur.

---

60) Sup. Gen. Ord. de Mercede.
61) Sup. Gen. Congr. S. Crucis.
62) Misnen.
63) Hildesheien, Phytean, Paderbornen.
64) Argentinen.
65) Oriolen.
66) Caesenaten.

67

Rei rusticae institutioni in Seminariis sedulior cura tribuatur.

68

Discant alumni confutationem errorum hodiernorum.

69

S. Congregatio de Seminariis edere deberet textus de Theologia Dogmatica et Morali atque de Iure Canonico, demptis superfluis ac opinabilibus quae locum habere possunt in Historia Ecclesiastica.

70

Curetur ut alumni Theologiae assuescant usui directo fontium et auctorum maioris notae.

71

Personalis inquisitio scientifica sub magistri directione foveatur ut amor studiorum accendatur et sequatur sacerdotem per totam vitam.

72

Varia genera exercitationum practicarum praecipiantur.

73

Maior sit libertas scholarum theologicarum in fontibus revelationis investigandis.

74

Opportuna videtur erectio associationis internationalis Seminariorum, ad perfectius exequenda mandata S. Sedis, ad seligendos libros pro scholis, ad permutationem voluntariam professorum et ad similia negotia pertractanda.

---

67) Medellen.
68) Linen, S. Caroli Ancudiae, Cochabamben, Imae Telluris et Pointapitren.
69) Fidentin.
70) Cercinitan, Clunien.
71) Bononien.
72) Calydonien.
73) Lancianen et Ortonen.
74) Londonen.

75

In Seminariis prodest alternatio alumnorum ita ut in uno alterove centro maiori colligantur pro eorum institutione doctrinali melius obtinenda, e. g. omnes accedant simul ad philosophiam addiscendam, alibi ad discendam propedeuticam, alibi iterum ad moralem vel dogmaticam.

76

Adunentur saeculares et religiosi in facultatibus regionalibus vel nationalibus, ut cognitio foveatur quae inter eos maiorem unionem producat et ut habeatur maior selectio magistrorum.

3. De Studiorum Curriculo

1

Quoad cursus Theologiae consideretur utrum opportunum sit habere quintum annum Theologiae in Seminariis saecularibus.

2

Addatur ad cursum theologicum saltem unus annus pro studiis scientiarum psychologiae, psychiatriae, educationis, administrationis, medicinae pastoralis, etc.

3

Cursus theologicus quinque annos complectatur.

4

In Seminariis Maioribus curriculum Theologiae ad quinquennium protrahendum est ut alumni ad Ordines Sacros exercitiumque apostolatus mediatione ac studio aptius se praeparent.

5

Augeatur curriculum studiorum unius anni.

---

75) Albae Pompeien.
76) Montisvidei.
1) Manchesterien.
2) Grandormen.
3) Fukuokaën.
4) Brigantien.
5) Montisvidei.

6

Cursus theologicus absolvatur per quinque annos.

7

Curriculum studiorum longius producatur. Can. 1380 normative declaretur.

8

Cursus adeo extendantur ut tres anni disciplinis philosophicis, quinque vero anni disciplinis theologicis dedicentur; eo vel magis quod hodierni alumni, aetate iuniores quam antea, studia ad sacerdotium praeparatoria aggredi solent.

9

Cavendum est ne cursus studiorum eorum qui in provectiore aetate Seminarium ingrediuntur nimis brevietur. Ne umquam accidat quod post tres annos cum dimidio celebretur Missa. Haec autem modo peculiari notari debent quando agendum est de ex-ministris ab haeresi conversis quippe qui maiorem prae ceteris cursus adaequati habent necessitatem.

10

Cursus philosophico-theologicus propter magnam cleri penuriam ad quatuor annos reducatur.

11

Ob penuriam sacerdotum studia alumnorum sacrorum brevientur.

12

Quartum annum philosophicum abolendum esse putatur, sacerdotes novensiles autem per duos annos in Collegio degant.

13

Adsit lycaeum trium annorum et cursus theologicus sex annorum.

---

6) Cercinitan, Ebusitan, Oriolen.
7) Thespien.
8) Sidonien.
9) Westmonasterien.
10) Ossorien.
11) Villaricen, Potosien in Bolivia.
12) Salernitan.
13) Signin.

14

Quintum annum Theologiae pro religiosis missionariis aboleatur.

4. De Potestate Episcopi in Studiis Determinandis

1

Paretur quaedam ratio studiorum fundamentalis, temporibus accomodata, ex qua unumquodque Seminarium suam particularem conficere possit.

2

Ordinario maior libertas permittatur in organizatione studiorum Seminarii sui, quia ita valde utiliter melius aptarentur ad locorum necessitates.

3

Unusquisque Episcopus pro sua prudenti aestimatione possit decernere quando in Universa Theologia solumnodo aliquot tractatus latine legendi sint.

4

Disciplinis studiorum determinatis, relinquatur Ordinariis uniuscuisque nationis determinatio rationis studiorum, methodi, etc.

5. De Possibilitate Gradus Academicos Assequendi

1*

Iterum instituantur extra Urbem facultates theologicae, philosophicae, iuridicae, quae poterunt aggregari Universitatibus Romanis et, si non lauream, saltem baccalaureatum et licentiam conferre possint.

2*

In omni regione instituantur Universitates pro clericis.

---

14) Dumen.
1) Patavin.
2) Victorien da Conquista.
3) Malacitan.
4) Stauropolitan.
1*) Patavin.
2*) Liman, Amathusius in Palaestina, Cernitzen.

3

In Seminariis regionalibus erigantur facultates Iuris Canonici ita ut sacerdotes idonei ad tribunalia et dignitates habeantur.

4

Omnibus clericis qui sint capaces pateat accessus ad titulos academicos consequendos, quibus sacerdotes pares considerari possint laicis cultis nostrorum temporum.

5

Sacrorum alumni qui Universitates adire nequeunt, saltem hi qui clariore intellectu sunt praediti, licentiam in s. Theologia obtinere valeant in proprio Seminario coram professoribus Seminarii et Magistris alicuius Universitatis.

6

S. Theologiae doctoratus alumnis seminariorum omnibusque aliis sese ad sacerdotium praeparantibus ne conferatur ante susceptum diaconatus ordinem.

7

Alumnis qui curriculum in Seminario feliciter compleverunt, concedatur gradus academicus baccalaureatus in S. Theologia.

8

Cum his temporibus inter homines gradus academici magni fiant, imo pro muneribus quibusdam etiam civilibus exigantur, eorum acquisitio, saltem baccalaureatus et licentiae gradus in sacris disciplinis et in philosophia, facilior reddatur oportet. Hinc facultas eosdem gradus elargiendi facilius concedatur seminariis et institutis quae tali facultate digna se praebeant. Pro eadem facultate obtinenda Sancta Sedes condiciones normasque instituat.

---

3) Managuen.
4) Catacen et Squillacen, Apuanien.
5) Dalisanden in Isauria, Tarraconen.
6) Paderbornen.
7) Grandormen.
8) Aphnaeten.

9

Clericis qualitatibus et ingenio praestantibus liceat studia altiora in Universitatibus saecularibus perficere antequam ad presbyteratum evehantur.

6. De Ratione Studiorum pro Indigenis

1

Ratio studiorum theologicorum pro Africanis mutetur ita ut iuxta normas magis practicas ad apostolatum melius praeparet.

2

Synthesis philosophiae afrae in seminariis Africae doceatur ut inserviat ad exponendam Afris doctrinam catholicam.

3

Plures alumni Afri Romam petere deberent studendi causa.

4

In Africa Orientali Britannica pastoralis sacerdotum omnium institutio magis accurata statuatur: v. g. per annum pastoralis institutio in aliquo Instituto a S. C. de Propaganda Fide instaurata.

5

Sacerdotes indigenae habeant in patria profundam formationem spiritualem ut religiosi.

6

Intensior formatio missionaria et oeconomica candidatorum ad presbyteratum desideratur: v. gr. ope cursuum scientiarum religiosarum comparatarum.

---

9) Dallasen-Arcis Worthen.
1) Kroonstaden.
2) Berenicen, Uahiguyaen.
3) Ondoën, Thalen.
4) Rubagaën.
5) Tiruchirapolitan.
6) Comben, Ordinarii Indonesiae.

7

Sacerdotes indigenae habeant in sua patria facilitatem obtinendi gradus academicos pro licentia et laurea in Philosophia, Theologia et S. Scriptura.

8

Sacrorum alumni afri magis incumbant in studium linguarum modernarum.

7. De Methodo Scholastica in Seminariis Sequenda

1

Commendetur methodus scholastica una cum doctrina S. Thomae.

2

Formentur alumni in Seminario a magistris optima doctrina instructis et omnino secundum principia et rationem Divi Thomae.

3

Methodus scholastica absolute conservetur.

Doceantur doctrinae sociales et disciplinae practicae v. g. de Actione Catholica, de iuvenum cura, de spectaculi cinemathographici et televisivici problematibus.

4

Quoad studia et methodum in ecclesiasticis disciplinis exponendis in Seminariis et Universitatibus investigatio et expositio philosophica et theologica fiat ad mentem S. Thomae.

5

Omnes alumni theologi divi Thomae Summam Theologicam latino textu exaratam prae manibus habere necesse est.

---

7) Tiruchirapolitan.
8) Ondoën.
1) Hydruntin, Chariopolitan, Barcinonen.
2) Sup. Gen. Congr. Rel. a S. Vincentio a Paulo.
3) Brixinen, Bobien.
4) Pueblen.
5) Malacitan.

6

In Seminariis Summa S. Thomae substituat manualia.

7

« Summa theologica » adhibeatur ut textus et non summulae.

8

Praescribatur iterum ut libri S. Thomae Aquinatis sint fundamentum non tantum theologiae dogmaticae sed etiam theologiae moralis.

9

In Seminariis tamquam libri textus non adhibeantur « Summaria » sed « Summa theologica ».

8. De Lingua Latina in Docendo Adhibenda

1

Caveant Concilii Patres ne lingua vernacula adhibeatur ad doctrinam catholicam tradendam et ad preces, sicut edictum fuit a Benedicto XV (« Maximum illud »).

2

Exigatur in omnibus Universitatibus Catholicis et Seminariis utriusque cleri usus linguae latinae saltem in Philosophia Scholastica, in Theologia Dogmatica, Morali et S. Scriptura.

3

Tum pro cursu philosophico, tum theologico, et textus adhibiti et praelectiones professorum sint in lingua latina, ne adhuc in deterius labatur « cultura » virorum ecclesiasticorum.

---

6) S. Georgii in Insula Grenada.
7) Dakaren.
8) S. Galli.
9) Dakaren.

1) Dibonen.
2) Sup. Gen. O. F. M. Conv.
3) Sidonien.

4

In seminariis adhibeantur manualia theologica in lingua latina edita, ne doctrina inter varias verborum significationes fluctuet.

5

Studium Theologiae fiat lingua latina, qua veritates fundamentales melius exprimuntur formulis certis et immutabilibus.

6

In seminariis maioribus magistri lingua vernacula non utantur.

7

Omnes ephemerides, quae de rebus ecclesiasticis agant, edantur, si possibile est, lingua latina, ut doctrina peritorum omnibus clericis cuiuscumque loci proficere valeat.

9. De Studio Linguae Latinae

1

Urgeatur studium latinae linguae, nam inveniuntur et sacerdotes et etiam Episcopi qui nesciunt latine loqui.

2

Sacerdotes intelligere possint Officium sacrum, Missale, Rituale in lingua latina.

3

Insomnis labor adhibendus est in prestigium et notitiam linguae latinae, quae ab omnibus sacerdotibus veneranda et diligenda est.

---

4) Bisuntin.
5) Camerinen, Panormitan.
6) Chiquitosen.
7) Laginen.
1) Taeiüenen.
2) Rhizaean.
3) Cercinitan, Ilerden, Dalisanden in Isauria, Tarraconen, Burgen, Mechlinien, Leodien, Druen, Gandaven, Scopien.

4

Tirones sedulo linguae latinae studio incumbant.

5

In Seminariis studium latinae linguae magis urgeatur.

6

Studium latinae linguae efficacius sit in scholis mediis, in institutis philosophicis et theologicis et in universitatibus.

7

Fortius insistendum est ut alumni in Seminariis Maioribus et Minoribus linguam latinam summa cum perfectione ediscant.

8

In clericorum studiis cura maior adhibeatur circa latinam necnon classicam culturam.

9

Quoad linguam latinam non necessarium est ut alumni vertant difficiles poëtas, sufficiat futuro sacerdoti facile intelligere documenta liturgica, patristica et Theologiam latino sermone exaratam. Humanitates classicae in Universitatibus Ecclesiasticis vel Institutis specialibus serio et accurate colantur.

10. De Studio Linguae Graecae

1

Non raro illi qui ad sacros ordines accedunt quasi nihil de lingua graeca sciunt. Non ita erat paucis abhinc annis quando alumni etiam non magna intelligentia praediti, Evangelia in lingua graeca legere poterant.

---

4) Esmeraldasen.
5) Augustan, Sup. Gen. O. F. M. Conv.
6) Sup. Gen. Ord. Scholarum P.
7) Novae Aureliae, Seteen.
8) Blesen.
9) Malacitan.
1) Westmonasterien.

2

Studium linguae graecae in Seminariis obligatorium non sit.

11. De Studio Linguarum Exterarum

1

Laudabiliter alumni Seminariorum assequerentur saltem unum idioma ex his quae in usu sunt et magna gaudeant diffusione.

2*

Alumni sacri magis incumbant studio linguarum exterarum.

3

In ratione studiorum includatur sufficiens studium alicuius linguae exterae, saltem pro aliquibus alumnis.

4

Maioris momenti quam scientia linguae hebraicae pro futuro esset scientia linguae russicae vel alterius linguae asiaticae.

12. De Studio Philosophiae Scholasticae

1**

Urgeatur solida formatio clericorum in Philosophia Scholastica cuius defectus serpenti favet relativismo.

2**

Praescribatur in omnibus Seminariis studium Philosophiae Thomisticae secundum viginti quatuor theses fundamentales ad normam decretorum S. Congregationis de Seminariis (3/8/1914) et Benedicti XV (7/3/1916).

---

2) Malacitan.
1) Malacitan.
2*) Acalissen.
3) Iconien.
4) Sup. Gen. Congr. Austr. O. S. B
1**) Sup. Gen. Soc. Iesu.
2**) Guluen.

3

In scholis catholicis, praesertim in Seminariis, traditionalem doctrinam philosophicam Magistri sequantur et respuant modernas theorias, quae fidem evertunt.

4

Ut sacerdotes arceantur a quibusdam erroribus modernis, adducendi sunt ad traditiones in Ecclesia vigentes: unde pressius insistendum est, in Seminariis, in docenda Scholastica Philosophia.

5

Inculcetur formationis mentis necessitas ope Thomisticae Philosophiae.

6

Methodus et fines in studiis philosophicis determinentur.

7

Philosophia perennis quam maxime progressum scientiarum physicarum, chemicarum ac biologicarum appropriare sibi debet ut novis temporibus magis adequate correspondeat.

8

Sacrorum alumni quam maxime in studium hodiernae philosophiae incumbant.

---

3) Aquinaten Soran et Pontiscurvi.
4) Albae Pompeien.
5) Aquen.
6) Veronen.
7) Doaren, Lomzen.
8) Antiochen Melch., Hemesen Melch., Bostren et Auranen, Petren et Philadelphien, Laodicen Melch., Pelusitan Melch., Tarsen Melch., de Nubia, Tyren Melch., Sidonien Melch., Heliopolitan Melch., Aleppen Melch., Beryten et Gibailen Melch., Mariamnen, Paneaden, Ptolemaiden, Archim. Ordinis Basiliani Aleppen Melch., Archim. Ordinis Basiliani SS. Salvatori Melch., Archim. Ordinis Basiliani S. Ioannis Baptistae Melch., Sup. Gen. Soc. Missionariorum a S. Paulo.

9

Convenienter solummodo quaestiones fundamentales Philosophiae exponantur quae necessariae pro futuro studio Theologiae, Iuris et Sociologiae erunt. Omnes alumni cursus philosophici initia sumant quaestionum philosophiae hodiernae.

Amplior materia in Universitatibus ecclesiasticis tradatur.

10

Philosophia explicetur lingua vernacula.

11

Novus videtur necessarius stimulus pro Philosophiae Scholasticae studio.

12

In nonnullis Seminariis cursus Philosophiae cum aliis studiis sive profanis sive sacris ita coniungitur ut ipse Philosophiae cursus negligatur.

13. De Studio Sacrae Scripturae

1

Magis incumbant seminaristae in studio S. Scripturae.

2

In S. Scripturae expositione urget magistros rationem tractandi sequi iuxta placita Encyclicae « Divino Afflante Spiritu ».

3

Studiis biblicis magis faveatur et pastoralis biblica promoveatur.

---

9) Malacitan.
10) Malacitan.
11) Camposin, Tloën, Jacarèzinhoen.
12) Nairobien.

1) Zacapen, Rivadaviae, Cochabamben, Pacen in Bolivia, Pionitan.
2) Cercinitan.
3) Aquen.

4

Qui introire velint ad Altare Dei, uberioribus instruantur studiis biblicis.

5

Studium S. Scripturae quam maxime extollatur.

6

Alumni antequam e Seminario discedant S. Scripturam semel saltem totam perlegant.

7

Nimia in Seminariis relinquitur libertas opinandi circa interpretationem S. Scripturae.

8

In aliquibus clericis iunioribus manifestatur propensio ad SS. Scripturarum privatam interpretationem extra omnem traditionem et leges ab Ecclesia statutas.

9

Hodie habentur horae superfluae pro S. Scriptura et pauciores pro Traditione explicanda.

14. De Studio Patrum et Scriptorum Ecclesiasticorum

1

Quam maxime sacrorum alumni in studium Patrum Scriptorumque Ecclesiasticorum incumbere debent.

---

4) Rottenburgen.
5) Kisumuen.
6) Asturicen.
7) Tloën.
8) Montis Pessulani.
9) Rhizaean.
1) Antiochen Melch., Hemesen Melch., Bostren et Auranen, Petren et Philadelphien, Laodicen Melch., Pelusitan Melch.,, Tarsen Melch., de Nubia, Tyren Melch., Sidonien Melch., Heliopolitan Melch., Aleppen Melch., Beryten et Gibailen Melch., Mariamnen, Paneaden, Ptolemaiden, Archim. Ordinis Basiliani Aleppen Melch., Archim. Ordinis Basiliani SS. Salvatoris Melch., Archim. Ordinis Basiliani S. Ioannis Baptistae Melch., Sup. Gen. Societatis Missionariorum a S. Paulo.

2

Magis attendendum est studio scriptorum christianorum graecorum et latinorum.

3

In Seminario alumni prae manibus habeant opera Patrum.

4

Optimum faciet S. Congregatio si curet typis mandanda Patrum scripta modico pretio a sacerdotibus et sacrorum tyronibus comparanda.

15. De Studio Theologiae Dogmaticae

1

Theologia dogmatica tradatur forma apta diebus nostris et recentiores errores in scholis confutentur.

2*

In dogmatibus explicandis saepe recurritur ad argumenta naturalismo et rationalismo infecta, ideoque normae dentur fixae et clarae ad doctrinam orthodoxam servandam.

3*

Doctrina dogmatica magis kerigmatice quam apostolice tradenda est alumnis in scholis Seminariorum non academicis.

4*

Theologia tradatur methodo, quam « Kerigmaticam » vocant.

---

2) Campanien.
3) Asturicen.
4) Fidentin.
1) Campanien, Nanceien et Tullen, Aquen.
2*) Adrien.
3*) Neritonen.
4*) Soanen-Pitilianen.

5

Bonum foret ut inducatur iam ut disciplina studenda in Seminariis Theologia Kerigmatica, qua optimus profectus pro bono animarum et praedicatione obtinetur ex studiis theologicis immo et philosophicis.

6

Studia Theologiae Dogmaticae et S. Scripturae sint vitalia in luce doctrinae Corporis Christi Mystici.

7

Sacra Theologia intrinsecus vividior fiat. Ideoque *a*) diversae disciplinae arctius connectendae sunt, praesertim Theologia dogmatica, moralis, exegesis, ascetica; *b*) copia rerum ediscendarum minuenda erit.

8

Nexus inter theologiam dogmaticam, moralem, asceticam plane ante oculos alumnorum sacrorum tradatur.

9

Plures repetitiones sunt superfluae, v. g. agitur de Sacramentis in re dogmatica, morali, in iure canonico et in S. Liturgia.

10

Tota scientia theologica, praesertim dogmatica, pertractetur methodo magis expositiva quam polemica.

11

Theologia magis positive doceatur.

---

5) Zeliten, Celsonen, Doaren, Lomzen, Laganitan, Albae Regalen.
6) Jericoën.
7) Calydonien.
8) Lilongwen.
9) Rhizaean.
10) Lancianen et Ortonen.
11) Pacen in Bolivia, Pionitan, Nunt. in Aequatore.

12

Ante Theologiam Fundamentalem quaestiones de religionum historia ab alumnis percipiantur.

13

Studium Dogmaticae rigore scientifico fiat, permultis tamen valde subtilibus elucubrationibus relegatis.

14

Tractatus de Fide nedum dogmatica sed etiam psychologica et sociologica imbuatur doctrina.

15

Magis explicare oportebit, in scholis theologicis quae ad Ecclesiam pertinent.

16

Alumnis Seminarii maioris magis enucleetur doctrina de Christo Salvatore ex Sacris Scripturis deducenda.

17

Fusius impensiusque exponantur doctrinae positivae de animae sanctificatione in curriculo Seminariorum Maiorum.

18

In scholis theologicis doctrina moralis latius profundiusque pertractanda est.

19

Cursui theologico addatur tractatus de S. Ioseph uti pars Theologiae dogmaticae.

---

12) Daonien.
13) Caesaraugustan, Seguntin, Malacitan.
14) Daonien.
15) Liburnen.
16) Yarmuthen.
17) Duluthen, Tuscamien.
18) Nolan.
19) Laginen.

20

Status quaestionis quarumdam thesium Theologiae non iam aptus est etiam in occidentalibus regionibus.

21

Novae theses Dogmaticae in lucem exeant (v. g. Theologia laboris, Theologia de mulierum munere in societate, etc.).

22

Tractatus de Missionibus doceatur.

23

Tractatus de Actione Catholica doceatur.

24

In Seminariis Medicinae Pastoralis cursus praefiniatur.

25

In scholis catholicis, praesertim in Seminariis, traditionalem doctrinam theologicam Magistri sequantur, respuentes modernas doctrinas, quae fidem catholicam evertunt.

26

Philosophiae et Theologiae professores quaestiones abstrusas et acriter inter scholas disputatas ad summum per transennam enucleare conentur.

27

Seminariorum maiorum magistri problemata theologiae dogmaticae pure academica relinquant ut sacrorum alumni theologiam pastoralem bene discant.

---

20) Carthaginen.
21) Carthaginen.
22) Rabaten.
23) Rabaten.
24) Oruren, Succursen et S. Aegidii.
25) Aquinaten Soran Pontiscurvi, Velitern.
26) Cercinitan.
27) Kisumuen.

28

Improbentur professores qui textum non sequuntur, hoc enim impossibile reddit de puritate doctrinae decernere.

29

Compendium fidei ut officialis dogmaticae textus exaretur; in theologicis et biblicis investigationibus bizantinismus adhuc extat; saepe theologici textus sunt heterogenii et absque vitali cohaerentia.

30

Melius in Seminariis praeparentur praedicatores de re dogmatica.

31

Curandum est ne studium disciplinarum sacrae Theologiae ad nihil aliud referatur nisi ad subeunda pericula sive ad exilis utilitatis curam.

16. De Studio Theologiae Moralis

1

Institutio Theologiae moralis in seminariis et studiorum universitatibus magis informetur Theologia dogmatica.

2

Arctior coniunctio Theologiae moralis cum Theologia ascetica et mystica elaboretur.

3

Studium Theologiae moralis ne doctrinam asceticam praetermittat.

---

28) Dakaren.
29) Ss. Conceptionis.
30) Desmoinen.
31) Calydonien.
1) Neven.
2) Czestochovien.
3) Neritonen.

4

Theologia moralis doceat evangelicam simplicitatem atque claritatem sequendo, quin in pelagus distinctionum et subtilitatum delabatur more Pharisaeorum et cum detrimento animarum.

5

In schola theologiae moralis minus immoretur super genera et species peccatorum et maius tribuatur momentum praeparationi animae ad gratiam augendam vel obtinendam.

6

Magis sistatur in exaltanda virtutis pulchritudine quam in describenda vitii nequitia.

7

Theologia moralis magis ad principia revocetur quam ad casuum resolutionem.

8

Agendo de impedimentis actus humani, accuratius tractetur de affectionibus cerebri et nervorum.

9

Magis sistatur in explicandis origine et evolutione historica singularum legum, praesertim principalium.

10

Amplius et singillatim agatur de « morale professionale ».

11

In studio Theologiae moralis profundius tractentur hodierni errores et actuales quaestiones.

---

4) Caven et Sarnen.
5) Yarmuthen.
6) Taurinen, Camerinen.
7) Taurinen.
8) Taurinen.
9) Taurinen.
10) Taurinen.
11) Taurinen, Campanien, Camerinen.

12

In Theologiae moralis tractatibus opinionum caterva reducatur.

13

Magistri Theologiae moralis ne meram Ethicam tradant, sed stricte Moralem christianam ob primatum caritatis in Deum et hominem.

14

Magistri Theologiae moralis ne tradant tantum scientiam peccatorum et casuisticam sed Theologiam virtutum et perfectae imitationis Christi.

15

In studio Theologiae moralis substituatur acuta casuistica cum rectitudine et simplicitate Evangelii.

16

Instituatur Commissio ad docendi methodos recognoscendas praesertim Theologiae moralis.

17. De Studio Iuris Canonici

1

Nimiae sunt horae pro morali Theologia et pauciores pro Iure Canonico.

2

Clara alumnorum efformetur conscientia circa obligationes quibus tenemur ordinis internationalis ita clerus aptum instrumentum fiat futurae ordinationis gentium universalis.

3

Urgeatur in seminariis studium iuris publici Ecclesiae.

---

12) Cueven.
13) Albasiten.
14) Albasiten.
15) Caesaraugustan, Santanderien.
16) Tangaën.
1) Rhizaean.
2) Malacitan.
3) Bisuntin.

18. De Studio Theologiae Asceticae

1

Theologia ascetica et theologia mystica locum obtineant in Seminariis sicut theologia dogmatica et moralis.

2

Ascetica et Mystica non tantum theoretice edoceantur sed ut elucent in Sanctorum vita.

3

Theologia et spiritualitas sacrorum ordinum, praesertim presbyteratus, melius elaboranda in Seminariis.

4

Theologia ascetica in omnibus seminariis doceatur et a magistris peritis non secus ac ipsa Theologia vel Philosophia.

5

Alumni magis incumbant studio Asceticae et Mysticae.

19. De Studio Theologiae Orientalis

1*

In alumnis Seminariorum et praesertim Universitatum edocendis, in memoriam revocentur quae a Romanis Pontificibus praescripta sunt de theologia orientali excolenda, ita ut a sacerdotibus et a fidelibus melius cognoscantur orientalium theologia, liturgia, doctrina spiritualis.

---

1) Dubuquen, Nucerin et Todinen, Auximan et Cingulan.
2) Guadicen.
3) Hyderabaden, Madhuraien.
4) Masakaën.
5) Montisvidei.
1*) Chamberien.

20. De Studio Historiae Ecclesiasticae

1

Alumni sacrorum magis incumbant studio Historiae.

2

In Historia ecclesiastica completa Ecclesiae vita exponatur et non parum differat a civili.

3

Alumni incumbant magis studio Historiae Ecclesiasticae propriae Nationis.

21. De Studio S. Liturgiae

1*

Methodice et vivide liturgia in seminariis doceatur.

2*

Theologia liturgica in Seminariis doceatur.

3*

Magis alumni incumbant studio liturgiae.

4*

Vita liturgica intensius fovenda in Seminariis.

---

1) Acalissen.
2) Fidentin.
3) Montisvidei.
1*) Aleppen Maronitarum.
2*) Vladislavien.
3*) Montisvidei.
4*) Madhuraien.

22. De Necessitate pro clericis Praeparationis Vitae Pastorali

1

Ratio studiorum emendetur ut clerici ad vitam pastoralem modernam melius praeparentur.

2

Ecclesiasticae disciplinae sint magis accomodatae hodiernis ministeriis pastoralibus.

3

Sacrorum alumni formentur ad cognitionem et usum acquirendum instrumentorum quae hodie scientia technica apostolis praebet.

4

Ad complendam alumnorum formationem, valde curetur eorum initiatio pastoralis.

5

Clerici in seminariis securiorem et prudentiorem informationem de hodiernis doctrinis et ideologiis attingant.

6

Candidati ad sacerdotium, cum saeculares tum regulares, de novis methodis in ministerii sacri exercitio adhibendis accurate instituantur.

7

Agatur de formatione pastorali clericorum.

8

Theologia pastoralis inter principales disciplinas recenseatur.

---

1) Norvicen, Sup. Gen. Ord. Minim.
2) Raleighien, Helenopolitan in Palaestina, Sacramenten, Halifaxien.
3) Portus Ludovici.
4) Docleen, Argentinen, Chamberien.
5) Nanceien et Tullen.
6) Sup. Gen. O. F. M., Sup. Gen. Congr. CC. RR. Marionorum.
7) Colophonien, Huelven, Cloynen, Czestochovien.
8) Hierapolitan in Syria, Iconien, Anconitan, Auximan et Cingulan, Brundusin.

9

Inde a primis annis seminarii, initiatio theologica fiat sub aspectu pastorali et ascetico.

10

Teologiae alumni ad ministerium in paroeciis aliquantulum attendant.

11

Post cursum philosophicum per unum saltem annum alumni in Seminariis minoribus vel in collegiis dent operam antequam ad cursum theologicum admittantur.

12

Post cursum philosophicum seminaristae apud parochum degant per biennium in apostolatu et dent examina trimestrialia. Annus quartus lycaealis in dicto biennio absorbetur.

13

Diaconi saltem per integrum annum in paroeciis ad ministerium attendant.

14

Ante cursum theologicum statuantur duo vel tres anni pro magisterio et catechesi.

15

Qui iam minores ordines receperunt valeant per plures annos ad apostolatum practice participare, si velint, ut Cleri auxiliares, quae probatio ad omnes extendatur quorum vocatio non plene firma videatur.

16

Ne prolongetur tempus studiorum Theologiae et philosophiae, sed potius alumni saepissime in praxi curae animarum exerceantur,

---

9) Tarbien et Lapurden.
10) Antequeren.
11) Angelorum.
12) Caesenaten.
13) Liverpolitan, Justinianen.
14) Phasan.
15) Muilaën.
16) Sup. Gen. Congr. Austr. O. S. B.

in excursionibus hebdomadariis adiuvando parochos diebus maioris frequentationis sacramentorum, in cursibus specialibus pro diversis classibus fidelium etc.

Urgeatur nexus inter philosophiam christianam et novas scientiarum conclusiones. Commendetur studium doctrinae socialis Ecclesiae.

17

Tempus studiorum protrahatur per unum annum ita ut quaestiones pastorales, administrativae et sociales diffuse tractari possint. Valde utile videtur mittere alumnos tempore formationis e. g. post cursum philosophicum saltem pro anno integro ad proprias dioeceses, ut formationem quamdam pastoralem recipiant antequam sacerdotio augeantur.

18

Probatio pastoralis ante Subdiaconatus susceptionem habeatur.

19

Sacrorum alumni, expleto vigesimo quarto aetatis anno, ad diaconatum promoveantur at nequeant ad presbyteratum promoveri nisi per triennium sacrum ministerium in ordine diaconatus laudabiliter expleverint.

20

Statuatur annus pro praxi pastorali.

21

Annus pastoralis in tota Ecclesia instituatur.

22

Absoluto curriculo theologico per integrum annum alumni attendant ad studium pastoralis et ad praxim homileticam.

---

17) Jaffnen.
18) Reconquisten.
19) Hadrianopolitan in Haemimonto.
20) Montisvidei, Corduben in Argentina, Medellen, Mossoren, Culiacanen.
21) Pudentianen, Angelorum, Azulen.
22) Cercinitan, Febianen, Semten.

23

Duo anni institutionis pastoralis optandi sunt.

24

Alumni sacrorum convenienter spatio duorum vel trium annorum in praxi paroeciali apud paroecias convivant.

25

Expletis nempe cursu theologico et homiletico (spatium quinque annorum), diaconi per duos vel tres annos vitam communem in paroeciis degentes, rectore parocho maxime usu docto, praxi ministeriali amplissime indulgeant dum cotidie ad breve tempus studio incumbere valeant ut etiam titulo civili decorari possint.

26

Clerus, post solidam formationem in seminariis acceptam, progressive ad actionem pastoralem initietur et frequentiores fiant conventus spirituales inter pastores animarum.

27

Loco cursus philosophici adiecti tribus annis lycaei, praescribatur ut expleto S. Theologiae curriculo, omnes ad Presbyteratum promoti saltem unum annum transigant apud aliquod Institutum Pastorale (Istituto di Orientamento pastorale, ecc.).

28

Ratio studiorum seminariorum compleatur per praxim pastoralem in biennio, post studia theologica, in aliqua paroecia vel collegio ad hoc determinato, peragendam.

---

23) Cypren.
24) Cercinitan.
25) Malacitan.
26) Lancianen et Ortonen.
27) Muran.
28) Neapolitan, Apuanien.

29

Instituatur quintus annus Theologiae pastoralis cum exercitationibus in aliqua paroecia peragendis.

30

In cursu pastorali sacerdotes se exerceant etiam ad exponendas in recta lingua vulgari veritates philosophicas et theologicas.

31

Praelectiones de laicorum apostolatu theoretice, historice et in praxi considerato, imponantur ita ut futuri sacerdotes fiant apti duces populi ipsis commissi.

32

In can. 1365 § 3 addatur: « Actio Catholica et actio socialis ».

33

Alumni sacrorum non sufficienter studio problematum hodierni temporis incumbunt.

34

Magisterium disciplinarum practicarum committatur viris pariter gnaris profundae Theologiae ac peritis usus rerum pastoralium.

35

Frustra usquemodo interrogantur documenta authentica S. Congregationis de Seminariis circa pastoralem initiationem clericorum. Si de sensu Ecclesiae certior esse velis, Const. « Sedes Sapientiae » a S. Congregatione de Religiosis promulgata, tibi legenda erit. Idem dicatur de praecisionibus, quae respiciunt naturam ecclesiasticae vocationis. Necessaria est in hoc maior unitas documentorum et instructionum.

---

29) Patavin, Jacien, Hierapolitan in Syria.
30) Sup. Gen. O. F. M. Conv.
31) Daren.
32) S. Sebastiani Fluminis Januarii.
33) Tananariven, Akren.
34) Calydonien.
35) Insulen.

36

Instituatur Post-seminarium sub moderatoribus in re pastorali valde peritis.

23. De Studio Disciplinae Catechisticae

1

Inculcanda est observantia Epistulae S. Congregationis de Seminariis diei 8 septembris 1926 de catechetica disciplina quae methodum respicit qua doctrina christiana tradenda est.

2

Seminaria praecipue optimos catechistas informent.

3

Seminaristae qui exeunt, sint parati ad catechismum bene docendum et vere apostoli laici.

4

Praelectiones de catechistica scientia et praxi augmententur; item de rebus socialibus et de sociologia.

24. De Studio Disciplinae Homileticae

1*

Durante cursu theologico saltem bis in hebdomada schola disciplinae homileticae habeatur in qua alumni exerceantur sive disponendo schematice argumentum cuicumque homiliae sive deinde ex integro litteris redigendo.

---

36) Civitatis Mariae.
1) Praenestin.
2) Rivadaviae, Maracaiben.
3) Chiquitosen.
4) Paderbornen.
1*) Malacitan.

2

Inde a cursu philosophico alumni, ciclica methodo utentes, magnam copiam documentorum seligere satagant pro paranda predicatione.

3

Quoad studium S. Oratoriae optandum est ut magis ad praxim intendatur.

4

In primo et secundo anno habeatur historia eloquentiae ecclesiasticae et analysis contionum tum ex antiquissimis temporibus Ecclesiae tum ex hodiernis (v. g. S. Paulus, Leo M., Chrysostomus, Bossuet, Skarga, etc.). In tertio et quarto anno habeatur studium methodi et sermonis catechetici. In quinto et sexto anno homiliae et sermones ab alumnis componantur originaliter etsi argumenta ex variis libris hauriant. Pronuntiatio vocalis iuncta cum rectificatione vitiorum ditionis per eloquentiae magisterium sequi debet.

5

In eloquentia hominibus nostrorum temporum grata sacrorum alumni diligenter exerceantur.

6

Diaconi et novensiles sacerdotes in post-seminario degentes praxi homileticae vacent per integrum annum sub ductu specialis magistri et semel vel pluries in Ecclesiis civitatis tempore Missae festivae praedicent.

25. De Studio Doctrinae Socialis Ecclesiae

1

In ratione studiorum Seminariorum novissima problemata praesertim de re sociali inserantur.

---

2) Malacitan.
3) Rhizaean.
4) Siccen.
5) Fernen.
6) Malacitan.
1) Zeliten, Limisen.

2

Doctrina socialis Ecclesiae profundius doceatur in Seminariis.

3

Cursus theologicus instituatur non minus quam quinque annis, ut studia circa societatem et scientias (sociologicas et scientificas) ampliorem locum obtineant.

4

In studiis ecclesiasticis maius pondus tribuatur scientiis sociologicis ac politicis (theoretice tantum quoad hoc postremum).

5

In Seminariis maioribus requiri debent cursus de rebus scientificis, de relationibus inter laborem et administrationem et de actione sociali ut sacerdotes educationi laicorum aequiparentur.

6

Introducatur disciplina de «Actione Catholica» et de doctrina sociali Ecclesiae.

7

Clerici in Seminario maiore magis instituantur in rebus oeconomicis et socialibus.

8

Res oecumenicae alumnis in suo maximo momento inculcentur.

9

Studia socialia enixe commendentur.

---

2) Akren, Ondoën, Cypren, Tananariven.
3) Raleighien.
4) Sup. Gen. Theatinorum.
5) Richmondien.
6) Edmontonen.
7) Curacaen, Trichurien, Intern. Ap. in Sinis.
8) Sup. Gen. Congr. Austr. O. S. B.
9) Higueyen, Iquitosen.

26. De Universitatibus Pontificiis

1

Seminaria et Universitates Pontificiae ornentur aptissimis professoribus.

2

Fere omnes qui Romae studia perfecerunt, ferunt necessitatem eruditionem ostendendi in occupationibus ad quas non sunt vocati ab Episcopis.

3

E Seminariis et ex ipsa Alma Urbe redeunt sacrorum alumni discipuli « Maritain », « Theillard de Chardin ».

4

In omni regione adsint Facultates Pontificiae Universitati propriae.

5

Condatur in America Seminarium Internationale cum Universitate Pontificia coniunctum.

27. De Ratione Studiorum in Universitatibus Pontificiis

1*

In collegiis in quibus Universitatum alumni commorantur simul cum studio quaestionum speculativarum coniungatur studium Theologiae spiritualis ac diversarum disciplinarum quae ad rem pastoralem pertinent.

2*

Theologia ascetica in Universitatibus recognita sit et studiosi qui eam probe sciunt laurea doctorali decorentur.

---

1) Ilerden.
2) Olinden et Recifen.
3) Jacarèzinohen.
4) Valentin in Venezuela.
5) Canelosen.
1*) Dalisanden in Isauria, Tarraconen.
2*) Masakaën.

3

Erigatur in Urbe Institutum pro studio omnium religionum acatholicarum. Alumni in seminariis maioribus et Universitatibus catholicis de eadem materia instruantur.

4

Magistri ipsi in Romanis Universitatibus quantum fieri potest, vel in aliis universitatibus sanae doctrinae, imbuantur.

5

Stricta fiat regulatio studiorum ecclesiasticorum in Universitatibus. Multi enim clerici, qui ex aliis dioecesibus veniunt, cum nimia libertate sint praediti, in pericula cadunt circa fidem, mores et sensum ecclesiasticum. Caveatur ne propter « mentis aperturam », vocationes permultae amittantur vel saltem venenum clero iniciatur.

6

Exigatur curriculum expletum seminariorum ad frequentandas facultates Philosophiae et Theologiae in Athenaeis sicut fit pro Historia et Iure Canonico. Ita structura curriculi ad licentiam et lauream potest magis scientifico modo procedere et morari in quaestionibus vere magni momenti non in notionibus.

7

In Universitates Pontificias ne admittantur alumni qui nondum expleverint cursum theologicum in seminariis dioecesanis. Tales Universitates ne sint « unum ex Seminariis » et scientia tradatur accomodata ad singulas materias profundius investigandas.

---

3) Treviren, Dagnen.
4) Sup. Gen. Fratr. a S. Vincentio a Paulo.
5) Arcen.
6) Nepten.
7) Laginen.

DE RELIGIOSIS

I. DE STATU RELIGIOSO

1. De Vocationibus Religiosis

1

Incrementum vocationibus religiosis detur.

2

Statuatur natura propria vocationis sive sacerdotalis sive religiosa, quae vocationes certe diversificantur sed nullo modo opponuntur. Vita religiosa omnibus, tam laicis quam clericis, proponi potest et nedum sacerdotio impedimentum diminutionemve afferret, illud e contra ad perfectum suimet exercitium conducit.

3

Ius est et officium religiosorum, potissimum Superiorum, vocationes ad vitam religiosam fovendi, i. e. candidatos quaerendi, excolendi, colligendi.

4

Fines in fovendis ad vitam religiosam vocationibus obtinendi proponuntur, hi sunt praecipui:

a) bonum spirituale candidatorum; *b*) bonum spirituale societatis; *c*) melius Ecclesiae servire; *d*) propriam vivendi formam servare.

---

1) Bambergen.
2) Sup. Gen. Congr. Gall. O. S. B.
3) Sup. Gen. O. F. M. Cap.
4) Sup. Gen. O. F. M. Cap.

5

Deminutionis causae vocationum religiosarum sunt: morum relaxatio in individuis, in familiis, in societate; hodiernae vitae commoda et oblectamenta, sc. naturalismus; cleri saecularis oppositio. Quidam enim parochi et ipsi Episcopi facultatem coarctant vel adimunt candidatos quaerendi, eleemosynas a fidelibus pro sustentatione collegiorum religiosorum petendi etc. Quidam Episcopus tribus candidatis ad vitam religiosam litteras testimoniales dare renuit ea sola causa, quod eos in seminarium dioecesanum cogere volebat. Ergo libertas sit religiosis quaerendi candidatos ad vitam religiosam.

6

Maiori cura religiosi seligantur, ut scandala vitentur.

2. De vitae religiosae ratione

1

Vita religiosa reformetur.

2

Exaretur a Concilio instructio pastoralis ad religiosos de vita religiosa.

3

Desideratur clara dilucidatio circa vitam religiosam contemplativam mixtam ac activam.

4

Ius de religiosis magis perficiatur.

---

5) Sup. Gen. O. F. M. Cap.
6) Intern. in Aegypto.
1) Gibuten, Cemerinianen, Uthinen, S. Iosephi in Uraquaria.
2) Essendien, Eminentianen.
3) Comben.
4) Sup. Gen. Soc. Ap. Cath,, Sup. Gen. Marist.

5

Optatur redactio totius capitis « De Religiosis ».

6

In simpliciorem formam redigere religiosorum ac religiosarum disciplinam oportet.

7

Ordines, Congregationes, Societates et Instituta complecti debent uno eodemque nomine, v. g. status religiosi, mutato aliquatenus sensu can. 487.

8

Perspicue exponatur sublimitas status perfectionis.

9

In novo Codice Iuris Canonici elaborando benigne ducatur ratio propria Foederis Canonicorum Regularium.

10

Simili modo de religiosa perfectione completus tractatus auctoritative scriptus valde utilis esset.

11

Magis extollatur vita contemplativa.

12

Coetus religiosorum et religiosarum reformentur et in statum nostris temporibus melius adaptentur et in pauciores reducantur.

---

5) Berolinen.
6) Medelitan.
7) Varsavien et Gnesnen, Daonien.
8) Albasiten, Gindaren.
9) S. Mauritii Agaunen.
10) Menelaiten.
11) Abulen, Celsonen, Dausaren.
12) Busiritan, Bambergen.

13

Exhibeantur normae, iuxta quas vita religiosa ulterius mutatis temporibus accomodetur, ita tamen ut votorum et communis vitae ratio apertius eluceat.

14

Superiores religiosorum ordinum, praesertim feminarum, conentur ut eorum ordines magis necessitatibus hodiernis adaptentur.

15

Facilitas vitae in conventibus, labor non necessarius, vel etiam otiositas una cum convinctione prioritatis vitae religiosae in mundo christiano ansam praebet religiosis ad vivendum in perpetua infantia spirituali, ad leviter iudicandum de vita reali et de hominibus qui panem comparant cum sudore vultus sui. Quomodo religiosi dirigere populum fidelem possunt si eius problemata ignorant?

16

Saltem unus e finibus secundariis uniuscuiusque congregationis sit instructio religiosa et apostolatus socialis.

17

Aequiparentur Congregationes religiosorum cum Ordinibus religiosis.

18

Distinctio inter Ordines et Congregationes totaliter aboleatur.

19

Religiones clericales aequentur religionibus exemptis.

---

13) Buscoducen, Darnitan.
14) Insulen.
15) Laetitiae.
16) Conchen.
17) Sup. Gen. Mission. Scheut.
18) Gaurianen.
19) Sup. Gen. Miss. a Consolata.

20

Inter praecipuas difficultates pro vitae religiosorum institutorum firmitate, illud commemorandum est quod non pauci religiosi valde expedite statum religiosum vel libertatis amore, vel proprii commodi ac parentum utilitatis etc. deserunt, facile assensu votorum obtenta dispensatione ac inter clerum saecularem incardinatione.

21

Providendum est magis saluti et statui psychòlogico plurium religiosorum v. g. per tempus relaxationis modo generali statutum vel per domos ad « feriandum », ubi vera necessitas adsit.

22

Consulendum est saniori statui psychologico plurium, v. g. per domos ad feriandum, per tempora relaxationis modo generali statuta. Non semel auditur moniales quasdam vita nimis tensa laborare, non sine gravi damno etiam spiritus.

23

Opportunum esset quando Religio regit aliquod Institutum statuere per inventarium ab utraque parte subsignatum quaenam bona Religioni, quaenam Instituto pertineant.

24

Determinentur relationes religiosorum cum clero saeculari.

25

Agatur de relatione inter religiosos et clericos saeculares, praesertim in operibus educationis, ubi omnes subsunt auctoritati magisteriali Episcoporum.

---

20) Sup. Gen. O. E. S. A.

21) Sup. Gen. Soc. S. Francisci Salesii, Abbas Primas O. S. B.

22) Rhemen, Ambianen, Bellovacen.

23) Medellen.

24) Nyundoen, Sup. Gen. Ord. Minimorum.

25) Cadoën.

26

Abrogetur praescriptum can. 552 § 2.

27

Congressus internationales et nationales de statibus perfectionis et concilia superiorum regionalia promoveantur magis magisque.

28

In obligationibus contrahendis summa libellarum augeatur pro qua ad S. Sedem recurrendum sit.

29

Omnes iuris pontificii religiosi habeant religiosos confessores, cappellanos, exercitiorum magistros.

30

Abrogetur decretum SS. Congregationum de Seminariis et Universitatibus et de Religiosis (25 iulii 1941, AAS. 1941, 371) pro illa parte, qua dispensatio Romana expetenda praescribitur. Si enim, praescriptum, quod in can. 1363 § 3 continetur, probe observatur, satis fiet ne non idoneus admittatur.

31

Circa disciplinam in genere religiosorum haec proponenda Concilio videntur:

a) Revisio instituti exemptionis canonicae quoad unitatem apostolatus attinet et partes quas in eodem Hierarchia iure et quidem divino sibi vindicat;

b) Sententia circa iuridicum et practicum momentum diversorum Coetuum Nationalium et Confoederationum Institutorum

---

26) Sup. Gen. Miss. S. Ioseph.
27) Sup. Gen. Soc. S. Francisci Salesii, Sup. Gen. Miss. Ss. Trinit.
28) Sup. Gen. Inst. Cavanis.
29) Sup. Gen. Congr. Helveto-Amer. O. S. B.
30) Essendien, Eminentianen, Berolinen.
31) Ephesin.

Religiosorum praeter Codicem passim constitutorum, qui interdiu sese gerere tamquam organa Hierarchiae parallela in religiosa nationis vita moderanda;

c) Reformatio Constitutionum quae totam spem ad sacerdotium accedendi adiment sodalibus religionum laicalium virorum, utpote historicis rerum adiunctis atque Ecclesiae necessitatibus non amplius accomodata;

d) Processus adaptationis in Institutis religiosis mulierum.

32

Quamvis mulieres viris pares esse possunt ratione et mente, ingenio et voluntate, tamen non est infitiandum administrationem sacerdotis i. e. viri simul cum superioribus sororum altioris gradus optimos fructus praebere atque non raro damna impedire.

33

Religiosi omnes retineant spiritum Fundatoris, et si aliquid mutandum est hoc non eveniat ob conniventiam cum saeculo sed ob necessitates apostolatus.

34

In omnibus Ordinibus et Congregationibus virorum possibile sit favere acceptioni hominum professiones artesque exercentium, quibus liceat propria munera obire, saeculi vestimento indutis — iuxta exemplum « Opus Dei » — praevio apto philosophico et theologico cursu.

35

Sitis pecuniae et oblectamentorum penes plures clericos, religiosos ac religiosas comprimatur.

36

Tribuatur religiosis non sacerdotibus facultas recitandi Breviarium lingua vernacula.

---

32) Moguntin.

33) Aurien, Culmen, Driziparen, Premislien Latinorum, Vladislavien, Polyboten, Circesien.

34) Daren.

35) Lungren, Tarvisin.

36) Darnitan.

37

Omnibus utriusque sexus religiosis valde commendetur devotio erga B. M. V. et cultus latriae erga SS. Sacramentum.

38

Sacerdotes regulares contemplativi profundam colant spiritualitatem ita ut confratres in sacerdotio in via perfectionis dirigere valeant et eorum domus religiosae praesto sint spiritualibus conventibus recipiendis.

39

Religiosi invitentur ad spiritualitatem propriam cuiusque Instituti assequendam.

40

« Spiritualitas peculiaris ordinis » quam maxime colatur.

41

In omnibus institutis vacetur mediationi per unam saltem horam et per quadrantem examini conscientiae.

42

Deprecanda est tendentia spiritualitatis naturalisticae in Monasteriis.

43

Disciplina corporalis tantum habeatur una vice in hebdomada; numquam ultra 40 verbera.

44

Vetentur poenitentiae contra salutem physicam.

45

Relinquatur libertas meditandi secundum methodum quam quisque praefert.

---

37) Mazarien.
38) Consentin.
39) Sup. Gen. Soc. S. Francisci Salesii, Sup. Gen. O. F. M. Conv.
40) Bononien.
41) Conchen.
42) S. Severini-Treien.
43) Caesenaten.
44) Caesenaten.
45) Caesenaten.

46

Praesertim in religiosarum domibus pugnetur contra mentalitatem quod in peccato praesumitur qui S. Synaxim non recipit.

47

In praxi Communionis quotidianae sacrilegia vitentur.

48

Edatur parvum breviarium in lingua vernacula pro sororibus quae chorum non habent.

49

Religiosae congregationes quae pauperibus instituendis olim conditae sunt, ad pristinum consilium et rationem restituantur.

50

De curiis religiosorum aliquid statui deberet.

51

Nomina religiosorum in baptismo accepta ne mutentur.

52

Religiones quorum finis praecipuus est christiana pauperum educatio ad pristinum redigantur finem, aliter pauperibus non remanent nisi scholae Gubernii.

53

Religiosi ad disciplinam, pietatem, spiritum Fundatoris revocentur.

54

Congerantur diversa documenta spectantia fundationem alicuius religionis ab eius initio usque ad decretum laudis ut norma clara habeatur (can. 492 § 1).

---

46) Caesenaten.
47) Tacnen.
48) Caesenaten.
49) Guadalajaren.
50) Medellen.
51) Sanaven.
52) Culiacanen.
53) Meruen.
54) Medellen.

55

Aliquae Congregationes Orientales veram vitam contemplativam ducant.

56

Regula S. Francisci in aliquibus aptetur hodiernis temporibus.

57

Attente investigandae condiciones et materiales et spirituales quarumdam institutionum sanctimonialium.

58

Religiosi ordines proprias traditiones servent circa apostolatum erga pauperes egenosque et omni ope destitutos.

59

Congregationes Religiosae quando crescunt et « potentes » efficiuntur originalem spiritum fundationis perdunt et spiritum societatum syndacalium sensim sine sensu acquirunt. Quaerunt enim magis incrementum Congregationis Religiosae quam Ecclesiae.

3. De Vita Contemplativa

1

Foveatur quam maxime vita contemplativa.

2

Inveniantur novae copiae ad vitam institutorum vitam contemplativam agentium.

---

55) Babylonen Chaldaeorum.
56) Cymaeus.
57) Abellinen.
58) Muilaën.
59) Jaffnen.
1) Ciliciae Armenorum, Colonien in Armenia, Comanen in Armenia, Babylonen Armenorum, Constantinopolitan Armenorum, Kamechlien Armenorum, Acilisen, Pedachtoën, Tauitan.
2) Ciliciae Armenorum, Colonien in Armenia, Comanen in Armenia, Babylonen Armenorum, Constan-

3

Vindicetur vera notio contemplationis supernaturalis ab universa traditione catholica professa et ex fontibus evangelicis legitime concepta. Asseratur aspectus formaliter etsi eminenter apostolicus vitae contemplativae, in quantum testimonium publicum reddit transcendentiae Dei, valori primario virtutum theologalium et cultus divini, prout efficacius opponitur hodiernis erroribus.

4. De Vita Monastica

1

In ordinationibus S. Sedis amplior teneatur ratio diversitatum essentialium inter Ordines monasticos ex una et alia Instituta religiosa ex altera parte: diversitates quae in ipso coetu « religiosorum » alios ab aliis separant.

2

In nova elaboratione C. I. C. ampliores partes obtineant religiones monasticae cum propriis iuribus et privilegiis. Hodiernus Codex nisi ad recentiora Instituta religiosa videtur, data opera, attendere.

3*

Novis in C. I. C. insertis canonibus distinctio melius inter diversas religiones innotescat: monachis enim aliud regimen convenit ac modernis societatibus.

4

Opportunum est declarare monachos a vita intraclaustrali detrahendos non esse, iuxta spiritum fundatorum eos vivere et opera eorum apostolica praecipue intra claustrorum moenia, salvis iustis exceptionibus devolvi debere, ad administrationem paroeciarum,

---

tinopolitan Armenorum, Kamechlien Armenorum, Acilisen, Pedachtoën, Tauitan.

3) Sup. Gen. Congr. Gall. O. S. B.

1) Sup. Gen. Ord. Cist.

2) Sup. Gen. Ord. Cist. Strict. Obs.

3*) Sup. Gen. Congr. Belg. O. S. B., Abbas Primas O. S. B.

4) Sup. Gen. Ord. Cister.

excepta forsan in ecclesia monasterii existente, vocandos non esse, immo qui in paroeciis vel similibus officiis extra claustra commorantur, revocandos esse.

5

Ius benedictinum nunc vigens compiletur et pro adaptatione horum temporum discussionibus in unaquaque Congregatione monastica submittatur.

6

Defendantur legitimitas et momentum sacerdotii etiam pro monachis.

5. De Vita Eremitica

1

Detur vitae eremiticae status canonicus.

6. De condicione religiosorum in terris Missionum

1*

Conditio iuridica religiosorum sive virorum sive mulierum, qui (ut plerumque accidit in Missionibus) extra domus religiosas (sensu can. 488 § 5) degunt, illustretur.

2

Non omnes Constitutiones Congregationum Europaearum aptae sunt vitae Afrorum (v. g. aliquae formae paupertatis, vel contemplationis).

---

5) Sup. Gen. Congr. Austr. O. S. B.
6) Sup. Gen. Congr. Gall. O. S. B.
1) Andegaven.
1*) Nairobien.
2) Berenicen.

3

Statuta missionalia Ordinum et Congregationum in locis Missionum laborantium emendentur secundum principia recentiarum Encyclicarum.

4

In regionibus Missionum facilitas detur egrediendi cum dispensatione a votis, etiam perpetuis, vocationibus indigenis.

5

In locis Missionum Congregationes activae plures sunt, contemplativae autem rarissimae; moniales nimis timent inopinata, paupertatem realem et omnia quae accidunt in novis fundationibus.

6

Obligationes variarum Societatum, quibus regiones missionales a S. Sede concreditae fuerint, strictius definiantur praesertim de operariis mittendis pecuniisque donandis.

7

Praestat indulta revocare quibus Superior localis sine temporis limitatione in officio manere possit, saepe enim in Missionibus titulares stationum missionalium fere ad vitam nominantur.

8

In locis Missionum, ubi Missae quotidianae auditio impossibilis est et absentia sacerdotis frequens, concedatur Religiosis facultas recipiendi Communionem a Superiore.

---

3) Accraën.
4) Reunionis.
5) Reunionis.
6) Sbiden.
7) Nairobien.
8) Conchen in Aequatore.

9

In praelaturis ubi clerus saecularis non adest consultores sint religiosi contra interpretationem can. 423 datam die 28/1/1939 (Cfr. A. A. S. XXIII, 110).

7. De Congregationibus Laicalibus

1

In Congregationibus laicalibus adsint aliqui religiosi sacerdotio aucti.

2

Lucidius describatur positio et ius sacerdotum in domibus Congregationum laicalium.

3

In Congregationibus religiosis laicalibus, quarum finis est iuventutis instructio atque formatio, conveniens esset ut nonnulli sacerdotium susciperent ad directionem spiritualem alumnorum.

4

Quaedam ex facultatibus saltem quae futuris diaconis tribuendae erunt, dignis fratribus laicis praesertim in missionibus concedantur.

5

Saltem ad experimentum, laicalia Instituta erigantur ut inter opifices unice apostolatum exerceant, salva tamen vita communi.

---

9) Chapaden.
1) Caxien.
2) Aquisgranen.
3) Terulen, Placentin in Hispania.
4) Riohachaen.
5) Iquitosen.

6

Examen instituatur circa statum spiritualem Congregationum laicorum virorum, quae in eo a Congregationibus mulierum differunt quod sacerdotum pastoralem curam non tantum non quaerunt sed practice avertunt.

7

Altius inquiratur de vocatione religiosorum laicorum in Ecclesia et, impulsu accommodato, caveatur ne, ex defectu culturae, deficiat haec vocatio omnimode Ecclesiae necessaria.

8

Religiosi sacerdotes a laicis dividantur tantummodo in eo quod attinet ad officia vitae sacerdotalis et non quoad vitam socialem, nec quoad iura et officia erga alios.

9

Fratres coadiutores, qui sacerdotii probatum desiderium sentiunt, etiam in propria Congregatione hanc vocationem ad effectum deducere possint.

8. De Institutis Saecularibus

1

In C. I. C. capita de Institutis saecularibus inserantur.

---

6) Claudiopolitan in Honoriade.
7) Insulen, Argentinen.
8) Myrinen.
9) Muilaën.

1) Vindobonen, Maroneus, Macren, S. Hippolyti, Lincien, Metellopolitan, Fukuokaën, Beiren, Sup. Gen. Soc. a S. Paulo.

2

Desideratur clara delucidatio circa vitam religiosam contemplativam, mixtam ac activam intuitu tendentiarum modernarum apostolatus et formarum novarum societatum utpote Instituta saecularia.

3

Doctrina theologica desideratur circa locum quem obtinent in Ecclesia laici statibus perfectionis addicti, necnon et Institutibus saecularibus.

4

Institutorum saecularium ad laicorum et clericorum sanctificationem et apostolatum quae sint propriae partes accuratius definiantur.

5

Optandum est ut officium fratrum et membrorum Institutorum saecularium eo dirigatur ut sint testimonium verum praesentiae Ecclesiae in medio illorum coetuum et sub forma valde variata ubi sacerdotes modo consueto vivere non possunt.

6

Desiderantur canones definientes notionem et naturam Institutorum saecularium, quae in Ecclesia multiplicantur.

7

Legislatio codificetur de Institutis saecularibus.

8

Codificatio definitiva videtur statuenda Institutorum saecularium ad mentem « Provida Mater ».

---

2) Ordinarii Indonesiae.
3) Orthosien in Phoenicia.
4) Andegaven.
5) Lugdunen.
6) Catalaunen, Rhedonen, Nemausen.
7) Jacien.
8) Zeliten, Terulen, Celsonen, Se-

9

Constitutio « Provida Mater » inseratur in C. I. C.

10

Moderentur Instituta saecularia legibus, quia faciliter ipsis accedunt animae quae aliter appeterent statum perfectionis in Institutis regularibus; ut nunc se habet res tam gravis, externam Ecclesiae auctoritatem elucit.

11

Agatur de relationibus Institutorum saecularium cum Episcopo.

12

Definiantur relationes Institutorum saecularium cum Episcopo et cum Actione Catholica.

13

Instituta religiosa et Instituta saecularia tum hominum tum mulierum (sive iuris dioecesani, sive iuris pontificii) magis submissa sint Auctoritati dioecesanae, maxime in iis quae ad apostolatum in dioecesi pertinent.

14

Modus aptus inveniatur ad praecavendum falsum mysticismum et ad subiectionem melius ostendendam Auctoritati ecclesiasticae in singulis locis ex parte membrorum Institutorum saecularium.

15

Definiri debent relationes inter Instituti saecularis sodales et paroecias.

---

guntin, Dalisanden in Isauria, Barcinonen, Tarraconen Chitrien, Limisen, Compostellan, Mindonien, Santanderien, Lucen in Hispania, Lamacen, Laganitan, Buscoducen.

9) Bluefielden, Guadalajaren, Medellen, Culiacanen, Barcusen, Inongoën, Civitatis Reginae, Mvanzaën.

10) Beneventan, Cusien.

11) Flaviobrigen.

12) Myrinen.

13) Veronen, Arianen.

14) Catacen et Squillacen.

15) Asturicen.

16

Dentur normae certae de Institutis saecularibus et piis Unionibus, praesertim quoad sacerdotes et alumnos Seminariorum ad ea pertinentes et de eorumdem obligationibus quoad Ordinarium loci.

17

Instituta saecularia votorum simplicium subesse debent ductui Ordinariorum in quorum dioecesibus existunt et operam navant quamvis Instituto Pontificio foederentur.

18

Oportet aliquid facere ad Instituta saecularia magis magisque comprobanda.

19

Instituta saecularia promoveantur.

20

Instituta saecularia sacerdotum « saecularium » valde commendentur.

21

Instituta saecularia pro sacerdotibus in ambitu dioecesano commendentur.

22

Institutum saeculare sacristanorum diffundatur.

23

Condatur Institutum laicale virorum, loco diaconorum uxoratorum vel non, quod candidatos mittat in adiutorium sacerdotum tum in dioecesibus tum in missionibus.

---

16) Pembroken, S. Bonifacii.
17) Brigantien.
18) Edmontonen.
19) Synnaden in Phrygia.
20) Teresian, Yauyosen.
21) Tarvisin, Bononien.
22) Yauyosen.
23) Balecien.

24

Foveanur Instituta saecularia praesertim pro fidelibus in matrimonio degentibus.

25

Agatur de actuositate politica et « negotiali » Institutorum saecularium.

26

Instituta saecularia ne nimis sese immisceant in mundum pecuniae (« il mondo della finanza »).

27

Novae institutiones laicales admittendae sunt cum obligatione paupertatis et oboedientiae promissione sed sine coelibatu.

28

Ne erigantur novae fundationes cum eodem fine.

29

Improbentur conventus propagatorum puri Evangelii, qui frequentantur saepe a iuvenibus utriusque sexus et in quibus cum sacerdotibus agunt de actuatione puri Evangelii etiam per collectionem pecuniae et distributionem pauperibus.

---

24) Vapincen, Irenopolitan in Cilicia.
25) Flaviobrigen.
26) Nepten.
27) Uxentin.
28) Venetiarum.
29) Hierapolitan in Phrygia.

9. De Confoederationibus religiosorum instituendis

1

Determinentur relationes religiosorum inter se.

2

Statuantur pro religiosis normae rigidiores quoad relationes cum aliis religiosis.

3

Spiritus vere fraternus inter varias familias religiosas regnet.

4

Unio nationalis Ordinum et Congregationum foveatur.

5

Foederatio sit obligatoria inter monachos.

6

In Congregatione monastica monasteria non sint amplius sui iuris, sed plura uniantur in unam Provinciam sub Abbate Provinciali, cum quattuor monachorum consilio provinciam regente.

7

Omnes religiones vitae contemplativae in foederationem redigantur.

---

1) Pictavien, Nicen, Nyundoen.
2) Teresian.
3) Muilaën.
4) Sardian.
5) Lappen.
6) Thignicen.
7) Medellen.

8

In can. 488 § 2 C.I.C. definitionibus datis addatur illa « Foederationis monasteriorum » cum legislatione pertinente v. g.: *a*) Monasteria foederata quoad regimen internum sint sui iuris, *b*) Consensus monialis requiratur quando agitur de translatione ipsius ad aliud monasterium, *c*) consilium directivum foederationis et monialium inspectrix, si statuuntur, intervenire tantum possint in casu clarae violationis iuris communis vel constitutionum non auctoritative sed insinuatione, usque dum Superior competens provideat.

9

Inter diversos Ordines et Congregationes, quorum regulae inter se sunt consimiles, instituantur confoederationes, quarum principalis sit finis, ut eadem opera et proposita communibus viribus aggrediantur.

10

Oportet fovere foederationem, saltem moralem, inter familias eiusdem Fundatoris, ad communia problemata cognoscenda et illustranda et ad mutuum amorem fraternum fovendum.

11

A iure facultates dentur ad fusionem vel saltem foederationem Congregationum mulierum, praesertim eiusdem familiae spiritualis.

12

Ordinibus, qui profitentur eandem regulam, quique vocationum defectu laborant, proponatur unio seu fusio.

13

In unaquaque natione foederatio religiosorum constituatur ad defendenda iura religiosorum erga Statum.

---

8) Medellen.
9) Paderbornen, Caiennen.
10) Sup. Gen. Ord. Recoll. S. Aug.
11) Dinien.
12) Thignicen.
13) Conchen.

14

Foveatur unio inter religiones qui eundem spiritum et scopum habent.

15

Confoederentur Congregationes quae habent eosdem vel similes labores.

16

Unio foveatur Congregationum religiosorum, praesertim mulierum, quae eumdem finem habent.

17

Foederatio monacharum sit obligatoria.

18

Uniantur monialium monasteria quae, ex insufficientia mediorum, vocationum, convenientis adsistentiae spiritualis, difficultate non parva laborant.

19

Vi conciliaris decreti statuantur modo definitivo Foederationes monialium.

20

Foederationes monialium fructum afferre possunt, sed etiam problemata creant Ordinariis: solutio esset forsan in subiectione monialium superioribus religiosis.

21

Variae hominum mulierumque Congregationes, quae plus minusve eumdem spiritum habent, in unum coalescant.

---

14) Sinus Albi, Sup. Gen. Marist., Sup. Gen. Presbyt. Tinchebray.
15) Changanacherren, Ernakulamen, Trivandren.
16) Helenopolitan in Palaestina.
17) Lappen.
18) Tabuden, Czestochovien.
19) Granaten, Conchen, Zeliten.
20) Vallisoletan.
21) Sbiden.

22

Minuatur, per aliquam coadunationem, numerus Congregationum a votis simplicibus vel etiam Institutorum saecularium et novae Congregationes, pro momento, ne statuantur.

23

Imponatur aptissimum schema unionis obligatoriae inter parvas Congregationes, quarum ipsa existentia periclitatur, et firmiores statuantur regulae pro novis fundationibus admittendis.

24

Nullo pacto permitti debent religiosarum domus habentes idem nomen et eundem finem ac Congregationes iam antea existentes et a S. Sede erectae et approbatae.

25

Non expedit multiplicare varia Instituta religiosa et saecularia identici finis et similis indolis.

26

Severiores normae in constituendis novis Congregationibus religiosarum eiusdem speciei emanandae sunt.

27

Ordo seraphicus in unum iterum readunetur sub unico Ministro Generali.

28

Foveatur progrediens unio inter Primum et Secundum Ordinem Monialium, usque ad quamdam dependentiam istius ab illo.

---

22) Burdigalen.
23) Nanceien et Tullen.
24) Jaren.
25) Sup. Gen. Soc. Iesu.
26) Sup. Gen. Ord. Bas. S. Ios.
27) Dinien.
28) Sup. Gen. Ord. Recoll. S. Aug.

29

Administratio oeconomica in singulis Congregationibus (eiusdem Ordinis) centralizetur: efficaces canones mutui auxilii instituantur.

30

Aliquae Congregationes cum eodem fine, uniantur.

31

Diversas familias, praesertim quae ab eodem Fundatore oriuntur, in unum coniungere oportet.

32

Congregationes, quae eumdem finem prosequuntur, foedere coniungantur cum scholasticatibus communibus.

33

Quaedam exstant hodie Instituta tam virorum quam mulierum, quae non amplius respondere specificae finalitati, ob quam adprobata fuerunt, videntur. Ideoque rei consulatur et, si casus id ferat, etiam per eorum suppressionem.

34

Consideretur utrum conveniat reducere numerum Congregationum praesertim mulierum.

35

Nimiae sunt Congregationes religiosae, quibus Instituta saecu-

---

29) Sup. Gen. Congr. Austr. O. S. B.
30) Celsonen, Pampilonen, Placentin in Hispania, Driziparen, Vladislavien, Meneven, Ruremonden, Roterodamen.
31) Vladislavien.
32) Andropolitan.
33) Lancianen et Ortonen.
34) Acheruntin, Sebasten in Cilicia.
35) Acheruntin, Mantuan, Consentin, Hydruntin.

laria nunc accedunt. Interdum parvus numerus adeptorum est et simillima finalitas. Unio vel saltem foederatio suadetur.

36

Aliquae Congregationes indigenae religiosorum ac religiosarum, quae eumdem finem prosequuntur, coniungantur.

10. De Novis Congregationibus instituendis

1

Non facile admittantur novae Congregationes quae finem specialissimum non habeant.

2

Impediantur novae fundationes quorum fines iam ab aliis Fundatoribus praevidentur.

3

Ne multiplicentur Instituta sive virorum sive mulierum.

4

Solutio inveniatur pro parvis Congregationibus quae difficultates habent in efformandis candidatis.

5

Ne erigantur canonice novae fundationes cum eodem fine.

6

Sacerdotes, religiosi vel pii viri consociationes ne condant nisi expresse electi ab Episcopis; non sufficit Congregationis approbatio subsequens Episcopi.

---

36) Lamen, Germanicianen, Tororoën.

1) Circesien, Polyboten, Sup. Gen. Ord. Carm. Discalc.

2) Montisvidei, Risinitan, Medellen, Papantlen, Reconquisten.

3) Nepten, Andropolitan.

4) Montisvidei, Reconquisten.

5) Acheruntin, Venetiarum.

6) Nicotrien.

7

Moniales ne erigant domum, ne quidem cum Ordinarii loci permissione, ubi visitatio canonica valde difficilis vel impossibilis praevideatur.

8

Nulla domus religiosa existat nisi formata, quia in non formatis religiosa observantia haberi nequit.

9

Religiosis sororibus quaestuandi licentia ne concedatur; neve permittatur erectio aliorum Institutorum, quae, remota quaestua, stabilem et congruam dotem non habeant.

10

Quaeri potest an varietas nimis magna Congregationum religiosarum sit signum firmitatis vel defectio virium.

11

Novae mulierum Congregationes ne in aeternum quaerant conditiones a iure ad approbationem requisitas, sed, elapso praefinito tempore ad probationem, extinguantur ipso facto.

12

Religiosi iuris dioecesani tantummodo ob gravissimas rationes invitentur ad postulandum statum religionis iuris pontificii.

13

Solvatur dubium utrum consensus Ordinarii domus principis requiratur tantum ad fundationem primae domus extra territorium vel omnium aliarum quae fundentur (can. 495).

---

7) Jesseltonen.
8) Hydruntin, Lucerin.
9) Patavin.
10) Tororoën, Makenen, Andropolitan.
11) S. Caroli in Brasilia.
12) Brugen.
13) Medellen.

14

Ne impediatur erectio domus et ecclesiae religiosae non paroecialis, praesertim in magnis civitatibus in quibus communitates religiosae magnum incrementum vitae christianae dare possunt.

15

Ne obstacula ponantur in aliquibus dioecesibus quominus collegia seu religiosa seminaria aperiantur.

16

Determinetur si Sedes Apostolica vel Ordinarius loci dare debeat decretum erectionis monasterii monialium; pariter quinam dare debeat decretum quo domus religiosorum exemptorum vel non persona moralis constituatur.

17

Ad erigendam domum religiosam non requiratur nisi venia Praepositi Generalis scriptis data, attento tamen can. 496.

18

In can. 497 § 1 distinguere oportet inter fundationem alicuius domus et meram licentiam alicui religioni datam ad regendum temporaliter aliquod institutum (v. g. orphanotrophium).

---

14) Sup. Gen. O. F. M. Conv.
15) Sup. Gen. O. F. M. Conv.
16) Medellen.
17) Conchen.
18) Medellen.

II. DE RELIGIOSIS INSTITUENDIS

1. De novitiatu

1

Lex novitiatus per annum integrum et continuum aliquantulum mitigetur, ita ut absentia etiam quindecim vel viginti dierum, iusta accedente causa, eum non interrumpat.

2

Libere quis possit ingredi religionem etiam post 30 annos.

3

Novitiarum formatio hodiernis temporibus aptetur.

4

Novitiatus duratio ad duos annos protrahatur.

5

Tempus novitiatus pro omnibus protrahatur ad duos integros annos.

6

Praestantior doctrinalis formatio procuretur.

7

Qui habeant constitutionem psychasthenicam invalide ad novitiatum admittantur.

---

1) Taurinen.
2) Sanaven.
3) S. Flori, Saginaven.
4) Aquen.
5) Angelorum, Hadrianopolitan in Haemimonto.
6) Aquen.
7) Conchen.

8

Candidati ad novitiatum documentum subsignent in quo constet ingressum in Religionem contractum laboris non significare ad vitandas difficultates in casu derelictionis vitae religiosae.

9

Novitiatus ad 3 annos prolungetur antequam religiosa officia sumant.

10

Ad novitiatum religiosi ne admittantur ante 18 annum.

11

Praeter novitiatum, alter saltem annus, ad meliorem instructionem necessarius esse videtur.

12

Cum non raro et quidem ob ignorantiam vel inadvertentiam occurrant quaedam irregularitates e. g. in electione, in supputatione temporis novitiatus, etc., quae validitatem actuum afficiunt, ita ut ipsa professio religiosa et actus subsequentes omnino invalidi sint, et cum tales invaliditates diu continuare et crescere possint, quin detegantur, valde optandum est ut condiciones, quae nunc pro validitate ponuntur, in futurum potius pro liceitate, in quantum fieri potest, habeantur.

2. De Magistris Novitiorum

1

Specialis schola pro Magistrorum Novitiorum formatione instituatur in unaquaque natione.

---

8) Conchen.
9) Lorymien.
10) Caesenaten.
11) Viglevanen.
12) Sidonien.
1) Adm. Ap. Exarchatus Constantinopolitani.

2

Magistri novitiorum et scholasticorum in Institutis religiosis sint periti educatores, qui diuturnos cursus secuti sint psychologiae, paedagogiae et psychiatriae.

3

Optandum est ut religiosae, quae ad maiora munera in congregationibus vocantur, saltem mediocri cultura theologica excellant, in primis magistra Novitiarum.

4

Magistra novitiarum ne assumat munus directoris spiritualis.

3. De Religiosorum Formatione

1

Temporibus nostris religiosorum formatio aptetur.

2*

Formatio sit solida, spectacula mere mundana vitentur.

3*

Inspiciantur scholae apostolicae religiosorum quae cognitione vitae nimis arcta ad coelibatum ecclesiasticum plurimos iuvenes introducunt qui postea non aedificanter transeunt ad clerum saecularem.

---

2) Tranen et Barolen.
3) Beograden.
4) Lismoren.

1) Tirasonen, Capitis Viridis.
2*) Conchen.
3*) Messenien.

4

Requiritur sana Religiosorum institutio et retardatio ordinationis sacerdotalis.

5

Requiritur aequatio (adeguamento, aggiornamento) religiosorum praesentis temporis necessitatibus per sapientes innovationes sive quoad studiorum rationes sive quoad formas spiritualis institutionis. Idem S. Dicasterum moderetur studia omnium ad sacerdotium candidatorum, religiosorum quoque.

6

Seminaria Religiosorum quae non habeant saltem viginti discipulos supprimantur.

7

Postulantibus in aliquibus Institutis constitutiones non revelantur, nisi post vota. Hoc totis viribus reprobetur.

8

Fideles Orientales ingredi valeant in latinas Congregationes et vicissim, tamen cum ritus Congregationis observantia.

9

Maior cooperatio inter Congregationes inde a novitiatu inculcanda est.

10

Fiat totalis revisio systematum domum probationum secundum activitates quas postea evolvere debebunt.

---

4) Tranen et Barolen, Cortonen.
5) Baren.
6) Aelaniticus.
7) Nepten.
8) Pisitan.
9) Tororoën.
10) Montisvidei.

11

Studiorum ratio futurorum sacerdotum religiosorum magis scientifica esse debet et praesbyteratus ordo eis conferatur saltem post trigesimum annum completum.

12

Collegia religiosorum ne vocentur « Seminaria » quia haec denominatio propria Seminarii dioecesani esse debet.

13

Omnis Congregatio, saltem in domo provinciali, habere deberet aliquem theologum consultorem ab Episcopo nominatum.

4. De Religiosorum Studiis

1

Ratio studiorum in religiosorum collegiis aptetur hodiernis temporibus.

2

Ratio studiorum philosophico-theologicorum reformetur.

3

Concilium consulat, ut fratres religiosi, doctiores praesertim et puerorum magistri, qui sacerdotium cupiant, studiis vacent et Ordines sacros, servatis servandis, recipiant, quin tamen Ordinem vel Congregationem suam derelinquant. Obstat plerumque voluntas

---

11) Hadrianopolitan in Haemimonto.
12) Antequeren.
13) Beograden.
1) Rusicaden.
2) Sup. Gen. Congr. Austr. O. S. B.
3) Armidalen.

Praepositorum, qui subiectos admittere nolunt propter penuriam personarum.

4

Canoni 542 adiungatur praescriptio qua ad postulatum Ordinis religiosi, Congregationis aut Instituti ne admittantur, nisi qui academicam formationem in schola saltem media (High school) requisitam expleverunt, iis tamen exceptis vitae contemplativae vocaturis.

5

Maior numerus religiosorum titulos academicos consequantur.

6

In Institutis superioribus studiorum puritas doctrinae habeatur.

7

Speciatim informentur seminaristae de communismo et atheismo secundum instructiones et exhortationes Summorum Pontificum.

8

Praescripta cann. 1365 et 1366 de ratione studiorum ad omnes religiosos extendantur.

9

Studium ac praxis liturgiae quam maxime foveatur.

10

Ordines et Congregationes aliquam provinciam scientiarum etiam laicarum per aliquos eorum sodales profundissime studeant.

---

4) Capicen.
5) Conchen.
6) Conchen.
7) Ascalonitan.
8) Thuggen.
9) Conchen.
10) Lamen.

11

Religiosi, qui munus docendi exercent, « lauream » in Universitatibus civilibus nationis habeant.

12

Ratio studiorum in ordinibus et congregationibus religiosorum praeceptis Seminariorum et Facultatum Theologicarum aptanda est.

13

Superiores religiosorum ac religiosarum subiectis suis praebere debent formationem gradus altioris, methodis recentioribus in scholis utentes et laureas academicas in finem illis proponentes.

14

Formatio intellectualis religiosorum sit magis consentanea necessitatibus modernis relate praesertim ad errores magis hodie grassantes.

15

Formatio intellectualis religiosorum sit magis consentanea necessitatibus modernis relate praesertim ad litteraturam cuiusque nationis.

16

Praelectiones de psychologia religiosa spectata in unoquoque statu sociali non tantum pro iuventute sed etiam pro adultis in religiosorum curriculo studiorum habeantur.

17

Praelectiones de laicorum apostolatu theoretice, historice et in praxi considerato in religiosorum curriculo studiorum habeantur.

---

11) Beiren.
12) Panopolitan, Siedlcen.
13) Lismoren.
14) Daren.
15) Daren.
16) Daren.
17) Daren.

18

Bis in mense habeantur conferentiae circa scientias sacras.

19

Religiosis etiam mulieribus, educatione addictis, concedatur ut ephemeridem quemdam perlegant.

20

Qui studiis incumbunt ne obligentur choro nocturno.

5. De Religiosorum Votis

1

Ostendatur valor peculiaris votorum religiosorum ad sanctificationem tum ea profitentium tum totius corporis mystici.

2

In locum votorum sollemnium et simplicium solummodo vota mere publica cum effectibus impedientibus, et non iam dirimentibus introducantur: et quoad paupertatem inhabilitas acquirendi, si casus fertur, in constitutionibus statuatur.

3

Vota pro omnibus religiosis sive viris sive mulieribus sint simplicia tantum atque de tempore in tempus renovanda sub dependentia superiorum.

4

Maior requiratur aetas pro votorum emissione.

---

18) Caesenaten.
19) Pergen.
20) Caesenaten.
1) Rupellen, Sup. Gen. Congr. Gall. O. S. B., Sup. Gen. Soc. Fem.
2) Aquisgranen.
3) S. Raimundi.
4) Gibuten, Sup. Gen. Ord. Minimorum.

5

Confessor ordinarius votum non habeat in admissione ad professionem.

6

Amplietur tempus professionis temporariae.

7

Efficacior formatio, perdurantibus votis temporariis, procuretur.

8

Vota temporaria singulis annis emittantur donec triennium vel quinquennium compleatur.

9

Tempus probationis ante vota perpetua usque ad decem annos prorogetur.

10

Nemo emittat professionem perpetuam nisi post 15 annos professionis temporariae.

11

Proponitur aetas maior quam viginti unius annorum professione perpetua.

12

Aetas necessaria pro emissione votorum perpetuorum prorogetur ad vigesimum tertium annum.

13

Aetas canonica pro perpetua professione protrahatur usque ad trigesimum annum.

---

5) Caesenaten.
6) Medellen.
7) Aquen.
8) Sup. Gen. Inst. Cavanis.
9) Dinien.
10) Valleduparen.
11) Pupianen.
12) Tokien.
13) Sup. Gen. Tinchebray.

14

Religiosarum vota perpetua differantur forsan ad decimum annum post professionem et praesertim post exercitia « troisième an », novitiatu duos annos durante et acquisitis modo deliberativo consilii suffragiis.

15

Ordinarii facultatem habeant dispensandi religiosorum vota, in casibus urgentioribus, salvo recurso in suspensivo ad S. C. Religiosorum.

16

Vota religiosorum locum habeant inter Missarum solemnia et formula subscripta collocetur in altari una cum oblatis.

17

Irregularitas pro natis ex illegitimo matrimonio aboleatur.

18

Quaestio fiat utrum, ad maiorem stabilitatem vitae, religiosi et religiosae solemniter professi dispensari debeant super caelibatu.

19

Relaxatio votorum temporariorum in religionibus clericalibus tribuatur supremo moderatori; pro laicalibus, Ordinario loci.

20

Clarius significetur in cann. 638 et 639 sensus verbi « commorationem », ita ut iurisdictio competat Ordinario loci ubi religiosus actu et physice adsit momento quo dispensatio a votis concedatur et accipiatur, religioso in eodem loco legitime, saltem virtute can. 606 § 2, praesente.

---

14) Vapincen, Irenopolitan in Cilicia.
15) Medellen.
16) Jabalpuren.
17) Pisitan.
18) Dubuquen.
19) Sup. Gen. Miss. a Consolata.
20) Bruklynien.

21

Sitne opportunum vota perpetua a religiosis non sacerdotibus auferre et eis ea permittere tantum post longum tempus probationis?

A) *De religiosorum oboedientia*

1

Religiosorum oboedientia urgeatur.

2

Definiatur natura et utilitas oboedientiae religiosae, praesertim voto perpetuo consecratae, qua non tantum actus externi sed etiam aestimatio propria superioris iudicio subiiciatur.

3

Necessarium videtur cum auctoritate scribere de momento et vera notione oboedientiae propter speciales conditiones temporum et animorum.

4

Spiritus oboedientiae apud religiosos languescit. Superiores maiores et alii superiores magna cum difficultate quibusdam ex subditis imperant. Discordiae in domibus tam religiosorum quam religiosarum insunt ubi sodales sine ulla facultate agere solent. In dioecesibus, ubi ministerium implent, religiosi saepe Episcopo sicut Superioribus propriis, minime oboediunt. Necesse est, igitur, oboedientiam apud religiosos restituere.

5

Haud pauci religiosi fundamenta voti oboedientiae conantur evertere hoc falso fulti ratiocinio: ius strictum semper cuique est,

---

21) Nyerien.
1) Engolismen, Sup. Gen. Soc. Iesu.
2) Sup. Gen. Congr. Gall. O. S. B.
3) Menelaiten.
4) Nicen.
5) Sup. Gen. Ord. Servorum B.M.V.

ita bono propriae personalitatis consulere ut nemini liceat personalitatem proximi nullimode conculcare. De ista vero conculcatione iudex tantummodo potest esse ipsum oboedientiae subiectum: cui igitur recognosci debet plena potestas prius motiva oboedientiae agnoscendi, dein perdurandi ac denique admittendi aut reiciendi relativa praecepta oboedientiae prout haec rationabilia aut minus ei visa fuerit.

6

Oportet spiritum oboedientiae Christi habere, ne votum oboedientiae infructuosus formalismus evadat.

7

Religiosorum, saltem nonnullorum ex eis, dependentia strictior statuatur erga proprios Superiores.

B) *De religiosorum paupertate*

1

Iterum in luce ponatur votum paupertatis practice exercendae.

2

Regulae magis exactae circa votum paupertatis desiderantur.

3

Religiosi paupertatem fideliter observent.

4

Prohibeatur usus autonomus cuiuscumque rei.

---

6) Secovien.
7) Nanceien et Tullen, Apamien.
1) Hildesheien, Phytean, Tarvisin, Sup. Gen. Soc. Iesu, Sup. Gen. Ord. Carm. Discalc.
2) Flaviobrigen.
3) Portus Principis, Tloën.
4) Caesenaten.

5

In religiosis paupertas etiam uti communitas saepe desideratur.

6

Votum paupertatis non mere ad individua membra sed ad ipsam Congregationem applicandum est: religiosi agros, pecuniae investimenta, occupationem et commercia etiam enormis valoris habent cum magno scandalo fidelium et infidelium.

7

Domus religiosorum aliquando luxum ostentant qui cum voto paupertatis non satis componitur.

8

Reformatio religiosorum in materia paupertatis valde desideratur, praesertim quod spectat ad usum vel potius abusum tabaci et potus alcoolici. Virtus paupertatis certo certius laeditur et haud raro ipsum votum. Ad disciplinam conservandam expedit ut de iure communi visitationes ex parte S. Sedis instituantur cum ipsi Superiores Maiores saepe reformatione indigeant.

9

Religiosi a vita et moribus removeant omnem luxum, nimiam commoditatem, inutiles expensas, sumptuosa delectamenta.

10

Commendetur paupertas religiosis, qui interdum in suis domibus generalibus, monasteriis ac conventibus, quamdam fere sumptuositatem et nimias commoditates praebent.

---

5) Venetiarum, Signin.
6) Galvien et Duacen.
7) Majoricen.
8) Nairobien.
9) Nicen.
10) Burdigalen.

11

Adaptetur menti hodiernae testimonium religiosae paupertatis Ordinum religiosorum. Maxime curandum est ne apparens domorum magnificentia fidelium admirationem excitet.

12

Commendare oportet paupertatem sive singulorum religiosorum sive collectivitatis.

13

Proprietatis extensio Ordinum religiosorum relate ad omnia quae stricte non pertinent ad caritatis exercitium limitetur.

14

Pavimenta quae adhuc per saeculum durare decenter possent absque misericordia vandalice demoliuntur, ut nova, pretiosis musivis ornata, eorum locum teneant, idem dicatur de picturis; proh dolor! istis sumptibus superfluis plures aedificari possent ecclesiae in regione missionis.

15

Religiosi et Sorores ullam partem habeant in negotiatione et mercatura.

16

Religiosi et religiosae desinant a mercatura earum rerum, quae vulgo dicuntur « confiseries » et « liqueurs ».

17

Melior administratio bonorum religiosorum desideratur.

18

Permittatur religiosis negotiatio in bonum tamen indigentium invalidorumque.

---

11) Insulen.
12) Rabaten.
13) Muilaën.
14) Molegben.
15) Great-Ormen.
16) Nicen.
17) Babylonen Chaldaeorum.
18) Adamanteae.

19

In can. 580 § 2 forsan addi deberet: « at si agitur de bonis acquisitis a religioso ante professionem, sed nondum possessis, servetur § 1 ».

20

Immutetur can. 537: religiosi eleemosynam dare tenentur.

21

Ratio non datur cur adsint adhuc in Ecclesia religiosi mendicantes.

22

Limites statuantur circa mendicationem religiosorum vel omnino prohibeantur.

23

Nova detur norma circa collectas, quas Ordines mendicantes faciunt; et ne quaerant religiosi eleemosynas absque Ordinariorum permissione.

24

Can. 622 addatur alia paragraphus qua praescribatur ut quaelibet persona religiosa, ab Ordinario loci licentiam quaeritandi stipem postulans, exhibeat litteras a suo Superiore subscriptas, quibus Ordinario apprime constet de vera necessitate stipis quaerendae necnon de probitate et veracitate praedictae personae.

25

Stips (can. 621 ss.), utpote damni, praesertim spiritualis, causa, hodiernis condicionibus inspectis, alio modo petenda vel absolute vetanda est.

---

19) Medellen.
20) Medellen.
21) Pereiran, Sanaven.
22) Lamen.
23) Campivallen, Cyrenen, S. Annae Pocatieren.
24) Capicen.
25) Viglevanen.

26

Can. 622 addatur paragraphus qua praescribatur ne Ordinarius loci licentiam concedat stipem quaeritandi, si religiosa persona litteris sui Superioris careat.

27

Mendicantes habeant etiam in dioecesi, ubi domus sita est, licentiam Episcopi, quia saepe sunt mendicantes « divites ».

28.

Mendicationis licentia circumscribatur civitati in qua domus formata constituitur.

29

Quaestuandi licentia tantum Mendicantibus concedatur, in arctius tamen reducta et certa disciplina definita.

30

Interdicatur absolute mendicatio tam viris quam mulieribus religiosis.

31

Fortasse mendicatio abolenda quia fastidiosa, indecora, et moraliter periculosa.

32

In publicis exercitiis ne mendicetur.

33

Aegre fertur quod moniales quaestuantes in locis ad rusticandum destinatis aut voluptatis causa peregrinandum, domus privatas frequentent et publica diversoria, instar mendicorum vagantium, utique inter epulas, fastidium omnibus ingenerent, et maxime convivis.

---

26) Capicen.
27) Manizalen, Nisyrien.
28) Calien.
29) Patavin, Derthonen.
30) Lucerin, Bovinen, Derthonen.
31) Savonen.
32) Verulan et Frusinaten.
33) Segusien.

34

Religiosi ne tantum dent operam in collegiis divitum sed in educationem pauperum et rudium incumbant secundum intentionem Fundatorum.

6. De religiosarum Constitutionibus

1

Religiosarum Constitutiones temporibus aptentur.

2

In novum examen trahantur statuta Congregationum mulierum.

3

Recognoscantur, S. Sede mediante, religiosarum « consuetudinaria » quae decimo quoque anno examinabuntur ut talia accommodentur temporibus moribusque nationis ubi ipsae labores exercent.

4

Monialibus iurisdictionis pontificiae dari debent, in quantum sit possibile, Visitatores, magistri exercitiorum, qui monialium regulam sequuntur.

5

Disciplina ieiunii et abstinentiae in monialium Ordinibus reformetur.

---

34) Pampilonen.

1) Manizalen, Portus Maldonadi, Reconquisten, S. Mariae, Celerinen, Colimen, Cemerinianen, Nisyrien.

2) Teresian, Beiren, Intern. in Aegypto.

3) Montisvidei.

4) Sup. Gen. Congr. Helveto-Amer. O. S. B.

5) Nyerien.

6

Tempus et numerum exercitiorum pietatis religiosae in quibusdam adiunctis mutare necesse est, apostolatus aut valetudinis causa.

7

Aboleatur distinctio inter « choristas » et « conversas ».

8

Desideratur maior participatio religiosarum in apostolatu paroeciali.

9

In quibusdam apostolatus operibus exerceri fructuose possunt etiam religiosae vitam contemplativam agentes.

10

Proponitur ut in domibus monialium, etiam strictae clausurae, admittantur opera apostolatus et caritatis pro puellis, vulgo « oratoria puellarum », praesertim diebus festis, iuxta consilia Pii XII, in Constitutione Apostolica « Sponsa Christi ». Item proponitur ut in iisdem domibus anticipari liceat recitationem Divini Officii horis vespertinis. Insuper proponitur ut religiosae mulieres, legi clausurae non obnoxiae, uti valeant vestibus formae simplicioris, quantum sufficit ut a saecularibus distinguantur, iuxta monitum praedicti Papae Pii XII. Domus religiosa mulierum habeat Directores seu Moderatores in foro externo, ab Ordinario nominatos.

11

Fere omnes Congregationes feminarum docent, omnes collegia puellarum condunt, etc., etsi primaeva intentio Fundatricis valde diversa fuit.

---

6) Niameyen.
7) Konakrien, Kankanen, Nzerekoreen.
8) Uthinen, Montisvidei, S. Mariae, Celerinen, Sinus Albi.
9) Guadalajaren.
10) Clavaren.
11) Placentin in Hispania, Circesien.

12

Lectio Officii choralis, lingua latina, servari tantum deberet in maioribus Ordinibus monialium.

13

Moniales in recitatione Officii Divini tantum linguam vernaculam adhibeant.

14

Tribuatur religiosis feminis facultas recitandi Breviarium lingua vernacula.

15

Religiosae ad Officium divinum obligatae possint lingua vernacula id recitare.

16

Relaxetur subiectio monialium e potestate Superiorum regularium.

17

Religiones mulierum habeant assessorem ecclesiasticum cum voce in capitulis earum, ab Ordinario loci designatum.

18

In Religiosarum sacellis pro commoditate sacerdotum utatur privilegio Carmelitarum: quando religiosae adorare desiderant solemniter SS. Sacramentum, quin sacerdos adeat, aperiunt portam ferream aut ligneam et vident SS. Sacramentum trans portam vitream.

19

Ritus aliquarum professionum brevietur, praesertim religiosarum.

---

12) Arcis Lamy.
13) Lomen.
14) Darnitan.
15) S. Philippi, Medellen, Jericoën.
16) Premislien Latinorum, Helenopolitan in Bithynia.
17) Medellen.
18) Mataritan in Proconsulari.
19) Medellen.

20

Quaedam facultates tribuantur religiosis mulieribus praesertim in missionibus, nam hodie nec purificatoria abluere valent nisi ex privilegio.

21

Examini subiiciendum est utrum praestantiora munera virginibus consecratis sint deferenda.

22

Sorores non ut filiae sed ut ancillae saepe tractantur.

23

In monasteriis religiosarum, singulis religiosis parvum cubiculum assignetur, ab aliis separatum.

24

Quid dicendum de non paucis religiosis feminis quae suam conscientiam medicis sine ulla religione tradunt perscrutandam?

25

In praxi Communionis quotidianae sacrilegia vitentur.

26

Novum instituatur systema dotis pro religiosis.

---

20) Riohachaen.
21) Portugallen.
22) Tloën.
23) Pergen.
24) Tloën.
25) Tacnen.
26) Rhoinen, Medellen.

7. De religiosarum Formatione

1

Congregationibus mulierum imponatur constitutio cuiusdam seminarii studiorum, in quo sorores ab ecclesiasticis peritis et prudentibus aptam formationem et instructionem spiritualem, theologicam et technicam accipere possint.

2

Cursus instituendi sunt post novitiatum; maior simplicitas in recitatione precum quotidianarum commendetur.

3

Explicetur doctrina de vita religiosa et necessitate vocationum religiosarum in Ecclesia ad assequendam perfectionem vitae evangelicae.

4

Religiosarum institutio solidior sit.

5

Institutio spiritualis, liturgica immo et culturalis sororum magis curanda videtur.

6

In can. 587 C. I. C. aliquid de studiis religiosarum addatur, praesertim pro iis quae in magisterium et opera caritatis incumbunt.

---

1) Thibaritan.
2) S. Marci et Bisinianen.
3) Sherbrooken, Nicoletan.
4) Sardian, Nisyrien.
5) Hadrianopolitan in Haemimonto, Panamen, Moronen, Higueyen.
6) Tucumanen, Acalissen, Medellen.

7

Moniales vestem monasticam induant postquam vigesimum annum expleverint et professionem perpetuam sollemnem emittant completo saltem trigesimo anno;

Ampliores facultates ab earum clausura dispensandi Ordinariis tribuantur.

Omnium monasteriorum foederationes praecipiantur et sibi mutuo fraternum adiutorium praestent non solum in spiritu religioso fovendo sed etiam in rebus oeconomicis provehendis; ex conscientiae officio, variis apostolatus operibus, cum suis Constitutionibus compatibilibus, alacriter impendant, crescentibus in dies Ecclesiae animarumque difficultatibus; divinum Officium, quod ab eis non intelligitur, cum aliis precibus mutari possit.

8

Religiosae exornari debent congrua institutione ascetica et culturali.

9

Ex regulis et constitutionibus Congregationum ea omnia aptanda videntur quibus religiosae mulieres in statu quasi puerili coarctantur et a mundo reali videntur segregatae, ne apostolatui detrimentum afferant aut iuvenes arceantur a vita regulari.

10

Substituatur obligatio recitandi integrum Officium divinum cum recitatione aliarum precum pro monialibus, quae prorsus nihil intelligunt de lingua latina.

11

Agatur de submovendis binis choris sororum in Congregationibus religiosarum.

---

7) Aversan.

8) Illerden, Santanderien, Darnitan.

9) Isinden, Culmen, Polyboten, Vladislavien.

10) Meliten, Trallian in Asia.

11) Thuggen, Centurien.

12

Moniales, quae vitam contemplativam ducere debent, ne, nimio ardore et dedicatione ad laborem manualem, impediantur ab oratione propter corporalem defatigationem et attentionem ad externa et quasi mercatoria negotia.

13

Episcopo integra tribuatur facultas in omnes monialium coetus in dioecesi.

14

Bono religionis melius cavendum fore si maior procuretur unitas in constitutionibus in quibus reguntur religiosae.

8. De religiosarum Clausura

1

Novae normae quoad clausuram dentur.

2

Clausura monialium vel auferatur vel modificetur.

3

Lex clausurae monialium sit prudenter adaptata necessitatibus vitae actualis et ad mentem et saecularem traditionem diversorum Ordinum antiquorum, iuxta quam e. g. opera manualia in propriis fundis semper admittebantur.

4

Temperandae videntur normae clausurae papalis, quae moribus et necessitatibus praeteritorum temporum respondent. Etiam censura quae illam legem protegit non iam sustinenda videtur.

5

Normarum recognitio quoad clausuram desideratur.

---

12) Placentin in Hispania.
13) Ferrarien.
14) Insulae Grandis.
1) Nyerien.
2) Amalphitan.
3) Abbas Primas O. S. B.
4) Mediolanen.
5) Curitiben.

6

Normae novae de clausura monialium in C. I. C. recipiantur.

7

Canones de clausura debent redigi ita ut exprimant novas leges super latas.

8

Lex clausurae in domibus religiosarum valde restringatur.

9

Monialibus Ordinis monastici restituatur clausura « regularis » olim eis propria, quae videtur rationi vitae earum exigentiisque vitae actualis, saltem in regionibus septentrionalibus, magis consentanea.

10

Clausura papalis aboleatur.

11

Ex iure communi statuantur casus in quibus liceat claustralibus a conventu exire.

12

Sorores externae monasteriorum monialium intra clausuram durante tempore novitiatus degant et deinde regulariter et facilius intrare possint.

13

Sorores externae monasteriorum monialium tempore novitiatus intra clausuram admittantur et post professionem facilius et regulariter clausuram intrare possint.

14

Possit antistita etiam cum socia visitare monialem foris aegrotantem, praesertim in periculo mortis.

---

6) Salisburgen.
7) Saginaven.
8) S. Severini-Treien.
9) Sup. Gen. Ord. Cister.
10) S. Raimundi.
11) Caesenaten.
12) Dinien.
13) Abbas Primas O. S. B.
14) Hagulstaden et Novocastren.

15

Reformetur clausura papalis, ut moniales facilius possint operibus apostolatus incumbere.

16

Nulla clausura papalis existat vel ab Episcopo pendeat.

17

Clausura papalis ambitum clausurae episcopalis non transgrediatur.

18

Concedatur Ordinariis facultas ingrediendi in clausuram monialium sicut Cardinalibus concessum est.

19

Licentia dispensandi quoad clausuram mulierum religiosarum Ordinariis locorum concedatur.

20

Potestas dispensandi a clausura iuxta omnes casus praevisos Instructione « Inter cetera » detur Ordinario loci vel Superiori religioso (cum obligatione reddendi rationem ad S. Congregationem de Religiosis).

21

Potestas dispensandi a clausura in casu necessitatis dubiae, v. g. observationis medicalis, operationis chirurgicae et radiologicae, protheseos dentium, etc., nimis stricta videtur. Episcopus ordinarius, ratione proximitatis, iudicare casus gravitatem et abusus impedire facile potest.

---

15) Tarraconen, Zamoren, Flaviobrigen, Santanderien, Victorien, Camulianen.
16) Civitaten, Vallisoletan.
17) Aquisgranen.
18) Amalphitan.
19) Vindobonen, Maroneus, Macren, S. Hippolyti, Lincien, Metellopolitan.
20) Abbas Primas O. S. B.
21) Vivarien, S. Deodati.

22

Clausurae papalis praescripta ad simpliciorem formam reddantur amovendo ea omnia quae obsoleta et spectantia ad antiqua tempora, quando vita religiosa saepe imposita erat directe vel indirecte tunc vigente societatis statu.

23

Episcopo, in sua dioecesi, facultas tribuatur personaliter concedendi ingressus in clausuram monialium vel egressus e clausura, iuxta omnes casus praevisos in Instructione « Inter cetera ».

24

Facilius claustrales possint exire ad morbos curandos sine permissione Episcopi.

25

Clausura papalis minor videtur consonare nostris temporibus et praesertim necessitatibus apostolatus. Valde optandum est ut omnibus monialibus conferatur.

26

Asservare et tueri oportet in plena clausura illa monasteria, quae clausuram habent et colunt: cetera monasteria, per gradus, reducere ad vitam activam.

27

Religiosi sine clausura papali visitare suos parentes valeant.

28

Parentes possint filios visitare in clausura graviter aegrotos.

29

Relaxetur clausura papalis pro parentibus religiosorum vel religiosarum graviter degentium.

---

22) Daren.
23) Burdigalen.
24) Xapecoën.
25) Campifontis - Capitis Gerardeauen.
26) Camerinen.
27) Sanaven.
28) Caesenaten.
29) Pisitan.

30

Mulier quae sit magistratus Status introire possit in clausuram virorum.

9. De religiosarum Confessione

1

Tractetur in Concilio de disciplina Poenitentiae quoad religiosas.

2

Hodierna disciplina de confessariis religiosarum reformetur.

3

In melius mutetur disciplina quae ad religiosarum confessiones attinet.

4

Saepe religiosae practice carent confessariis idoneis ratione sive spiritus, sive erga eas zeli.

5

Superiorissae saepe parvam libertatem conscientiae relinquunt.

6

Severiores poenae statuantur contra Superiorissas quae uno vel alio modo nullam reddunt libertatem religiosarum in ordine ad confessionem.

---

30) Caesenaten.

1) S. Ioannis Canaden, Sup. Gen. Ord. Minimorum.

2) Bangaloren, Miden, Tarvisin, S. Dominici, Barrancabermejen, S. Pauli, Chalciden in Syria, Brian, Attuden, Martyropolitan, Aterraden, Paten, Uberaben, Oliveiren, Guaxupen, Septemlacunen, Divinopolitan, Verinopolitan, Judiciforen, Lauzaden, S. Severi, Claudiopolitan in Honoriade, Niameyen, Dystien, Ruremonden, Roterodamen, Ultraiecten, Buscoducen, Botrianen, Sup. Gen. O. F. M. Cap., Sup. Gen. O. E. S. A.

3) Sup. Gen. Inst. Cavanis.

4) Sup. Gen. Congr. Ss. Redemptoris.

5) Tloën.

6) Lauden.

7

Nostris diebus non apparet necessitas specialis delegationis pro confessionibus religiosarum excipiendis.

8

Can. 876 de confessione religiosarum simpliciter abrogetur.

9

Can. 876 ita immutetur: « Retenta disciplina de confessariis ordinariis et extraordinariis, statuta in cann. 520-523, pro religiosis foeminis earum confessiones valide recipit quilibet sacerdos pro mulieribus approbatus ».

10

In can. 522 forsan addere oportet verba « vel vocet » post « adeat » ad vitandas interpretationes restrictivas.

11

A can. 522 expungantur verba: « In qualibet ecclesia vel oratorio etiam semipublico peracta ».

12

Iurisdictio ad audiendas confessiones religiosarum in simpliciorem reducatur formam, ut restrictiones iurisdictionis quoad earum confessiones ad solam liceitatem, non autem validitatem absolutionis reducantur.

13

Praescriptio confessarii ordinarii et extraordinarii ad liceitatem tantum sit.

14

Semper et valida et licita sit confessio religiosae apud quemlibet sacerdotem ab Ordinario pro mulieribus approbatum.

---

7) Saginaven.
8) Celsonen, Santanderien.
9) Cusien.
10) Medellen.
11) Cusien.
12) Sup. Gen. Ord. Bas. S. Ios.
13) Guluen.
14) De Sahara Hispanico et Ifni.

15

Pro confessionibus religiosarum singuli sacerdotes ne indigeant iurisdictione speciali, sed tantum licentia ut validitas confessionis semper certa sit.

16

Quilibet confessarius ab Ordinario loci approbatus ad confessiones mulierum audiendas, confessiones religiosarum audire semper valide possit.

17

Iurisdictio ad audiendas confessiones mulierum comprehendat quoque confessiones monialium et religiosarum.

18

Religiosae ceteris mulieribus, in iis quae spectant ad iurisdictionem et circumstantiam loci ad confessiones excipiendas, aequiparentur.

19

Moniales possint vocare quemlibet sacerdotem, ad audiendas mulierum confessionem probatum, praesertim ubi parvus est numerus confessariorum.

20

Duo vel tres saltem confessarii ordinarii habeantur. Idem dicatur de religiosis viris.

21

Absonum est parochum vi muneris non habere iurisdictionem in religiosas suae paroeciae.

22

Omnes sacerdotes habeant iurisdictionem pro religiosis feminis.

---

15) Herbipolen.
16) Sydneyen.
17) Lismoren, Berolinen, Calydonien.
18) Sup. Gen. Mission. S. Ioseph., Sup. Gen. Mission. Ss. Trinitatis.
19) Brigantien in Brasilia, Sanaven.
20) Conchen.
21) Goianien.
22) Xapecoën.

23

Permittantur plures simul confessores ordinarii pro eadem religiosarum domo et hoc in commodum religiosarum et sacerdotum, qui, saepe propter nimiam curam apostolicam impediti, possent invicem suppleri.

24

Mittatur ad parvas communitates confessor idoneus ex civitate saltem alternis mensibus.

25

Saltem in missionibus in casu necessitatis confessarius ordinarius religiosarum, intra annum ab expleto numere, vel extraordinarius deputari vel etiam rursus ordinarius in eadem domo renuntiari valeat.

26

Post triennium confessor substituatur.

27

Confessio hebdomadalis ne imponatur amplius praeceptive religiosis feminis.

28

Abolitio confessionis sacramentalis pro religiosis unaquaque hebdomada videtur suadenda. Sufficit obligatio semel in mense.

29

Abrogetur praeceptum, quo religiosi, praesertim religiosae impelluntur ad confessionem sacramentalem singulis hebdomadis faciendam.

---

23) Rabaten.
24) Caesenaten.
25) Basankusuen.
26) Caesenaten.
27) Groningen, Ruremonden, Roterodamen, Ultraiecten.
28) Mosynopolitan.
29) Calydonien.

30

Praeceptum frequentiae confessionis quoad religiosos mutetur in consilium ut pro sacerdotibus factum est.

31

Curent superiores ut religiosi et religiosae ad Poenitentiae sacramentum saltem semel in hebdomada accedant.

32

Consilium detur tantum religiosis feminis ut in unaquaque hebdomada confessionem faciant.

33

Obligatio recipiendi Poenitentiae sacramentum semel in hebdomada relaxanda est.

34

Pro sororibus C. I. C. confessionem post duas hebdomadas praescribat.

35

Ad libertatem conscientiae tuendam, opportunum videtur ponere sedem confessionalem in collocutoriis seu in loco facilioris aditus et ab oculis consororum remoto, ubi religiosae mulieres possint etiam a confessario occasionali absolutionem sacramentalem petere.

36

Aboleatur velum supra clatros Poenitentiae tribunalis.

37

Magister novitiorum et superior localis invalide absolvant subditos excepto periculo mortis.

---

30) Groningen, Ruremonden, Roterrodamen.
31) Kiangchoven.
32) Arassuahyen.
33) Kroonstaden.
34) Augustan.
35) Bonusten.
36) Konakrien, Nzerekoreen, Kankanen.
37) Caesenaten.

10. De religiosorum Vacationibus

1

Omni modo enitendum est ut religiosi austeritatem colant, saecularium morem, relaxationes immoderatas, tempore praecipuo aestivo, fugiant.

2

Religiosi vacationes peragant apud aliquam domum proprii Instituti vel saltem apud domum ab ecclesiasticis gubernatam.

3

Apud familiares non diu commorari permittantur religiosi nisi ob valde gravem infirmitatem parentum.

4

Itinerare religiosis non liceat nisi causa ministerii sacri, valetudinis aut studiorum, exclusis omnimodo peregrinationibus vanae curiositatis causa arreptis.

5

Quid dicendum de nimia itinerandi facilitate, de frequentibus apud parentes et cognatos vacationibus, de publica fumigatione, de spectaculis audiovisivis?

---

1) Sup. Gen. Ord. Recoll. S. Aug.
2) Sup. Gen. Ord. Recoll. S. Aug.
3) Sup. Gen. Ord. Recoll. S. Aug.
4) Sup. Gen. Ord. Recoll. S. Aug.
5) Pupianen.

11. De Vestibus religiosorum

1

Legislatio de habitu cleri, religiosorum et religiosarum simplificetur et praesenti tempori adaptetur.

2

Habitus ad uniformitatem reducatur; per praecepta facere oportet quod per hortamenta factum non est.

3

Habitus religiosorum et religiosarum sint communes, cum aliquo signo diverso pro unaquaque religione.

4

Vestes religiosorum simpliciores reddantur.

5

Vestes religiosorum et sacerdotum saecularium sint uniformes.

---

1) Ambianen, Aquen, Busiritan, Bambergen, Paderbornen, Thelesin, Hierapolitan in Syria, Montis Regalis in Pedemonte, Consentin, Nzerekoreen, Kankanen, Rosen, Ascalonitan, Segobricen, Vicen, Flaviobrigen, Aveiren, Ruremonden, Roterodamen, Isinden, Culmen, Camulianen, Tabboren, Panopolitan, Czestochovien, Sandomirien, Sinianden, Centurien, Leopolien Latinorum, Varsavien et Gnesnen, Plocen, Eudociaten, Daonien, Polyboten, Laganitan, Konakrien, Zacapen, Ambaten, Sanaven, Montisvidei, Guadalajaren, Medellen, Caxien, Rivi Nigri, Riopreten, Altaven, Tanitan, S. Raimundi, Poglen, Panamen, Reconquisten, S. Mariae, Celerinen, Culiacanen, Teresian, Synnaden in Phrygia.

2) Philippen, Ragusien, Caesenaten.

3) Nepesin et Sutrin.

4) Montisvidei, Adm. Zamoren, Ambaten, Maracayen, Capitis Haitiani, Caxien, Rivi Nigri, Riopreten, Altaven, Tanitan, S. Raimundi, Sinus Albi.

5) S. Raimundi.

6

Habitus etiam religiosorum sit « clergyman ».

7

Religiosi habeant tantum signum aliquod in habitu, non vero vestem talarem.

8

Prohibeatur religiosis usus habitus cleri saecularis sine licentia Episcopi.

9

Videtur magis consonum quod religiosi non sacerdotes habitu religioso non utantur, nisi in domo religiosa, quia saepe accidit quod eum deferant sine dignitate.

10

Saltem in locis ubi catholici cum acatholicis vivunt, sacerdotes religiosi vel monachi veste utantur qua utitur clerus saecularis; religiosi autem laici utantur veste civili nigri aut fere nigri coloris.

11

Optatur ut vestes monialium, quae clausuram strictam non habent, ad simpliciorem formam redigantur.

12

Saltem novis Congregationibus feminarum imponatur habitus communis in quo simplicitas cum gravitate consocietur; distinctivum pro unaquaque Congregatione sit signum aliquod parvum (numisma, emblema, etc.) quod habitui superaddatur.

13

Ad pauca specimina deducere habitus, praesertim religiosarum, est omnino necessarium.

---

6) Laganitan, Circesien, Misthien.
7) Nyerien.
8) Chitrien, Compostellan.
9) Hadrianopolitan in Haemimonto.
10) Yarmuthen.
11) Niameyen, Luanden.
12) Dalisanden in Isauria.
13) Nepten.

14

Commendetur mulieribus religiosis, quae apostolatum activum exercent, ut habitum religiosum hodiernis necessitatibus accomodatum adoptent.

15

Servato usu vestium particularium uniuscuiusque Ordinis et Congregationis intra domos, studeatur num opportunum esset easdem aptiores reddere ad iter utcumque expeditius faciendum.

16

Capitis tegumenta quorumdam religiosarum Institutorum deleantur.

17

Episcopi vel Cardinales religiosi ne utantur vestibus praelaticiis coloribus diversis.

14) Bridgeporten, Indianapolitan, Dubuquen.
15) Adm. Ap. Exarchatus Constantinopolitani.
16) Misuraten.
17) Philippen.

III. DE RELIGIOSORUM REGIMINE

1. De Superioribus

1

Relaxetur administratio Ecclesiae ne amplius oporteat a summa auctoritate licentias et dispensationes minimi momenti flagitare, quae de cetero semper conceduntur, sed ab inferiori potestate sufficiat. Multae relationes ad S. Sedem mittendae absque detrimento omitterentur.

2

Pro rebus quae sint merae exsecutionis tam saepe ne cogantur Superiores Religiosi ad indulta a S. Sede concedenda; quo labore dum obruuntur Congregationes Romanae, ab officiis maioris momenti in bonum Ecclesiae praepediuntur.

3

Maior potestas tribuatur Superiori Generali omnium religionum sive exemptarum sive votorum simplicium.

4

Supremi Moderatores, cum respectivo consilio, amplioribus ditentur facultatibus quoad dimissionem sodalium, a votis perpetuis aut solemnibus professorum, qui sua prava agendi ratione religioni afficiunt et incorregibiles sunt, quin in casu forma processualis in iure statuta servanda sit.

5

Si casus ferat maiores facultates dispensandi dentur Ordinariis Regularium.

---

1) Sup. Gen. Congr. Belg. O. S. B.
2) Sup. Gen. Soc. Iesu.
3) Sup. Gen. Soc. a S. Paulo.
4) Sup. Gen. O. F. M.
5) Sebasten in Cilicia.

6

Superior Generalis religionis clericalis iuris pontifici ius habeat:
— litteras dimissorias concedendi etiam pro ordinibus maioribus;
— dispensandi a votis temporaneis subditorum;
— licentiam dandi pro mutatione testamenti conditi.

7

In propositionibus, ad Ordines spectantibus, Superiorum Generalium et Superiorum Maiorum neve in minimis quidem auctoritas minuatur, quinimmo corroboretur, ita ut Ordines et Congregationes sub fundamento vitae activae proprio spiritu religioso firmi maneant, digneque locum, ipsis a Divina Providentia constitutum, occupare valeant.

8

Superior Generalis potestatem habeat dispensandi a votis perpetuis.

9

Superior Maior etiam in religione iuris dioecesani litteras dimissorias suis subditis dare valeat.

10

Superioribus Maioribus religiosorum detur ut, ex iusta causa, possint prorogare gubernium Superiorum domorum ultra secundum triennium; hoc praesertim ad utilitatem hospitalis vel scholae quae domui adnexa est. Cfr. etiam n. 7.

11

Amplioribus facultatibus ditentur Superiores Maiores ut eos ex religione expellere possint quorum mores in vita religiosa nocent.

---

6) Sup. Gen. Mission. Scheut.
7) Sup. Gen. Min. Infirm.
8) Sup. Gen. Congr. S. Spiritus.
9) Sup. Gen. Mission. Ss. Trinit.
10) Victorien Venetorum.
11) Caronen.

12

Iurisdictio ecclesiastica etiam Superiori Generali Congregationum clericalium non exemptarum tribuatur.

13

Superiores eligere non possint consiliarios sed eos accipiant a communitate.

14

Superior laicalis, etsi Abbas, nequeat in disciplina novitiatus intervenire.

15

Superiores Maiores archivum secretum habeant.

16

Revisionem disciplinae religiosarum, cum sat frequenter minores Superiorissae nimis arbitrarie agant, optandam esse putatur.

17

Necessitas mutandi Superiores in religionibus fixe statuatur.

18

Institutum electionis reformatione indigere videtur cum nimis frequenter Superiores mutentur.

19

Vigens ius electionum superioris occasionem agendi in proprium commodum nonnumquam praebet cum detrimento status religiosi.

---

12) Sup. Gen. Soc. a S. Paulo, Sup. Gen. Soc. Taurinen. S. Ioseph., Sup. Gen. Mission. Scheut.
13) Caesenaten.
14) Caesenaten.
15) Medellen.
16) Calicuten.
17) Tovnsvillen.
18) Savonen.
19) Varsavien et Gnesnen.

20

Maioritas votorum sit tantum postulatio confirmanda a Superiore vel a S. Sede.

21

Superiores in electionibus saepe potestate sua abutuntur.

22

Tertio quoque anno catalogus eorum qui munus Superioris obire poterunt Superiori Generali mittatur.

23

Nominatio Superiorum localium vel provincialium fiat a Superiore Generali, praevia informatione data a quattuor Consultoribus qui candidatum agnoscant.

24

Normarum recognitio quoad Superiorissarum electionem desideratur.

25

Normae contra abusus potestatis ex parte Superiorissarum erga subiectas religiosas prorsus necessariae sunt.

26

Mitigetur praescriptum can. 505 C.I.C., ita ut Superiores locales, sive virorum sive mulierum, munus suum gerere possint per tempus ultra sex annos continuos.

27

Tempus ad munus Superiorissae localis ultra 6 annos protrahatur, saltem quod attinet ad domos religiosas non formatas.

---

20) Caesenaten.
21) Panopolitan, Sandomirien.
22) Conchen.
23) Conchen.
24) Curitiben.
25) Sandomirien, Centurien.
26) Auxitan.
27) Botrianen.

28

Superiores domus religiosae nullis de causis confirmentur post sexennium impletum.

29

Antistitae domorum, post alterum triennium, saltem per unum triennium subditae maneant.

30

Urgeatur triennium pro Superioribus minoribus nec protrahendum nisi gravioribus ex causis et consulta S. Sede.

31

Lex de munere triennali, de qua in can. 505, Superioribus maioribus quoque applicari debet.

32

Superiores omnes sint temporanei: locales usque ad 6 annum, maiores usque ad 12 annum Abbates et Priores usque ad 9 annum.

33

In Congregationibus quae pauca numerant membra, difficulter exsequi possunt praescriptiones de renovandis officiis post tres vel sex annos.

34

Severius exigatur Superiorissae mutatio: munus non fiat feudum personale.

35

Nulla religio habeat Superiores ad vitam.

---

28) Hadrianopolitan in Haemimonto.
29) Saniüenen.
30) S. Dominici, Nunt. Ap. in Haiti.
31) Nairobien.
32) Caesenaten.
33) Sup. Gen. Congr. Fil. M. Immac.
34) Lauden.
35) Medellen.

36

Supremus moderator religionis clericalis, expleto munere, eligere possit domum in qua degat, et immediate suo successori subiiciatur.

37

Tituli honorifici tantum, etiam ob munus iam habitum, aboleantur; saltem per annum ex-superior sequatur communem regulam.

38

Superior provincialis communicet nomina praepositorum domorum in dioecesi existentium Episcopo.

39

Episcopi aliqua iura habeant circa Superiorum nominationem.

40

In unaquaque provincia Oeconomus generalis nominetur qui semel in anno rationes inspiciat et de suo labore Ordinarium certiorem faciat.

41

Superiores locales et provinciales compellantur expendere lucrum in ipsa natione; quantitas quae mitti possit ad exteras nationes a S. Sede statuatur.

42

Si fieri potest, Superiores pertineant ad nationes in quibus laborant.

43

Non modo Procurator sed Vicarius Generalis commoret Romae, hoc perutile est praesertim si Superior Generalis habitat in regionibus a communismo occupatis.

---

36) Sup. Gen. Mission. a Consolata.
37) Caesenaten.
38) Lucerin.
39) Konakrien, Nzerekoreen, Kankanen.
40) Conchen in Aequatore.
41) Montisvidei.
42) Sanaven.
43) Madyten.

44

Omnes Superiores Maiores, antequam suis muneribus fungi incipiant, per brevem cursum introductorium bene se praeparent, recensendo constitutiones proprii Instituti, decreta Apostolicae Sedis, etc. Manuale tamen quod haec omnia contineat edatur.

45

Proponitur institutio Comitatus Praepositorum Religionum: sufficeret etiam adunatio plenaria annualis vel biennalis et eorum Secretariatus item permanens. Eorum delegatus, praesertim si caractere episcopali insignitus, optime relationes necessarias curabit cum Episcopali Conferentia Centrali aut Nationali.

Analoga dicenda de Comitatu Moderatorum Provinciarum in unaquaque ecclesiastica regione domos habentium.

2. De Visitationibus Canonicis religiosorum

1

Quod attinet ad canonicam religiosarum domuum visitationem, valde facilius esset hoc officium implere, si Superiorissae ipsae tenerentur eam sollicitare tempore opportuno.

2

Visitatores apostolici quinto quoque anno eligi debent ex alio Ordine vel Congregatione. Visitator longius versari debet in conventu quem visitaturus est.

3

Praeter Visitatores ad hoc de quibus in can. 512 C. I. C., Visitator habitualis pro religiosis et sororibus introducendus est.

---

44) Accraën.
45) Nuscan.
1) Portus Principis.
2) Polyboten.
3) Varsavien et Gnesnen.

4

Visitatio de qua in can. 512, tertio quoque saltem anno fiat.

5

Visitatio canonica non sit mutua; decimo secundo quoque anno religiosi omnes, non excluso moderatore generali, visitentur a Visitatore qui non sit eiusdem Ordinis.

6

Pro religiosarum institutis Visitatores instituantur alterius Ordinis.

7

Visitatio canonica religiosarum et apostolica religiosorum a viris religiosis solummodo perficiatur.

3. De Privilegiis religiosorum

1

Codificatio privilegiorum, quibus aliquae religiones gaudent, facienda est.

2

Revisio et unificatio perficiatur privilegiorum Communitatum religiosorum et religiosarum.

3

Ad examen revocanda essent privilegia religiosorum; quaedam inutilia hodie supprimenda sunt; alia forsan addenda magis congrua.

4*

Multae reservationes et privilegia religiosis concessa, praesertim in Rituali Romano, in favorem fidelium supprimi vel imminui deberent (can. 613).

5*

Privilegium religiosorum dispensandi a lege ecclesiastica revocetur.

---

4) Saniüenen.
5) Caesenaten.
6) Gindaren.
7) Sup. Gen. Ord. S. Pauli I Eremitae.
1) Orthosien in Phoenicia.
2) Risinitan.
3) Barcinonen, Vladislavien, Barbastren.
4*) Caxien, Medellen.
5*) Pampilonen.

6

Privilegium religiosorum celebrandi Missam horis extraordinariis supprimatur.

7

Aboleatur privilegium aliquibus religiosis concessum celebrandi Missam in domibus privatis sine licentia Ordinarii loci.

8

Oportet limitare privilegia religiosorum in indulgentiis impertiendis et in dispensationibus elargiendis ab aetate requisita ad sacram ordinationem.

9

Privilegium religiosorum recipiendi ordines ante studia peracta revocetur.

10

Privilegium absolvendi peccata Episcopis reservata auferatur.

11

Cur iuvenis sacerdos regularis, eo praecise quod sit regularis, maiorem habere deberet potestatem absolvendi et dispensandi, quam sacerdos dioecesanus provectae aetatis et in cura animarum magis expertus?

4. De Iure Episcopi in religiosos

1

Statuantur pro religiosis normae rigidiores quoad relationes cum dioecesi.

2

Ne concedantur religiosis privilegia quae Episcopi non habeant.

3

Omnes religiosi sequi deberent calendarium et ritus dioeceseos.

---

6) Pampilonen.
7) Northantonien.
8) Leopolien Latinorum.
9) Pampilonen.
10) Tloën.
11) Philippopolitan in Thracia.
1) Teresian.
2) Yucatanen, Monterreyen.
3) Trajanopolitan in Phrygia, Metren.

4

Episcopus possit mutare vel etiam supprimere accidentales regulas quae permagna inter varias Congregationes discrimina provocant.

5

Inutiles fere esse videntur litterae testimoniales ab Episcopis requirendae pro postulantibus admittendis ad novitiatum.

6

Experientia constat quod vita religiosa non raro ab auctoritatibus ecclesiasticis non satis curatur nec sufficienter in tuto collocatur.

7

Congregationes religiosae praeponant bonum Ecclesiae bono Congregationis; intelligant suum munus in dioecesi et auctoritatem Ordinarii loci agnoscant.

8

Normae rigidae statuantur pro religiosis, qui aliquam recipiunt paroeciam; nam ex eis multi agunt non intuitu Episcopum iuvandi sed propter bonum propriae Congregationis.

9

Reformentur regulae Congregationum religiosarum mulierum; iurisdictioni Ordinarii loci magis obstrictae sint.

10

In unaquaque natione Episcoporum coetui ius sit determinare et mutare monialium regulas quae contra loci consuetudinem vel leges hygienicas videntur.

---

4) Sanaven.
5) Sup. Gen. Congr. Fil. M. Immac.
6) Sup. Gen. Congr. Ss. Redemptoris.
7) S. Ioannis Terrae Novae.
8) Palmen, S. Mariae, Celerinen.
9) Norvicen.
10) Kyoten.

11

Regulares mendicantes etiam in dioecesibus, ubi eorum domus est, ab Ordinario licentiam quaerendi eleemosynas habeant.

12

Etiam Ecclesiae religiosorum subsint obligationi tributi pro Seminario dioecesano.

13

Praescripta cann. 1505 et 1506 de tributis solvendis extendantur ad omnes religiosorum ecclesias.

14

Superiores curam habeant de religiosorum praedicatione, actione et scriptis in diariis et in libris, qui saepe mandata Episcopi redarguunt.

15

Melius esset si religiosi non haberent ecclesias nisi paroeciales.

16

Moderatores religiosi dent Episcopis aliquos religiosos pro catechizandis pueris.

17

Super omnes institutiones religiosarum pro pueris (Asili, Orfanotrofi, Collegi, Pensionati, Colonie, etc.) Ordinarios invigilare per peritorum coetum, a lege generali statuendum, omnino opportunum videtur.

18

Episcopus in visitatione canonica ad monasteria comitetur a religioso Ordinis masculini si fieri potest.

---

11) Philippen.
12) Thuggen.
13) Thuggen.
14) Apamien.
15) S. Jacobi in Cuba, Pudentianen, Poncen.
16) Ambaten.
17) Montis Regalis in Pedemonte.
18) Caesenaten.

19

Episcopus dispensare possit sorores religiosas a votis simplicibus perpetuis in Congregatione iuris dioecesani emissis, et eius licentia sufficiat in alienandis bonis et in contrahendis debitis et obligationibus, etsi eorum valor superet summam decem millium libellarum aurearum.

20

Supprimatur obligatio Ordinariorum locorum mittendi Superioribus religiosis litteras testimoniales aspirantium, ratione tantum originis eorum, quin in dioecesi sex menses post completum decimum quartum annum vixerint.

5. De religiosorum Apostolatu

1

Ut apostolatus maxime proficiat, optandum est ut Instituta religiosa S. Sedis consilia et vota diligenter in praxim deducant.

2

Amplior utilizatio multorum religiosorum desideratur.

3

Magis idonea hodiernis necessitatibus partitio religiosarum in universa Ecclesia desideratur.

4

Maior coordinatio in apostolico labore inter omnes Ordines et Congregationes religiosorum desideratur.

5

Religiosi cuiuscumque nationis ad illas regiones mitti possint ubi maior necessitas adest.

---

19) Aulonitan.
20) Rhoinen.
1) Balecien.
2) Nuntius Ap. in Haiti.
3) Bennefen.
4) Verulan et Frusinaten.
5) Conchen in Aequatore.

6

In domo novitiatus et scholasticatus intendatur progressiva et practica praeparatio religiosorum ad munus apostolicum.

7

Ob sacerdotum penuriam vita contemplativa reducatur.

8

Monachis concedatur licentia ad aliquos externos apostolatus v. g. catechismum, de iudicio Ordinarii.

9

In quibusdam apostolatus laboribus exerceri fructuose possunt etiam religiosi vitam contemplativam agentes.

10

Opera socialia ceteris ministeriis religiosi praeferant.

11

Praescriptum § 1333 can. 2 de obligatione catechismi docendi ad religiosos etiam extendatur.

12

Sive Ordines sive Congregationes, quae ad specificum apostolatus opus tenentur, ut huic operi totis viribus unice indulgeant urgeantur.

13

Ordinibus et Congregationibus religiosis virorum, quae vi regulae ad apostolatum tantum in genere tenentur, nulla opera specifica determinata, munus paroeciale per formale decretum S. Sedis assignetur ut finis primarius et principalis vitae activae.

---

6) Isinden, Darnitan.
7) Tacnen.
8) Sanaven.
9) Guadalajaren, Culiacanen.
10) Conchen in Aequatore.
11) Thuggen.
12) Leucen.
13) Leucen.

14

Religiosi, qui apostolatum exercent, non habeant tot orationes solvendas quot a monachis vel monialibus perficiuntur.

15

Ordines mendicantes, quorum sodales apostolatus operibus sedulo incumbunt, gravi obligatione recitationis choralis divini Officii leventur, firma semper ea obligatione quae in eorum Constitutionibus statuitur.

16

Sodalitates religiosarum mulierum praesto sint sacris dioecesium moderatoribus, in singulis curiis et paroeciis.

17

Religiosi monendi sunt ut Ecclesiae magis quam suis Congregationibus inserviant.

18

In aliquibus Ordinibus et Congregationibus religiosis catholicitatis (in sensu litterali) sensus desideratur. Individualismus individualis vel collectivus apostolatui christiano impedimento est.

19

Intensiorem dent operam religiosi ministeriis stricte dioecesanis.

20

Religiosi velint fundare missiones in dioecesibus in quibus penuria adest sacerdotum saecularium.

21

Communitates religiosorum quae habentur intra fines paroeciarum, adiutorium efficacius paroeciis praestent.

---

14) Banguen.
15) Sup. Gen. Tert. Ord. Reg.
16) Thennesien, Consentin.
17) Santanderien, Synnaden in Phrygia.
18) Secovien.
19) Tabuden, Gerunden, Seguntin.
20) Tehuantepecen, Acalissen.
21) Palmen, Medellen, Lappen, Moronen.

22

Religiosi maius auxilium praebere debent paroeciis.

23

Valde conveniens videtur etiam religiosos sacerdotes in directione Actionis Catholicae intervenire.

24

Determinetur relatio inter religiosos et Actionem Catholicam.

25

In urbibus plures religiosi in desidia inveniuntur, numquam ad paroecias rurales et pauperes destinantur.

26

Cur fere omnes de scholis agunt, perpaucissimae vero Congregationes curant multitudines quae in agris vel in officinis laborant?

27

Sodalitates religiosae exsistant quae ruri apostolatum exerceant.

28

Religiosi habeant plurimas domos in locis ruralibus dissitis.

29

Ad dexteritates novarum haereticorum sectarum profligandas, ut religiosi viri et mulieres, ad hoc explicite parati, suos conventus relinquant, atque activae fidei propagationi incumbant, valde optandum est.

---

22) Asturicen, Varsavien et Gnesnen.
23) Assien.
24) Nyundoen.
25) Galvien et Duacen.
26) Tyanen.
27) Medellen.
28) Leonen in Nicaragua.
29) Ioannesburgen.

30

Religiosi ne laboribus onerentur ut vita spiritualis detrimentum patiatur.

31

Religiosi omnes ad apostolatum ne attendant nisi post tres annos a novitiatu.

6. De Dimissione religiosorum

1

Agatur de dimissione religiosorum.

2

Facilior sit dimissio religiosi cum votis perpetuis.

3

Dimissio religiosorum facilior reddatur, caritativum tamen subsidium imponatur.

4

Ius hodiernum de dimissione religiosorum, qui vota perpetua in religione clericali exempta emisere (cann. 654-668), immutetur et dimissio religiosorum huiusmodi etiam sine processu iudiciali possibilis sit.

5

Processus pro dimissione religiosorum aptetur nostris temporibus.

6

Inseratur in C. I. C. institutum exclaustrationis ad nutum S. Sedis cum legislatione consequenti.

7

Superioribus religiosorum maior facilitas concedatur dimittendi subditos a religione.

---

30) Conchen in Aequatore.
31) Conchen in Aequatore.
1) Sup. Gen. O. F. M. Cap.
2) Caesenaten, Gaurianen, Sup. Gen. O.E.S.A.
3) Rabaten.
4) Sup. Gen. Ord. Scholarum P.
5) Sup. Gen. Mission. a Consolata.
6) Sup. Gen. Mission. S. Ioseph.
7) Assien.

8

In casu dimissionis religiosi clerici, presbyteris exceptis, ipso facto ad statum laicalem reducatur, votis dispensatis (can. 670).

9

Amplior libertas concedatur religiosis ut ad sacerdotium « saeculare » redire valeant.

10

Apostatae ab Ordine vel Congregatione, qui, bis moniti, ad oboedientiam redire renuerint, possint ipso facto a religione dimissi declarari.

11

Includatur inter casus dimissionis religiosorum ipso facto delictum homicidii voluntarii etsi frustrati (can. 646).

12

Ne indulta exclaustrationis vel saecularizationis citius cunctis petentibus concedantur.

13

Exclaustratio et saecularizatio in omnibus Congregationibus laicalibus iurisdictioni Episcopi subdatur.

14

Occasione saecularizationis sacerdotis religiosi, benevolus receptor Episcopus obligetur ad petendas informationes de saecularizando a competenti Superiore Maiore.

15

Facta lamentabilia religiosorum, qui Episcopum benevolum quaesiverunt, reformationem legislationis circa incardinationem religiosorum in dioecesi petunt.

---

8) Medellen.
9) Caronen.
10) Sup. Gen. O. F. M.
11) Medellen.
12) Sup. Gen. Ord. Cist. Strict. Obs.
13) Aquisgranen.
14) Sup. Gen. Ord. Scholarum P.
15) Vicen.

16

Episcopi ne dent paroecias illis qui vitam religiosam dereliquerunt, saltem apud domum religiosorum vel in ipsa domo a religiosis derelicta.

17

Ad religiosorum defectiones cohibendas, maxime expediret ut religiosi egressi tantummodo munera secundaria in animarum cura exercere possint.

18

Sacerdotibus religiosis, qui in suo Ordine valde incommode vitam agunt, eritne conveniens ipsis ampliorem ab Ordinariis locorum aperire ianuam ut ad statum saecularium sacerdotum transire valeant?

19

Optandum foret ut saecularizationis decretum non conficeretur nisi post pactum cum Episcopo benevolo initum, singulis mensibus vel annis elargiendi familiae religiosae certam pecuniae summulam ad sumptus compensandos.

20

Antequam religiosi in aliqua dioecesi admittantur per aliquod tempus veluti novitiatum faciant, quia huiusmodi clerici fere semper aliquo notabili defectu afficiuntur quod magis apparet in saeculo.

21

Religiosis, qui, quacumque de causa, ex Instituto exeunt vel dimittuntur, congruum subsidium tribuatur, ut per tempus convenienter vivant.

22

Religiosi, ex Ordinibus vel Congregationibus dimissi et ab aliquo Episcopo benevolo non recepti, a proprio Instituto custodiantur et sustententur.

---

16) Pudentianen.
17) Uruassuen.
18) Assien.
19) Uruassuen.
20) Huarazen.
21) Taurinen.
22) Aurien.

23

Urgeatur legislatio canonica circa readmissionem ad Communitatem exeuntium, qui alicui dioecesi dicati sint et quorum agendi ratio Ordinario non plene satisfaciat.

24

Decernatur utrum dimissio religiosorum ipso facto in canone 646 sit poena sensu stricto vel non (can. 2218).

25

Religiosi omnes transire possint ad aliam Congregationem quae magis vocationi eorum conveniat.

26

Transitus ad aliam religionem arctioris disciplinae facilius permittatur.

27

Transitus ad alias religiones prohibeatur.

28

Religiosi et religiosae ex Instituto egredi valeant ad parentes in egestate sublevandos vel in infirmitate curandos.

23) Risinitan.
24) Bruklynien.
25) Sanaven.
26) Rabaten.
27) Caesenaten.
28) Taurinen.

DE LAICIS

I. DE LAICIS IN GENERE

1. De laicorum munere in Ecclesia

1

Concilium declaret quid sentiendum de laicatus in Ecclesia functionibus.

2

Concilium agat de laicorum theologia, ut definiatur verus sensus sacerdotii fidelium de quo non pauci in Ecclesia sunt errores.

3

Desideratur classificatio status dogmatici et iudicialis laici in Ecclesia.

4

Circa laicorum partem in Ecclesia necessariae sunt praecisationes theologicae et canonicae.

5

Constitutio dogmatica de statu laicali in Ecclesia perutilis videtur.

6

Doctrina statuatur de munere laicorum in Ecclesia.

---

1) Neo-Eboracen, Caebuan, Hobarten, Rockhamptonien.

2) Zeliten, Harlemen, Abulen, Matriten, Tabuden, Celsonen, Orthosien in Phoenicia, Seguntin, Dalisanden in Isauria, Barcinonen, Dausaren, Segobricen, Zamoren, Albasiten, Mindonien, Valentin, Sionen, Dardan, Giennen, Aveiren, Cliftotonien, Amudarsen, Groningen, Chariopolitan, Premislien Latinorum, Helenopolitan in Bithynia, Trocmadian, Thuggen, Centurien, Polyboten, Basileen et Luganen.

3) Corporis Christi, Riverormen, Chicagien, Antiphren, S. Bonifacii.

4) Corisopiten et Leonen.

5) Ordinarii Indonesiae, Durbanian, Ipamuen, Sarian.

6) Ordinarii ex Congo et ex Ru-

7

Discussio fiat utrum definiendae sint quaedam veritates fundamentales de sacerdotio universali fidelium necnon de vocatione laicorum ad cooperationem cum apostolatu hierarchico.

8

Contradistinguatur sacerdotium ministeriale a sacerdotio laicorum.

9

Explanetur doctrina sacerdotii laicorum et solemniter declaretur transcendentia ministerii sacerdotalis prae omni ministerio laicali sive quoad actionem sacrificalem sive quoad apostolatum.

10

Agatur de sacerdotio fidelium et consequentiae eruantur circa obligationem ad Actionem Catholicam et iura laicorum in Ecclesia.

11

Clariter et firmiter exponatur doctrina de statu laicorum eorumque in Ecclesia actuosa participatione.

12

Praecisiones exarentur ad usum universalis Ecclesiae de iure laicorum quoad cultum, magisterium, regimen.

---

anda Urundi, Lueboën, Liberpolitan, Laguaten, Beiren, Guluen, Cataquen, Carthaginen, Kisantuen, Durbanian, Dakaren, Sardian.

7) Essendien, Eminentianen, B.M.V. Maris Stellae.

8) Insulen, Baiocen, Ambianen, Catalaunen, Argentinen, Monoecen, Mimaten, Bellovacen, Annecien.

9) Lauden, Vercellen, Caesarien in Bithynia.

10) Limonen, De El Peten, Caeciritan, Caesarien Philippi, Leontopolitan, S. Ludovici in Maragnano.

11) Neo-Eboracen, Insulen, Baiocen, Antiochen parvus, Ambianen, Catalaunen, Argentinen, Valleguidonen..

12) Insulen.

13

In luce ponantur varii et complementarii modi, quibus in tribus Ecclesiae activitatis generibus, magisterii, ordinis et regiminis, hierarchia et laicatus adlaborant.

14

Determinentur iura et officia laicorum in Ecclesia et in ordine ad apostolatum et Actionem Catholicam.

15

Fundamentaliter revideatur pars « de laicis »; imprimis respiciantur piae associationes fidelium et ius eorum laicorum, qui in servitio ecclesiastico occupantur.

16

Accuratius describantur partes laicorum in Corpore Christi Mystico.

17

Desideratur doctrina theologica circa capacitatem laicorum ut subiectum potestatis Ecclesiae considerari queant v. g. magisterii.

18

Definiatur doctrina de communi dignitate sacerdotali omnium baptizatorum.

19

Agatur de effectu consecratorio Baptismi et Confirmationis relate ad potestatem laicorum in Ecclesia, scilicet ad potestatem cul-

---

13) Insulen.
14) Neo-Eboracen, Carnuten, Montis Albani, Meten, Nemausen, Antandrin, Oxomen, Bredan, Clysmaten, Hagulstaden-Novocastren, Ombitan, Petrolinen.
15) Essendien, Eminentianen, Colonien.
16) Sup. Gen. Soc. Iesu.
17) Orthosien in Phoenicia, Sinianden.
18) Sup. Gen. Congr. Austr. O.S.B.
19) Albasiten, Valentin, Santanderien, Buscoducen, Ultraiecten, Sinianden, Tabboren, S. Mauritii Agaunen.

tualem, regiminis et magisterii, et ad potestatem quam vocant apostolicam et, simul, ex divina institutione, de necessitate dependentiae ductus atque vigilantiae Sacrae Hierarchiae.

20

Explanetur doctrina de sacramento Confirmationis respectu elucidationis adlaborationis hierarchiae et laicatus.

21

Declarentur puncta fundamentalia de « theologia laicorum » in Ecclesia, sc. illustretur notio theologica sacerdotii spiritualis fidelium necnon conceptus missionis apostolicae eorum in Ecclesia.

22

Agatur de specifica spiritualitate laicorum.

23

Normae de laicorum in Ecclesiae iuribus et officiis definiantur.

24

Finis et limites praerogativarum laicorum definiantur.

25

Missio laicorum in mundo et in Ecclesia illustretur.

---

20) Insulen, Baiocen, Bellovacen.
21) Aphnaeten, Rockhamptonien, Hobarten.
22) Celsonen, Albasiten.
23) Augustan, Monopolitan.
24) S. Fidei in America Septentrionali, Riverormen, Kansanopolitan-S. Iosephi, Dubuquen, Lincolnen, Chicagien, Petriculan, Seattlen, Marcopolitan, Antiphren, S. Bonifacii, S. Ioannis Quebecen.
25) Ss. Assumptionis, S. Isidori in Argentina, Achriten, Melen, Zamoren, Emeritan in Venezuela, Talcen, Maracayen, Civitatis Mariae, S. Iosephi in Uraquaria, Portus Montt, Judiciforen, Reconquisten, Joinvillen, S. Salvatoris in Brasilia, Sicuanen, Victorien Spiritus Sancti, Sebasten in Armenia, Abbas Gen. C.V.U.O.S.B.

26

Quae Pontifices (Pius XI, Pius XII, Ioannes XXIII) de laicorum activitate et muneribus in Ecclesia docuerunt, clare exponantur, ut laici suam responsabilitatem agnoscant, praesertim in problematibus socialibus et culturalibus, quae christianae conscientiae incumbunt.

27

Ius laicorum fusius explicetur.

28

Iura et obligationes laicorum fusius enucleentur.

29

Ius laicorum exaedificetur in favorem apostolatus laicorum.

30

Laicorum functiones organice in Ecclesia describantur.

31

Explanatio fusior iurium laicorum C. I. C. inseratur ad can. 682.

32

« Ius laicorum » contineat: Iuridicum laicorum in Ecclesia statum; Actuales canonicas dispositiones; Obligationes in civicis actibus; Obligationes in socialibus actibus; Obligationes in generali apostolatu; Obligationes quoad Actionem Catholicam; Iura ut activa membra Ecclesiae; etc.

---

26) Paderbornen, Friburgen, Cartennitan.
27) Herbipolen, Colonien.
28) Fulden, Busiritan, Monasterien, Treviren, Dagnen, Rottenburgen, Berolinen, Vindobonen, Maroneus, Macren, S. Hippolyti, Metellopolitan, Lincien.
29) Spiren, Berolinen.
30) Cartennitan, Ostracinen, Aulonitan, Calydonien, Misnen, Bassianen.
31) Vindobonen, Maroneus, Macren, S. Hippolyti, Lincien, Metellopolitan.
32) Ss. Conceptionis.

33

Desideratur ulterior definitio de positione laicorum in Ecclesia ut subiectorum vitae atque activitatis Eius in mundo.

34

Pro opera congregationis laicorum haec suggeruntur:

a) opus organizativum: ad uniendas singulas adsociationes per paroecias, dioeceses, nationes;

b) opus doctrinale: circa scripta, dicta et propagationem;

c) opus formativum: quoad asceticam, liturgiam, theologiam, cum referentia ad apostolatum etiam in rebus et negotiis politicis.

35

Omnis christianus in se recipere debet, una cum Ecclesia cuius filius et membrum est, pondus Regni Dei.

36

Doctrina necnon disciplina iuridica de laicis et de associatione Apostolatus laicalis clare enuntientur.

37

Christifideles constanter de necessitate se praebendi in auxilium Ordinario et Parocho edoceantur, ut sollicitudo in miseros et afflictos opportuniori modo suum sortiatur effectum.

38

In iure communi laicorum inserantur officia quae laicis committuntur ut membris « consilii » dioecesani et paroecialis.

---

33) Limburgen, Sinopen, Naronen.
34) Consentin.
35) Algerien, Beiren, Gibben.
36) Urawaën, Comben, Hyderabaden, Madhuraien, Mangaloren.
37) Adm. Ap. Exarchatus Constantinopolitani.
38) Sup. Gen. Congr. Austr. O.S.B.

39

Relationes definiantur inter laicos consociatos et clerum atque S. Hierarchiam.

40

Clare affirmetur laicorum dependentia a Hierarchia.

41

Exponantur laicorum obligationes in promovendis rebus Ecclesiae sub regimine Hierarchiae ecclesiasticae.

42

Agatur de cooperatione inter laicos et clerum.

43

Laici magis adhuc vocentur in curam et adiumentum laboris hierarchici, v. g. constituendo ac regulariter consultando et audiendo concilio quodam laicorum tum pro universa Ecclesia tum pro unaquaque dioecesi.

44

Laici magis adhibeantur ad cooperationem in cura animarum, in eruditione puerum, in administratione bonorum, etiam in muneribus curiae episcopalis.

45

Maior actuositas laicorum catholicorum urgenda est quoad obligationes erga familiam propriam, quoad cooperationem in paroecia, quoad vitam publicam, quoad formationem moderatorum aptorum.

---

39) Lucen, S. Agathae Gothorum, Hierapolitan in Syria, Fodian, Novarien, Camerinen, S. Marci et Bisinianen, Triventin, Baren.
40) Castorien.
41) Monoecen, Cadurcen.
42) Naronen.
43) Apollonien.
44) Fulden, Busiritan.
45) Bambergen, Calydonien, Lincien, Metellopolitan, S. Hippolyti, Macren, Maroneus, Vindobonen.

46

Et fideles laici actuosi sint pro Ecclesia Sancta Dei oportet.

47

Ampliora munera laicis tribuantur, praesertim in re sociali, ut sacerdotes ad ministerium stricte religiosum magis attendere possint.

48

Scholae catholicae et opera omnia caritatis laicis bene formatis concredita sint.

49

Permittatur laicis designatis instructio catechetica populi.

50

Laicorum activitas determinetur. Ipsi de rebus temporalibus agant tantum ut in illis religio christiana inseratur. Numquam vero implicent in rebus temporalibus responsabilitatem consociationis vel Ecclesiae.

51

Catholici qui active vitam politicam exercent, sociales consociationes promovent, diariis publicis praesunt, etc. in opera sua auctoritatem Ecclesiae ne invocent, sine expressa licentia legitimae potestatis ecclesiasticae.

52

Moneantur laici catholici, ne participent factionibus, quae sibi ius arrogent determinandi ambitum potestatis hierarchicae eamque coarctandi sub falso praetextu defendendi characterem apoliticum Ecclesiae.

---

46) Matrisfontis, Celsonen, Tuden, Posnanien, Jotan, Brugen, Namurcen.
47) Firman.
48) Lacus Moëri.
49) Arsinoitan in Arcadia, Poncen, Valdivien.
50) Castorien.
51) Posnanien.
52) Posnanien.

53

Apud laicos promoveatur cura studiosa de quaestionibus socialibus in mundo solvendis.

54

Apud laicos promoveatur conscientia de obligatione laicorum erga Missiones exteras.

55

Nationibus religiose minus evolutis missionarii laici mittantur.

56

Agatur de influxu opinionis publicae in regimine Ecclesiae.

57

Agatur de maiore democratizatione vitae ecclesiasticae.

58

Conveniens non videtur leges ferre definitivas vel absolutas circa laicorum iura et officia in Ecclesia; nam doctrina de laicis adhuc evolvenda est.

59

Urgent laici in re sociali, oeconomica, politica sat bene parati. Instituatur Commissio peculiaris ante Concilium, quae hoc problema studeat.

2. De Catechumenatu

1

Normae circa catechumenorum admissionem ad Baptismum desiderantur.

---

53) Bambergen.
54) Bambergen.
55) Reconquisten.
56) Ultraiecten.
57) Posnanien.
58) Reconquisten.
59) Antiochen Maronitarum.
1) Gallipolitan, Tarvisin, Nyundoen, Konakrien, Nzerekoreen, Kankanen, Tananariven, Nyerien, Mvanzaën.

2

Perficiantur normae canonicae ad novi catechumenatus institutionem et simul liturgia conveniens edatur.

3

Agatur de catechumenatus creatione in pagis paganorum more viventibus.

4

Statuantur iura et officia catechumenorum, et locus in Ecclesia illis assignetur.

5

Quid sentiendum est de diuturno catechumenatu? An intensitas instructionis breviori tempore supplere potest?

6

Adultorum catechumenatus liturgicis legibus ordinetur.

7

Adultorum catechumenatus per biennium protrahatur.

8

In singulis dioecesibus instituatur adultorum catechumenatus, ut respondeatur necessitatibus modernis adultorum, qui ad fidem serius pervenerunt.

9

Quaeque paroecia evadat fraterna communitas quam catechumeni ingrediantur quasi veram familiam ubi possint christianam caritatem exercere.

---

2) S. Ludovici in Maragnano.
3) Carthaginen.
4) Bellovacen.
5) Arcis Rosebery.
6) Sufetulen.
7) De Diego Suarez.
8) Insulen, Aurelianen, Veneten.
9) Rabaten.

10

Cum tot fideles in omnibus fere regionibus religionem negligant et eorum numerus in dies crescat, Concilium causam talis defectionis consideret et media ad problema solvendum proponat.

11

Plures dignitates, quibus laici ab Ecclesia ornantur, consonae non sunt nostris temporibus proindeque abolendae.

12

Sacerdotes debent fovere fluxum migratorium et omnem operam dare ut immigrantes, etsi in terra aliena, inter suos se sentiant.

13

Sicut de actione sociali et caritativa ita etiam Magisterium Supremum quandam declarationem contra alcoolismum et ebrietatem in his insulis (Thaiti) grassantes dare deberet, eo vel magis quod sectae protestantes hac in re catholicos accusant quod usum alcooli promoveant.

3. De laicorum Apostolatu

1

Natura apostolatus laicorum illustretur.

---

10) Cairnen.
11) Hobarten.
12) Lismoren.
13) Ascalonitan.
1) Lamen, Tingitan, Beiren, Nyerien, Mopoien, Ondoën, Sardian, Kerrien, Darnitan, Constantien, Rhemen, Versalien, Aurelianen, Bituricen, Tolosan, Theudalen, Gurzen, Aquen, Tutelen, Albien, Blesen, Avenionen, Rothomagen, Ebroicen, Agennen, Tremithusius, Massilien, Myrinen, Veneten, Rhedonen, Chamberien, Virodunen, Prienen, Dorylaën, Baiocen, Claromontan, Adiacen, S. Deodati, Lycaonien, Petrocoricen, Carcassonen, Lucionen, Bellicen, Tarantasien, Parisien, Aquisgranen.

2

Natura et finis apostolatus laicorum determinentur.

3

Decernenda et definienda videtur doctrina circa apostolatum laicorum.

4

Obligatio apostolica laicorum definiatur, munia ac functiones ipsis propria aperiendo.

5

Statuantur principia de apostolatu laicorum et de « sacerdotio regali laicorum », praesertim quoad « Actionem Catholicam ».

6

Statuantur functiones apostolicae, quae laicis conveniunt, ne ipsis attribuantur functiones propriae clericorum.

7

Determinentur natura et limites cooperationis laicorum ad apostolatum hierarchicum.

8

Detur explicatio circa apostolatum laicorum in Corpore Christi Mystico necnon clarificatio characteris recepti in sacramentis Baptismi et Confirmationis in relatione ad sacerdotium.

---

2) Docleen, S. Georgii in Grenada, Teresian, Sup. Gen. Ord. S. Pauli I Eremitae.

3) Zeliten, Celsonen, Orthosien in Phoenicia, Seguntin, Mindonien, Legionen, Miletopolitan, Palentin, Colophonien, Canarien, Flaviobrigen, Aurien, S. Sebastiani, Almerien, Victorien, Barbastren, Baren in Pisidia, Meneven, Hagulstaden et Novocastren, Gionopolitan, Chariopolitan, Tabboren, Daonien, Siedlcen, Czestochovien, Kielcen, Trocmadian, Thuggen, Posnanien, Jotan, Leopolien Latinorum, Varsavien et Gnesnen, Hafniae, Luxemburgen.

4) Sup. Gen. Ord. Carm. Discalc.

5) S. Mariae Ormen, Sherbrooken, Nicoletan, Taben.

6) Sup. Gen. Congr. Gall. O. S. B.

7) Sozopolitan in Haemimonto, Sup. Gen. Barnab.

8) Richmondien.

9

Finis apostolatus est supernaturalis: unde ad actionem temporalem non est essentaliter alligandus.

10

Apostolatus laicorum, si hierarchicus esse debet, exclusive ad supernaturalia veluti in finem tendere debet et non primarie ad ordinanda temporalia.

11

Necessarium est confirmare, salva auctoritate suprema Apostolicae Sedis, potestatem hierarchicam et ius advigilandi in apostolatum laicatus et in alia opera catholica sive nationalia sive internationalia.

12

Accurate determinetur interventus laicorum in apostolatu, et eorum subiectio S. Hierarchiae, ne in quaestionibus doctrinalibus sese immisceant.

13

Oportet esse apostolatum laicorum cooperationem in apostolatu Episcopi, quippe cui primo incumbat respondere de animabus in sua dioecesi.

14

In aestimandis convenientia, necessitate, opportunitate atque circumstantiis quibus quilibet apostolatus in dioecesi locum teneat, Episcopus sit vere iudex, magister atque supremus moderator.

15

Ostendatur Episcopum esse centrum totius apostolatus in sua dioecesi, vinculum, testem et apostolum unitatis in propria Ecclesia.

---

9) Bisuntin.

10 Yucatanen.

11) Philadelphien Latinorum, Chicagien.

12) Sup. Gen. Congr. Missionis.

13) Tarbien et Lapurden.

14) Angelorum, Leucen, Amisen, Auratopolitan.

15) Engolismen, Ambianen.

16

Laici retineant ius actiones apostolicas incipiendi, cuius ambitus delimitandus est iuxta rerum indolem; veruntamen imprimis necesse est ut laborantes dependeant ab Episcopo.

17

Duces laici operum apostolatus, cum non sint theologi, nec duces Ecclesiae, ius non habent accommodandi veritates et praescripta hierarchiae.

18

Apostolatum laicorum coordinari oportet sub Episcoporum ductu.

19

Laicorum apostolatum expedit arcta compagine universali in unitatem redigere.

20

« Coordinatio » omnis apostolatus laicorum sub Hierarchia exoptabilis est.

21

Institutum Pontificium adstruatur pro unitate apostolatus laicorum.

22

Etiam in Italia consociationes apostolatus laicorum, beneficentiae, liturgiae etc. dependeant a sectione Conferentiae Episcopalis.

23

Oportet considerare et suggerere vias mediaque quibus educatio catholica et apostolatus laicorum ad statum perveniant fructuosiorem.

---

16) Bellovacen, Tarbien et Lapurden.
17) Bisuntin.
18) Maris Platen, Quiten, Matamoren, Maracayen, Portalegren, Monterreyen, Amiden, Aleppen Maronitarum.
19) Malacitan, Toletan, Albasiten, Huelven, Thiaven.
20) Aleppen Maronitarum.
21) Messenien.
22) Caesenaten.
23) Eumenen, Indianapolitan, Chicagien, Sacramenten.

24

Laboramus clericalismo et pauca onera apostolica laicis consociatis in pluribus dioecesibus realiter imponuntur.

25

Laicorum apostolatus quam maxime foveatur.

26

Pro viribus excitari oportet in membrorum Ecclesiae mentibus urgentiam apostolatus. Unusquisque nostrum per vitam vere catholicam evidentiam constantem quattuor Ecclesiae Christi notarum praestare debet.

27

Apostolatus laicorum sit « genus » et adsociationes variae sint « species ».

28

Hodie, Deo favente, laici magis ac magis conscientiam acquisierunt de suo munere apostolico in Ecclesia; e contra C. I. C. de hoc est valde ieiunus.

29

Codificentur omnia quae laicorum apostolatum respiciunt.

---

24) S. Ioannis a Missionibus, Tarahumaren, Arassuahyen, Sebastopolitan in Abasgia.
25) Rusicaden, Tangaën, Beiren, Claudiopolitan in Honoriade, Ondoën, Sardian, Masakaen, Civitatis Reginae, Colonien.
26) Gibraltarien.
27) Albasiten, Tarraconen, Isinden.
28) Tabuden, Dalisanden in Isauria, Mindonien, Hispalen, Legionen, Jacen, Clunien, Santanderien, Lamacen, Groningen, Ruremonden, Roterodamen, Einsiedlen, Vatarben, Plocen, Vagen, Sandomirien, Panitan, Centurien, Jotan, Varsavien et Gnesnen, Laganitan.
29) Sup. Gen. Soc. a S. Paulo.

30

Activitas apostolica laicorum in ipso C. I. C. consideretur.

31

Desideratur instrumentum iuridicum quo omnes laici, praeprimis adsociati in quacumque adsociatione, adstringantur ad apostolatum.

30) Apollonien.

31) Posaden, Medellen, Azulen, Guadalajaren, Aguariccoen, Xinguen.

II. DE FIDELIUM ASSOCIATIONIBUS

1. De associationibus in genere

1

Associationes omnes quae habent eundem finem reducantur; aboleantur vel radicitus reformentur confraternitates, exceptis illis de Ss. Sacramento ac de Doctrina christiana.

2

Obligationes spirituales pro asseclis confraternitatum augeantur.

3

Reformatio desideratur iuxta novas exigentias sociales Confraternitatum vel aliarum societatum Ecclesiae quovis titulo nominatarum.

4

Nomenclatura piarum associationum reformetur et uniformetur.

5

Simplificatio archiconfraternitatum optatur.

6

Consociationes professionales et operariorum curentur, confraternitates revocentur ad pristinum fervorem.

---

1) Ragusien.
2) Uxentin.
3) Hartfortien.
4) Rhoinen.
5) Andropolitan.
6) S. Severi.

7

Bona confraternitatum gradatim fiant paroecialia, et oratoria confraternitatum potius quam loca sacra pro Divino Cultu, adhibeantur ut aedes pro institutione catechistica.

8

Pia opera in paroecia fieri possunt, sedes confraternitatum iuvenibus Actionis Catholicae dentur.

9

Instanter instantius urgeatur opus apostolicum Confraternitatis Doctrinae Christianae, praesertim per studiorum circulos viros suasque uxores complectentes, quo efficacius filios de fide et moribus instruere valeant.

10

Affirmetur obligatio erigendi ubique terrarum in qualibet paroecia Confraternitatem Doctrinae Christianae.

11

Legio Mariae ad statum confraternitatis erigatur, eo quod medium efficacissimum videtur pro apostolatu.

12

Coadunationes et conferentiae inter catholicos numerosae et frequentes sunt, cum detrimento vitae spiritualis sacerdotum, religiosorum et fidelium. Consulatur potius sanctificationi singulorum per Sacramentorum efficacem administrationem.

---

7) Clavaren.
8) Tyanen.
9) Desmoinen, Cenen.
10) Novae Aureliae.
11) Lansingen.
12) S. Ioannis Terrae Novae.

13

Instituatur pia unio secreta cum tribus votis, constans et sacerdotibus et fidelibus, veluti « Opus Dei » dioecesana vel melius veluti « Obreras de Christo » dioecesana.

14

In posterum ne erigantur piae uniones sine specifica activitate apostolica.

15

Ad mala vitanda, nequeant consociationes de quibus in can. 687 personam iuridicam coram legem civilem acquirere sine beneplacito Ordinarii loci.

16

« Equites Columbi » statuantur contra diffusionem sectae massonicae.

17

« Foyers chrétiens » quos vocant, maxime foveantur.

18

Edatur synthesis doctrinae operis « pro Mundo Meliore ».

19

Omnes fidelium pias consociationes non modo dirigi ad vitam christianam individualem perfectius profitendam necesse est, verum etiam concitari ad operam dandam proximorum saluti procurandae.

---

13) Tarraconen.
14) Succursen et S. Aegidii, Huancayen.
15) S. Sebastiani Fluminis Januarii.
16) Tefen.
17) Andropolitan.
18) Martyropolitan, Aterraden, Paten, Uberaben, Oliveiren, Guaxupen, Septemlacunen, Divinopolitan, Verinopolitan.
19) Sup. Gen. O. F. M.

20

Addatur ad c. 685: « vel bonum animarum diligenter curare ».

4. De Actione Catholica

A) *De Actione Catholica in genere*

1

Edatur synthesis doctrinae Actionis Catholicae.

2

Definitio Actionis Catholicae, a Pio XI tradita, amplietur.

3

Optimum esset verum sensum et ambitum Actionis Catholicae semel pro semper in lucem tradere.

4

Actionis Catholicae determinentur essentia, extensio in ordine temporali, et dependentia a sacra Hierarchia.

---

20) S. Sebastiani Fluminis Ianuarii.
1) Maris Platen, Martyropolitan, Aterraden, Paten, Uberaben, Oliveiren, Guaxupen, Septemlacunen, Divinopolitan, Verinopolitan.
2) Castorien.
3) Benefen, Daressalaamen, Banguen, Cataquen, Carthaginen, Antiochen Melch., Hemesen Melch., Tyren Melch., Heliopolitan Melch., Aleppen Melch., Beryten et Gibailen Melch., Mariamnen, Paneaden, Ptolemaiden, Laodicen Melch., Tarsen Melch., Pelusitan Melch., de Nubia, Archim. Ordinis Basiliani Alepp. Melch., Archim. Ordinis Basiliani Ss. Salvatoris Melch., Archim. Ordinis Basiliani S. Ioannis Baptistae Melch., Sup. Gen. Soc. Missionariorum a S. Paulo.
4) Neo-Eboracen, Suessionen, Castorien, Montis Albani, Montis Pessulani, Rupellen, Engolismen, Bituricen, Otroënus, Antiochen parvus, Petrolinen.

5

Actio Catholica definiatur, eius elementa essentialia enumerentur et statuantur, relationes eius ad dioecesim et paroeciam declarentur.

6

Organizatio super-paroecialis, immo et supra-dioecesana, Actionis Catholicae momentum paroeciae ac dioeceseos minuit.

7

Iura et munera Actionis Catholicae secundum doctrinam Summorum Pontificum succincte circumscribi possent e. g.

A) Actionem Catholicam esse associationem ecclesiasticam a S. Sede paraeceptam.

B) Actionem Catholicam esse mandatariam Ecclesiae officialem, cui incumberit:

a) principia fidei disseminare, defendere, et promovere;

b) efformare fideles, praesertim iuvenes, ut secundum christianae fidei principia vivant et institutiones ecclesiasticas, opera caritatis et similia foveant;

c) assistentem ecclesiasticum sacerdotem habere ad fideles dirigendos et consiliis modo spirituali adiuvandos.

C) Quibus normis C. I. C. Actio Catholica regenda sit.

8

Triplex forma Actionis Catholicae admitti potest:

a) Actio Catholica generalis, quae nullum excludit finem apostolicum ac membra ubique sibi cooptat:

---

5) Pictavien, Catalaunen, Antiochen parvus, Zacatecen, Vapincen, Irenopilitan in Cilicia, Carcassonen, Maximianopolitan in Palaestina, Theudalen, Annecien, Bellicen, Aurelianen, Adiacen, Augustodunen, Goritien, Nucerin Paganorum, Hadrianien in Hellesponto, Venetiarum, Lucerin, Forosempronien, Polycastren, Beneventan, Thessalonicen, Hieracen-Locren, Boianen-Campobassen, Liburnen, Potentin et Marsicen, Apuanien, Auximan et Cingulan, Cerrarum, Soanen-Pitilianen, Aliphan, Ferrarien, Othieren.

6) Gibuten, Brazzapolitan.

7) B. M. V. Maris Stellae.

8) Arcen in Phoenicia.

21

Definiatur integra religiosorum dependentia ab Episcopis in Actione Catholica.

22

Partes et competentia laicorum in Actione Catholica accurate determinentur.

23

Locus partesque laicorum, praesertim in diversis coetibus Actionis Catholicae, assignentur.

24

Laici, qui in Actione Catholica militant, auctoritatem obtineant ad eorum zelum vitamque christianam fovendam.

25

Laicis, qui cum amore et studio praecellenti operibus Actionis Catholicae sese dederunt et qui desiderium specialis consecrationis ad hoc opus habent, ritus missionis alicuius solemnis concedatur, in quo mandatum Ecclesiae speciali modo accipiant et votum quoddam fortiter et perseveranter serviendi Ecclesiae etiam publice dent.

26

Christifideles enixe alliciantur ut Actionis Catholicae consociationes aliaque pia sodalitia celebrent ac frequentent.

27

Affirmetur Actionem Catholicam pertinere ad officium pastorale et ad vitam christianam.

28

Actio Catholica prae oculis habeat officium suum praecipuum, in apostolatu inter operarios, indolem religiosam et moralem habere.

---

21) Burdigalen.
22) Castorien.
23) Augustodunen.
24) Muilaën.
25) Augustan.
26) Sabinen et Mandelen, Vicentin.
27) Castorien, Apamien.
28) Divionen.

29

Dantur saepe confusiones inter actionem catholicam, actionem socialem et actionem politicam.

30

Reordinatio Actionis Catholicae desideratur.

31

Instituatur coordinatio universalis « Actionis Catholicae ».

32

Cito erigatur S. Congregatio « De Actione Catholica », quae dirigat omnes activitates apostolorum laicorum in universa Ecclesia necnon huic Novae Congregationi associentur sacerdotes ex singulis nationibus oriundi, qui conditiones propriae patriae optime norunt.

33

Specialis S. Congregatio instituatur ad curandam directionem omnium associationum.

34

Instituantur « Consilia nationalia, dioecesana et paroecialia » Actionis Catholicae, quae coordinationem perficiant in ordine ad exigentias totius nationis. Omnes consociationes Actionis Catholicae in sua directione interna propriam auctoritatem retineant. Sacra Hierarchia regimen Actionis Catholicae per episcopalem Commissionem trium Episcoporum una cum Directore Nationali exerceat. « Director Nationalis » Actionis Catholicae a S. Sede designetur. Director Nationalis uniuscuiusque associationis nationalis, quae mandato Hierarchiae gaudet, a Commissione Episcopali nominetur. Pernecessarium ducitur Actionem Catholicam distinguere in sectiones particulares v. g. pro iuventute studiis addicta,

---

29) Brazzapolitan.
30) S. Salvatoris in Brasilia.
31) Trifluvianen.
32) Sidonien, Jaren, Legaspien.
33) Massan.
34) Asponitan.

pro ruricolis, pro operariis etc. In Universitatibus et Collegiis catholicis atque praesertim in Seminariis instituantur cursus de Actione Catholica saltem in theologia.

35

Ad maiorem simplicitatem redigatur structura Actionis Catholicae: ut numerus adscriptorum Actioni Catholicae crescat, oportet ut multiplices associationes affines Actioni Catholicae minuantur, eorum muneribus Actioni Catholicae demandatis. Nimiae associationes necessario vitam languidam ducent.

36

Laicorum adsociationum numero limites apponi debent.

37

Numerus consociationum in unaquaque paroecia minuatur.

38

Quibus spectat obligatione hi teneantur aedificare domos pro Actione Catholica.

39

Determinetur quid intelligendum sit per « Associations Auxiliaires de l'Action Catholique ».

40

Statuantur principia doctrinae de Actione Catholica eiusque opera in auxilium muneris pastoralis; norma statuatur utrum clerus debeat an non cooperatione laicorum uti.

---

35) Montis Oliveti Maioris, Oppiden, Ampurien-Templen, Firman, Adrien, Brixinen, Salernitan, Caesenaten.
36) Oveten, Tabuden.
37) Sanaven, Poncen, Sebastopolitan in Abasgia, Arequipen.
38) Fidentin.
39) Castorien.
40) Bugellen, Vallen in Lucania, Dianen, Aquilan, Mutinen, Clavaren, Syracusan, Myndien, Aeser-nien et Venafren, Mantuan, Jacien, Cortonen, Veronen, Arianen, Aquen, Mutilen, Savonen, Fulginaten, S. Luciae, Fanen, Collen, Gallipolitan, Rossanen, Hydruntin, Biturgen, Montis Alti et Ripan, Fesulan, Anglonen-Tursien, Siten, Placentin, Parmen, Serren in Macedonia, Fidentin, Carpen, Regien in Aemilia.

41

Actionem Catholicam in omnibus paroeciis instituendam curare aut forsan decernere plurimum interest.

42

Actio Catholica instituatur in omnibus ecclesiis, etiam religiosorum.

43

Actio Catholica quam maxime foveatur.

44

Pro Actione Catholica fortasse forma foederativa commendanda esset.

45

Optata maior concursio virium obtineri potest instituendo sectiones v. g. Apostolatus, Caritatis etc.

46

Agilis et sobria « burocrazia » in Actione Catholica statuatur.

47

Omnem laicorum apostolatum sub nomine Actionis Catholicae coordinari oportet; ab omnibus fidelibus exigatur bonum exemplum, ab aliquibus vocatis actuositas peculiaris sub directione pastorali.

48

Actionis Catholicae structura aptetur singulis populis.

---

41) Conchen, Abulen, Dausaren.
42) S. Jacobi in Cuba.
43) Illerden, Premislien Latinorum.
44) S. Dominici.
45) Comaclen.
46) Verulan et Frusinaten.
47) Berenicen.
48) Ibarren, Caëtinen, Claudiopolitan in Honoriade.

49

Secundo vel saltem quarto quoque anno, consilium laicorum electorum ex toto mundo congregetur ad problemata Actionis Catholicae laicorum discutienda.

50

Coordinatio universalis associationum iuventutis catholicae instituatur.

51

Actio Catholica praeminere semper debet nomine, dignitate et functione ut viva maneat sancta aemulatio catholicorum; absolute vitanda esset foederatio ad aequalitatem omnium adsociationum apostolicarum, praesertim Religiosorum.

52

Adsint gradus in participatione ad Actionem Catholicam et gradus infimus omnibus Christifidelibus imponatur (dilemma est: « vel apostolus vel apostata »).

53

Membra Actionis Catholicae assidue incumbant orationi, adorationi quotidianae SS. Sacramenti et pio exercitio Viae Crucis.

54

Omnes sodales Actionis Catholicae curare debent ut populus doctrinam Encyclicarum sufficienter cognoscat.

55

Ad spiritum fervoris Actionis Catholicae alendum, necessaria est accuratior selectio, diligentior praeparatio, simplicior forma.

56

Omnia genera Actionis Catholicae foedere Romae iungantur.

---

49) Spalaten et Macarscen, Ultraiecten.
50) Phoenici.
51) Sionen, Burgen.
52) Abulen.
53) Trecen.
54) Leonen in Nicaragua.
55) Pompeian. Ilcinen.
56) Andropolitan.

57

Novationes et experimenta sine maturitate sufficienti, effectus temeritatis potiusquam rationis et consilii, vetentur.

58

Normae assignentur generales pro congressibus.

59

Plures fideles, in consociationibus Actionis Catholicae militantes, religionem habent ut medium ad finem temporalem et politicum attingendum; in Actione Catholica nihil aliud quaerunt quam adiumentum ad actionem temporalem.

60

Desideratur « coordinatio » Actionis Catholicae Maronitarum sub auctoritate Patriarchae qui sacerdotem idoneum delegabit.

61

Quoad apostolatum laicorum praeferendum est non uti vocabulo « Actionis Catholicae ».

62

Multae contestationes ortae sunt circa extensionem vocabuli « Actio Catholica »: igitur definitio paretur, quae controversias dirimat.

63

Nomen Actionis Catholicae mutetur quia a plurimis confunditur cum « Democrazia Cristiana ». De facto si parochus convocat homines vel puellas etc. omnes conveniunt, si autem convocat inscriptos Actioni Catholicae pauci adveniunt quia nomen evasit hostile. Parochus eligat aliquos cooperatores, haec erit de facto, si non de no-

---

57) Montis Pessulani.
58) Burdigalen.
59) S. Claudii.
60) Antiochen Maronitarum.
61) Tarbien et Lapurden.
62) Trecen, Docleen, Baiocen, Gurzen, Massilien.
63) Eugubin.

mine Actio Catholica. Tesseram abolere utile forsan est illamque substituendam esse cum diplomate benemerentiae.

64

Consociationes, quarum nomina « Lupetti » (nomen indecorum!) et « Beniamine » aboleantur, quia ob sodalium aetatem et captum fere inutiles videntur. Ne tempus fere frustra teratur, utilius videretur puerorum puellarumque organizationem ab « Aspiranti » incipere.

B) *De munere Sacerdotum in Actione Catholica*

1

Sacerdotis munus determinetur quoad Actionem Catholicam et proprii limites assignentur.

2

Definiatur dependentia ab Episcopis sacerdotum, qui praesunt Actioni Catholicae in dioecesi vel in natione.

3

Rite definiantur functiones consiliariorum (« assistenti ») religiosorum consociationum, ubi ipsi parochi non sint.

4

Determinetur officium « Assistentis Ecclesiastici » quoad laicos rectores alicuius organizationis, utrum nempe ille sit simplex consiliarius spiritualis et moralis, an insuper, in quibusdam casibus, vicarius authenticus Hierarchiae ad eius desideria firmiter indicanda.

5

Determinentur Statuta « Cappellanorum » Actionis Catholicae, tum in ambitu nationis, tum in ambitu dioeceseos. Nam non infre-

---

64) Philippen.
1) Pictavien.
2) Burdigalen, Suessionen, Rupellen.
3) Lamacen.
4) Bituricen.
5) Cenomanen, Petrocoricen, Montis Pessulani.

quenter ex Actionis Catholicae sede centrali ad dioecesanos Cappellanos directivae mittuntur inconsulto episcopatu, immo nonnunquam contradicitur doctrinae Summorum Pontificum et generalibus directivis Episcoporum.

C) *De « Seminariis » pro militantibus in Actione Catholica instituendis*

1

Concilium instituat « Seminaria » pro laicis militantibus, sicut Tridentinum olim pro Clero instituerat.

2

Ad profundiorem christianam institutionem laicorum, qui erunt dirigentes Societatis, commendari poterit Episcopis fundatio Collegiorum, quibus praesint optimi ecclesiastici viri. Plures dioeceses ad hoc uniri poterunt, maxime si subsidia quaedam, directa aut indirecta, istis scholis Gubernium adsignabit.

3

Pro Adsociationum Catholicarum dirigentibus eorumque intensa formatione, ut felix at adhuc insufficiens experientia docet, indispensabilis videtur domus rusticationis.

4

Ne Actio Catholica sterilis evadat, multa cura impendenda est formationi interiori sociorum. Ad hoc instituantur in unaquaque paroecia seminaria, quae dirigantur a sacerdotibus peritis.

5

Valde curetur formatio religiosa et doctrinalis militantium Actionis Catholicae.

---

1) Portalegren.
2) Nuscan.
3) Nuscan.
4) Derthonen.
5) Divionen, Montis Pessulani.

6

In unaquaque natione Instituta peculiaria condantur pro formatione laicorum ad apostolatum in genere et singillatim ad catechesim.

7

Constituantur domus pro formatione militum Actionis Catholicae et Legionis Mariae.

8

Conficiatur specialis instructio qua parochis et confessoribus explanetur doctrina directionis spiritualis laicorum selectorum, et in Curia habeatur sectio quae adiumenta praestet et difficultates solvere queat.

9

Assistentia spiritualis laicis apostolis praebenda, tamquam essentiale munus pastorale sacerdotis definiatur.

10

Intensior sit collaboratio laicorum in apostolatu paroeciali et dioecesano, ut augeantur sensus responsabilitatis fidelium eorumque formatio religiosa et ut sacerdotibus praesto sit consilium et adiutorium in quaestionibus magni momenti.

11

Selecti laici, praesertim militantes in diversis coetibus Actionis Catholicae, in auxilium sacrae hierarchiae advocentur, idem diligenter instituantur circa ea omnia quae ad apostolatum exercendum pertinent, ita tamen ut semper sub omnimoda dependentia superiorum ecclesiasticorum operentur.

---

6) Cypren.
7) Tacnen.
8) Varsavien et Gnesnen.
9) Aquen.
10) Docleen, Argentinen, Chamberien.
11) Sup. Gen. O. F. M.

D) *De rationibus inter Actionem Catholicam et alias associationes*

1

Clare definiatur in quo conveniat et in quo differat Actio Catholica a ceteris associationibus apostolatus laicorum.

2

Coordinatio inter Actionem Catholicam ét alias adsociationes statuenda est in singulis nationibus prout magis expediat, sed adhaesio organismis Actionis Catholicae officialis debet esse voluntaria; adsociationes quae adhaerere nollent Actioni Catholicae, adhaesionem praebeant directe Hierarchiae in triplici gradu: nationali, dioecesano et paroeciali. Ergo solutio generalis posset esse *Consulta* quae pro Italia est statuta.

3

Definitio, fines, etc. Actionis Catholicae a Concilio determinari debent, etiam relate ad alias consociationès, et omnia in C. I. C. inserere oportet.

4

Clarificetur relatio quam Tertii Ordines, Sodalitates Marianae et Piae Associationes habent cum Actione Catholica.

---

1) Baren, Arianen.
2) Sionen.
3) Terulen, Zeliten, Granaten, Tabuden, Legionen, Celsonen, Orthosien in Phoenicia, Dalisanden in Isauria, Barcinonen, Erythreae, Tamiathitan, Zamoren, Assien, Vicen, Pampilonen, Jacen, Clunien, Chitrien, Oscen, Limisen, Calaguritan et Calceaten, Compostellan, Mindonien, Dardan, Giennen, Santanderien, Salmantin, Victorien, Eboren, Aveiren, Bracharen, Telmissen, Thiaven, Lisbonen, Lamacen, Brigantien, Dublinen, Mechlinien, Leodien, Druen, Brugen, Botrianen, Namurcen, Tornacen, Ultraiecten, Harlemen, Geneven et Friburgen, Tirasonen, Lucen in Hispania, Chariopolitan, Mandetrien, Albae Regalen, Culmen, Plocen, Panopolitan, Sandomirien, Panitan, Centurien.
4) Manilen.

5

Actioni Catholicae principatus inter omnes laicorum apostolatus societates dandus est.

6

Actio Catholica aliqua praeminentia gaudeat super alias consociationes.

7

Actio Catholica non gaudeat directione super alias adsociationes apostolatus laicalis.

8

Alibi associatio quaedam Actionis Catholicae evulgat doctrinam christianam titulo Confraternitatis Doctrinae Christianae, stricte adhaerens praecepto C. I. C.; alibi vero associatio altera Actionis Catholicae idem opus facit sed non titulo Confraternitatis Doctrinae Christianae, ergo neglecta littera C. I. C.

Confraternitas Doctrinae Christianae in sensu C. I. C. non consideretur tamquam una ex formis Actionis Catholicae sed tamquam praebens elementum « mandati » quod ex ipsa notione Actionis Catholicae requiratur. Confraternitas Doctrinae Christianae tunc possit definiri: « Associatio, cuius membra, dum eidem nomen dant, declarant se ab Hierarchia accipere mandatum ad principia doctrinae christianae disseminanda in sanctificationem Corporis Christi Mystici methodis ac mediis cuiuscumque actionis, associationis vel coetus ab Hierarchia approbati ». Ita socii Confraternitatis Doctrinae Christianae novum coetum non constituerent, tota Actio Catholica ab Officio Dioecesano Catechistico regeretur. Confraternitas Doctrinae Christianae posset vocari Confraternitas Apostolatus laicorum.

9

Normae dentur circa relationes inter organizationes Actionis Catholicae et factiones politicas.

---

5) Tarquinien et Centumcellarum.
6) Capitis Viridis.
n,7) Toleta Albasiten, Isinden.
8) Cissitan.
9) Vicen.

10

Actio Catholica « spécialisée » de facto est institutio electissima christianorum (aliqui iuvenes JOC vel JAC, aliquae familiae ACO vel ACI). Unde summopere damnosa foret suppressio, quasi obsoletorum operum olim conditorum ad institutionem totius gregis fidelium, v. g. *Patronatus.*

11

Sodales Actionis Catholicae, quae vulgo dicitur ACO (Action Catholique Ouvrière) JOC et JOCF (Jeunesse Ouvrière Catholique masculine et féminine), numero crescunt et eventu saepe felices sunt. Quamvis magna virtute sint, prudentia et consiliis peritorum necesse est ut utantur, quia in proelio sunt cum operariis et illis periculum est ne Actionem Catholicam cum actione mere sociali commisceant. Etenim, quamquam sociorum dolores plene percipiunt et cum iis meliora optant, tamen mandatum ab Ecclesia illis commissum non in eo consistit ut sicut ceteri operarii pugnent, quod quidam ex his christianis fecerunt et fortasse etiam nunc faciunt, sed ut Ecclesiam suis sociis praesentent.

12

Agatur de relationibus inter Actionem Catholicam et Associationes apostolatus Religiosis subiectis.

13

Consentientibus congregationibus religiosis, maiores fiant conatus ad efficaciam apostolatus laicalis propagandam quam ad confraternitates piasque uniones multiplicandas.

14

Munera confraternitatum absorpta sunt ab Actione Catholica.

15

Tertii Ordines sint tantum in Eccleiis religiosorum.

---

10) Trecen.
11) Nicen.
12) Calaguritan et Calceaten.
13) Agathonician.
14) Valdivien.
15) Sanaven.

16

Suadetur necessitas extendendi apostolatum laicorum necnon Actionem Catholicam ac Legionem Mariae, uti instituta maxime nostris temporibus accommodata.

17

Ultra Actionem Catholicam etiam agnoscantur v. g. Filiae Mariae, Tertii Ordines.

18

Congregationes Mariae saltem laudabiliter adhaerere debent Actioni Catholicae.

19

Cur Filiae Mariae et Matres Christianae non habentur ut consociationes Actionis Catholicae ut pro Congregationibus Marianis factum est?

20

Legio Mariae prae omnibus consociationibus commendanda est.

21

Legio Mariae ut Opus Pontificium habeatur ac celebretur I Congressus Mundialis Romae.

22

Institutiones laicae, quae ad diversa opera apostolatus hodierni aptiores sunt, magis promoveantur.

E) *De opportunitate codificationis circa Actionem Catholicam*

1

Actio Catholica locum habeat in C. I. C., ita augeretur eius auctoritas, praesertim apud illos, qui eius necessitatem nondum agnoscunt.

---

16) Mostenen.
17) Derthonen.
18) S. Jacobi in Cuba.
19) Philippen.
20) De Ponta Grossa.
21) Tacnen.
22) Lismoren, Agathonician.
1) Dinien, Baionen, Cameracen, Dorylaen, S. Claudii, S. Deodati, Rhedonen, Nemausen, Nivernen.

2

Promulgentur regulae vel canones quibus definiatur: *a*) natura et scopus Actionis Catholicae; *b*) auctoritas Episcopi in operibus Actionis Catholicae stricte dictae; *c*) partes Episcopi in dirigenda Actione Catholica.

3

Introducatur in C. I. C. novus titulus: « De Associationibus Saecularibus » inclusa Actione Catholica, adaptatus conditionibus et circumstantiis hodiernis.

4

In C. I. C. inserantur leges de institutionibus saecularibus et de Actione Catholica.

5

Confirmetur officium Actionis Catholicae et in C. I. C. ad hoc ipsum titulus inseratur.

6

Clare exponatur doctrina de natura, necessitate, mediis et fine « Actionis Catholicae » et « Apostolatus laicorum » atque in C. I. C. normae inserantur hac de re.

7

In C. I. C. addantur capita de Actione Catholica et de operibus socialibus.

---

2) Tovnsvillen, Sup. Gen. Ord. Minimorum.

3) Linoën.

4) Pergen, Rosen.

5) Tarquinien et Centumcellarum, Philippopolitan in Arabia, Albae Pompeien, Asculan Apul. et Ceriniolen, Volaterran, S. Severi, Capuan, Tridentin, Madyten, Tarvisin, Sup. Gen. Congr. Austr. O. S. B.

6) Trifluvianen, Londonen, Ephesin, S. Hieronymi Terrebonae, Pembroken, S. Pauli in Alberta, Aspendien, S. Hyacinthi, Naissitan, Gaspesien, S. Bonifacii, Gravelburgen.

7) Fukuokaën, Barcusen, de Pointe Noire, Guelen, Arcis Rousset, Nyerien, Inongoën, Caracen, Truxillen, Bluefielden, Rhoinen, Platen, Tanaitan, S. Ludovici Potosien, Rivadaviae, Ibarren, Guadalajaren, Medellen, De El Oro, S. Christophori in Venezuela, Colimen, Zipaquiren, Lagen,

8

Addatur can. 701 § 1: « Associationes Actionis Catholicae et Congregationes Marianae ac Legio Mariae ».

9

Ad can. 711 § 2 addantur Opus Vocationum Sacerdotalium et Actio Catholica.

10

Ius laicorum exaedificetur in favorem Actionis Catholicae.

3. De Associationibus internationalibus

1

Aliquid statuatur circa associationes catholicorum internationales.

2

Fines et normae assignentur associationum internationalium catholicorum.

3

Relationes determinentur inter organizationes catholicas internationales et activitates dioecesanas et nationales.

4

Condatur consociatio Actionis Catholicae inter membra institutionum internationalium, ut UNESCO, FAO, etc.

Euroeen in Epiro, Papantlen, Goianien, Caeciritan, Tucumanen, De El Peten, Pacen in Bolivia, Pionitan, Cajazeirasen, Maturinen, Campi Grandis, Civitatis Bolivaren, Birthen, Culiacanen, Judiciforen, S. Iosephi in Uraquaria, Sebasten in Armenia, Apollonien, Gurcen, Colonien, Fulden.

8) S. Sebastiani Fluminis Januarii.
9) S. Nicolai de los Arroyos.
10) Spiren, Hildesien, Phytean.
1) Caeciritan.
2) Burdigalen, Montis Pessulani.
3) Castorien, Montis Pessulani.
4) Carthaginen.

5

Associationes professionales quam maxime curandae sunt et internationaliter foederandae.

6

Concilium edicat principia quibus inniti debet Actio Catholica praesertim in organizationibus internationalibus, quae apprime dependere debent ab Apostolica Sede ita ut omnibus pateat unio et dependentia ipsarum organizationum ab Ecclesia.

4. De Associationibus suspectis

1

Quaedam adsunt hodie associationes, quibus fideles dant nomen, quae potius contrariae videntur doctrinae dogmaticae et morali Ecclesiae quaeque tamen non comprehenduntur in can. 684; opportunum videtur et de his normas praescribere, praesertim quoad v. g. « Les Clubs neutres », ut « Club Kiwanis, Club Kinsmen, Club Lions ».

2

Statuere normas, quae compescant et dirigant conventus quosdam spirituales et nascentes formas atque sodalicia interioris vitae.

3

Coetus et conventicula pseudospiritualistarum, quae nostra aetate germinant, examinentur et improbata fidelibus exponantur, ut ab illis caveant.

4

Catholici ne in societatibus sic dictis « Rotary Club » et « Lion Club » ingrediantur; hae societates, quae absque Christo militant

---

5) Tarvisin.

6) Catacen et Squillacen.

1) Marianopolitan.

2) Patavin.

3) Patavin.

4) Leonen in Nicaragua, Matagalpen.

et leo vel rosa dentata ut symbolum pro Christo supponitur, indifferentismum parant; nisi accurate ac serio adscriptio catholicorum in his adsociationibus neutris prohibeatur, numquam Actio Catholica prosperabit.

5

Unus sit modus agendi circa adsociationes protestanticas: Rotary Club, etc.

6

Participatio fidelium ad societates quae generaliter ut acatholicae habentur v. g. Rotary, Lions, Good-Templars, Old-Fellow etc. aestimationi Ordinarii relinquatur.

7

« Rotary Club » ut societas suspecta atheismi vel saltem indifferentismi denuntietur.

8

Suspicio tollatur adversus « Rotary Club ».

9

Suspicio tollatur adversus « Lions Club ».

10

Prohibitioni frequentandi scholas acatholicas, neutras et mixtas, addatur prohibitio frequentandi instituta sic dicta Y.M.C.A. et Y.W.C.A.

11

Utrum societas « franco-murariorum » in singulis regionibus prohibenda sit an non relinquatur aestimationi Ordinarii loci.

---

5) Caëtiten.
6) Holaren.
7) Silva Portuen.
8) Santosen.
9) Santosen.
10) Guadalajaren.
11) Holaren.

INDEX

NORMAE GENERALES CODICIS IURIS CANONICI

DE PERSONIS

DISCIPLINA CLERI

DE SEMINARIIS

DE RELIGIOSIS

DE LAICIS